Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XVI
F
34
NAPOLI

XVI
F.
34/1

Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

DE IVRISDICTIONE ECCLESIASTICA ET CIVILI LIBRI IV.

Primus quæ ad forum ; Secundus quæ ad legum , ſtatutorumq́; condendorum authoritatem; tertius quæ ad onerum irrogationem; quartus quæ ad Auxilij præſtationem ſpectant, complectitur.

AVCTORE

FRANCISCO ZYPÆO

I. C. PROTONOT. APOST.

ARCHIDIACONO ET VICARIO GENERALI

Antuerpienſi.

LEODII.

EX OFFICINA TYPOGRAPHICA

HENRICI ET IOANNIS MATTHÆI HOVIORVM

M. DC. XLIX.

Digitized by Google

Digitized by Google

NOBILISSIMIS AMPLISSIMISQVE DOMINIS

SCHVLTETO

CONSVLIBVS

SENATVI POPVLOQVE

MECHLINIENSI.

NON eſt mihi animus, Viri Nobiliſſimi Ampliſſimique, dicere de Vrbis veſtrę dignitate: qua in hierarchia Eccleſiaſtica Belgij primũ archiepiſcopatũ obtinet; in autocratia ſæculari ſupremitatem Senatus *Parlamentaris*. cui ſuccenturiatur inſignis Vrbis, Prouinciæque Magiſtratus. Non de antiquitate qua etiam D. Auguſtino nota fuerit; & vicinis ſæculis memorata; & anno DCC. LIII. à Pipino Francorum Rege Adoni affini ſuo traditam eſſe conſtet; atque in Diuiſione regni Lotharij inter paucas relatam, & portioni Caroli Calui adſcriptam: vt ante tanta nunc tempora maioris ſemper notæ fuerit. Non de Vrbis, ditioniſque iure ſupremo; Illuſtriumve ſplẽdore iam olim ſuorum Toparcharum: quove iure ad Brabantiæ, Flandriæque Principes; ac deinde in Domum Burgundicam, Auſtriacamque deuenerit; & in numerum XVII. Belgicæ Prouinciarum ſit relata. De quibus non nihil dicere me oportuit in Hiatu Iacobi Caſſani obſtruendo. lib. 1. c. 16. §. Mechlinia. Non de ciuium fortitudine: à qua pridem hęc Vrbs *Bellicoſæ* nomen geſſit. Bellis ſanè multis cum vrbibus vicinis olim, alijſque ita habitis; vt poſt Normãnicas clades expugnata nunquam ipſa fuerit. ne tunc quidem, cum exciſa fuit Grimberga: poſt bellum diuturnum (cuius pars magna Vrbs Prouinciaque hæc fuit, eidem tunc Bertoldo Principi parens) & poſt prælium triduanum; quale in alia gente nullum inuenias. Expugnata, inquam: quippe fortunam aduerſam aliquando paſſa, condiciones à potentioribus accepit; aut proditione ſeu aliàs, non armorum vi, in poteſtatem venit.

Omitto quod graui aliquando obſidione preſſi à Brabantis ciues,fauente diuini Numinis,& D.Rumoldi tutela, cuius coſtam Ductor clypeo ſuperpoſitam præferebat, ſine alijs auxilijs humanis Vrbe erumpentes,obſeſſores ſuos fuderint, fugarintque. Non memoro quàm ſæpe in Principum ſuorum bellis ſtrenuè pugnauerint:ac(id omnium inſtar ſit) ad Noueſium de Carolo Audace adeò fuerint meriti bene; vt per omnes ille ſuas ditiones, ab omnibus telonijs eos iuſſerit eſſe immunes.quam noſtra ætate Liram, à Rebellibus fraude occupatam,eodem die ciues Mechlinienſes, vnà cum Antuerpienſibus,& exigua militum ſtipendiariorum manu, recuperarint. Nō diſſero de aëre Vrbis puriſſimo,& ad ſanitatem quam maximè congruo:ob quem Caroli V.Imp.Gandæ nati educationi electa eſt: & Margareta Auſtriaca Regente omnis ibi Aula conſtitit; ædes Palatini,domiciliumve habuerunt. Non de ſitu amœniſſimo; in Bratuſpantij medio, vbi Schalda Tyliam excipit; vt loquitur Pipini diploma: vtique æquali quatuor miliarium ſpatio ab Antuerpiâ,emporio orbis famoſiſſimo; Louanio, omnium diſciplinarum domicilio;& Bruxellis,Aula nūc Regia diſtans;in Vmbilico Brabātiæ.non ſoli tamē iuriſve ipſa Brabantini.Nihil de publicorum priuatorumve ædificiorum pulchritudine; fori amplitudine, platearū latitudine,& munditie:vt aliquando inuenerit ciuitas nomē *Bella*. Non de Eccleſia Metropolitana,Belgicæ prima; illiuſque turri tantâ mole affabrè ſtructa, quantam non habet alia Belgij ciuitas; fortè nec orbis vniuerſi.Non de horologio, campanarumque concentu, cui par non eſt in Belgio. Non de Regio armamentario: Nihil de legibus municipalibus:pridem Carolo V.probatis, æquiſſimis vtique;& à Petro Nannio latinitate pridem donatis; & Pauli Chriſtinæi ſyndici veſtri amplo nuper commentario illuſtratis.Nihil de alijs viris doctis, quibus Vrbs hæc vel ortum dedit, vel domicilium: præſertim poſt inſtitutum ibi à Carolo Audace Senatum Supremum.Nihil de alijs; quæ plurima ſunt eximia Vrbis decora. Vnum eſt,præter natalis mihi ſoli dulcedinem, quod iure ſuo me impulit, vt Librum hunc meum ſub patrocinium Nobiliſſimarum Amplitudinum Veſtrarum darem. quod illius argumentum in confinio obſcuri,ſalebroſique biuij verſetur; & Dædalos non tantùm induſtrios & perſpicaces;ſed æquos imprimis,& qui neutrarum ſint partium,arbitros exigat.quales Maiores ſemper Veſtros fuiſſe,& hiſtoriarum fides probat; & Nobiliſſimas Amplitudines Veſtras etiamnum exiſtere,experientia conteſtatur. Vnde euenit vt olim D. Rumoldus

moldus

moldus ab eo, cuius mox meminimus, Comite Adone honorificè ſuſceptus, poſt Libertum illius filium triduanis vndis merſum, vitæque redditum, vlmeto vicino donatus, eundem Libertum & in literis, & pietate inſtructum, Collegio Eccleſiaſtico, cui initia dedit, ita ſociauerit; vt alij & clericum & Præpoſitum fuiſſe aſſerant; alij laicum manſiſſe velint, & comitatus dynaſtam. qua ex cauſa, ſiue quòd cum clerico-monaſterio loci Dominatum ſimul retinuerit; pictores ſculptoreſque etiam hodierni Equeſtri illum ſpecie, & ſago, paludamentove indutum exprimunt: prout etiam S. Lambertum, Vrbis poſt D. Rumoldum tutelarem; equitis armati, & gladium vibrantis, infulati tamen ſimul & palliati ſpecie depingunt. Sed hieroglyphica hæc Diuos tutelares clero æquè, ac populo propitios fuiſſe innuunt; Status etiam Eccleſiaſtici Præſules perinde, ac territorij Dominos; atque è diuerſo Senatum Populumque tam Præſulum, Clerique reuerentem, quàm Dominis ſemper fuiſſe obſequioſum. Vnde accidit, vt anno CIↃ. CCCVIII. cùm pax iniretur inter Theobaldum Epiſcopum Leodienſem, & Ægidium Bertoldum, inter alia fœderis pacta adiectum fuerit, vt Senatus Populuſque Mechlinienſis, à paciſcentibus rogati, expromiſerint omni ſe ope, operaque id acturos, vt pactis ſtaretur: ſequeſtri facti ſubditi inter eos, qui de modo Dominatus ſui diſſentiebant: tanquam tum Præſuli, tum alteri Dynaſtæ ex æquo addicti. Argumentum ergo huius Libri tam æquos deſiderat inſpectores; & odioſa materiæ ratio, tam iuſtos patronos expoſtulat. Fauete igitur Viri Nobiliſſimi Ampliſſimique, & benignis illum oculis aſpicite, & qua æquitate Eccleſiaſticæ iuriſdictioni, immunitati, exemptionique deferre ſoletis, non minùs quàm Vrbis Prouinciæque publicam rem moderari; eadem illum inter ancipites vtriuſque iuriſdictionis ſcopulos verſantem, protegite. Ita æternus vniuerſi Monarcha Vrbem, Prouinciam, Nobiliſſimas, & Ampliſſimas Dominationes Veſtras ſemper ſoſpitet. Ita voueo. Antuerpiæ XVII. Septembris feſto D. Lamberti die. CIↃ. IↃCXLVIII.

Nobiliſſ. & ampliſſ. DD. VV.

Obſeruantiſſimus

FRANCISCVS VANDEN ZYPE.

BENEVOLO LECTORI.

INTRICATA ſpinis, & controuerſijs perplexa eſt materia, quam imus tractatum, Eccleſiaſticæ ciuiliſque iuriſdictionis: obſcuri fines, dubij limites, termini cōtentioſi: nec, qui illos diſcriminet, certus ſatis aliquis agrimenſor: qui adminiſtris vtriuſque ſuas figat ſedes; quas vltra citraque nequeant conſiſtere. Eos igitur ego hîc ſequar menſores, qui non aliam virgulam adhibeant; non aliud in hoc labyrintho filum ducant; quàm ſacros canones, legeſque Romanas. nihil eos morabor, qui iura negant ſibi nata; qui ipſos canones impugnant; qui œcumenicorum Conciliorum decreta non recipiunt; qui inter oues Petri numerari nolunt; ab illiuſve ſucceſſore, Chriſti Vicario, paſci, dirigi, gubernari. agam ergo cùm Catholicis: neque diſſertationem inſtituam cum ijs, qui ab orthodoxa fide ſeceſſionem fecerunt: neque ſemel ab œcumenicis Concilijs iudicata reuoluam. quod dum vetat Martianus in l. 4. C. de ſumm. Trinit. cauſam ſubtexit; quia non ſolùm, inquit, contra fidem verè expoſitam veniunt; ſed etiam Iudæis & Paganis ex huiuſmodi certamine prophanant veneranda myſteria. quare non admitto illas quæſtiones, quas Chriſtophorus Beſoldus in Diſſertatione politico-iuridica de Maieſtate proponit; ſectione 2. de Poteſtate ſæculari in perſonas & bona Eccleſiaſtica; item an & quatenus religio, cultuſque religioſus in Principis, eorumue, qui maieſtatem habent, ſit adminiſtratione: Iterum an & quatenus vocatio Miniſtrorum ſpectet ad Magiſtratum ſæcularem: Conciliorum inſuper, ac ſynodorum conuocatio; hæreſum denique cognitio, prohibitio, extirpatio: neque demum quatenus ſæcularis poteſtas poſſit bona Eccleſiaſtica in alium vſum, quàm relicta ſint, transferre: v. g. vbi religionis mutatio inuecta eſt, quatenus abrogatis catholicis ſacrificijs, & ritibus, alias in cauſas, bona Eccleſijs, monaſterijs, pijs locis relicta diuertere. huiuſmodi enim controuerſijs præiudicatum eſt, dùm hæretici fontes, vnde illæ profluunt, ſunt damnati. Sed & veniam diſſentiendi ab ijs precabor, qui fidem nobiſcum orthodoxam profeſſi, principijs iiſdem non inhærent; ſacros canones, & Eccleſiaſtica decreta minus inſequuntur; præiudicia opinionum, morum, ſententiarum, placitorumque patiuntur. qua in claſſe inter primos ſunt Franci. Equibus nuper Baunius,

in Praxi

in Praxi ſua canonica (an anticanonica?) lib. 1. c. 22. q. 8. poſtquam, inquit, iuriſdictio Eccleſiaſtica eſt abrogata in Francia, tam per vſum contrarium, quàm Ordinationem anni 1539. & c. 23. in princ. generaliter negat canonicas conſtitutiones in Francia receptas, quæ magiſtratuum iuriſdictioni præiudicent. adeoque quæcumque ad ſacramenta, Dei cultum, negocia fidei, res ſacras, & merè ſpirituales non pertinent. cum huiuſmodi lacte imbutis denuncio mihi non eſſe negocium: qui canonum terminis inſiſtam. illorum principia turbare, fineſve peruertere qui volent, non eſt vt mecum congrediantur. ne fortè reperire paradoxa quædam ſibi videantur, dum illis ex cauſis, quas dixi, præoccupati, aurem alteram canonibus integram non ſeruarunt. quibus tamen in dubio poteſtatis declaratio magis competit. Vt videbimus infra lib. 1. c. 6. n. 14. lib. 4. c. vlt. rogatos tamen illos velim, vt dum res ſuas ſuâ menſurâ metiuntur, fundum meum non niſi pacificè ingrediantur; canonicos terminos ne moueant; res meas mihi habere, & mecum me habitare permittant. Alios autem etiam monitos velim, ne ijs, quæ ſecundùm canones traduntur, ita inhæreant; quin circumſpiciant, an pacificè apud ſuos ijs vti frui poſſint; an deferre conſuetudini teneantur. quæ & nonnunquam, ex temporum locorumque ratione, ſi non laudabilis, tamen tolerabilis eſt: &, vbi minus eſt, videant vtrum, quam vellere velint; in hac temporum iniquitate, queant conuellere: an res turbare tantùm; non emendare poſſint: difficultatibus ſe ſumptuoſis inuoluere; non extricare: zelo contendere; fructum non ferre. Neceſſitas tempeſtatum, quod ſereno cœlo illicitum eſt, licitum facit; bonus nauclerus tempeſtati cedit, quam ſuperare non poteſt. Non omnes omnino res exigunt, non omnia tempora ferunt Thomas & Staniſlaos. dabit Deus aliquando meliora. ſatis erit hodie non negligere, quæ ſperes corrigere. non trepidetur modò, vbi trepidandum non eſt: non pax temporalis præ æterna quæratur. c. 3. X. de immunit. Eccl. in 6. adſit prudens conſtantia, & affectus erga ſponſam Chriſti, Eccleſiam; fluentemque ex Chriſti ſponſalitia largitate, illius authoritatem, ſimul ac libertatem.

INDEX
CAPITVM
LIBRI PRIMI.

CAPVT PRIMVM.

DE diſtinctione vtriuſque Iuriſdictionis. fol.1.
Cap. II. An Eccleſia poteſtas ita ſit à ciuili diſcreta, vt nunquam ad temporalia porrigatur? fol.5.
Cap. III. An poteſtas temporalis nullo modo verſetur circa ſpiritualia? fol.11.
Cap. IV. An præter defenſionem poteſtas ſæcularis ad perſonas, & res ſacras nullatenus extendatur? fol. 12.
Cap. V. An ſpiritualis poteſtas temporalem, an hæc illam errantem corrigere poſſit. fol. 15.
§. I. Protectio Concil. Trid. & ſacrorum canonum, an principibus conferat quippiam ad Iuriſdictionem? fol.16.
§. II. De lege Regia Hiſpaniæ, verſante circa appellationes, quibus neglectis ſit executio; de qua vt cognoſcunt ibi ſæculares, & de appellatione tanquam ab abuſu apud Francos. fol.17.
§. III. De illarum moderatione in Francia. fol. 18.
§. IV. Iterum de lege Regia Hiſpanienſi. fol.19.
§. V. Breuis relatio appellationum quibus deferendum, aut ſecus, ne vis fieri dicatur. fol.20.
§. VI. Vt incompetenter hæc ad Iuriſdictionem referantur. fol.21.
§. VII. Monitorijs pro rebus deperditis, vt laici immiſcere ſe non debeant. fol.23.
§. VIII. Cui tribuendum quòd in Iudiciis hodiè non vitentur excommunicati? fol.24.
§. IX. An Iudex ſæcularis aliqualem nullitatis excommunicationis cognitionem aſſumere, aut declarationem facere poſſit? fol.24.
Cap. VI. An Eccleſia primitiua exercuerit Iudiciariam poteſtatem inter litigantes, vt hodiè Curia Eccleſiaſtica? fol.26.
Cap. VII. De Eccleſiæ Iuriſdictione in clericos, præſertim grauiorum criminum reos. fol.31.
Cap. VIII. De clericorum exemptione à Iuriſdictione ſæculari. fol.35.
Cap. IX. Vt hodiè ex Concilio Trid. exemptio obtineat. fol.37.
Cap. X. Quæ ad cleri exemptionem pertineant? an clerici cadauer? fol.39.
Cap. XI. An begina, beata, fratres tertij ordinis, cellita, oblati, eremita gaudeant priuilegio clericali? fol. 39.
Cap. XII. An ordines militares cleri priuilegio gaudeant? fol. 40.
Cap. XIII. De familia clerici, græci vxore, concubinis, colonis. fol.41.
Cap. XIV. De clericis coniugatis. fol.43.
Cap. XV. De ſcholaribus. fol.43.
Cap. XVI. Clericus arreſtari, repræſalijs impeti, ad compromiſſum cogi an poſſit? fol.44.
Cap. XVII. De remiſſione clericorum. fol.46.
Cap. XVIII. De probatione clericatus. fol.48.
Cap. XIX. De prorogatione iuriſdictionis. fol.49.
Cap. XX. De actu coram Iudice ſæculari à clerico. fol.50.
Cap. XXI. Clerici an eximantur à patria poteſtate. fol.50.
Cap. XXII. Clerici an regia poteſtate ad conuentum Ordinum vocari poſſint? fol.52.
Cap. XXIII. Clericus ex fideiuſſione, depoſito, officio, vbi conueniendus ſit? fol.53.
Cap. XXIV. De fori variatione. fol.56.
Cap. XXV. Inuentarij, ceſſionis, pactionis creditorum, euictionis cauſa clericus an coram ſæculari trahi poſſit? fol.58.
Cap. XXVI. Negligentia Iudicis Eccleſiaſtici vel eius abſentia, non tollit exemptionem cleri. fol.59.
Cap. XXVII. De clerico lite pendente quid attentante, & qui emancipatur. fol.60.
Cap. XXVIII. De reconuentione clerici? fol.61.
Cap. XXIX. De clerico poſſeſſionis, vel rei cauſſa conueniendo. fol.60.
Cap. XXX. De clerico feudi poſſeſſore. fol.66.
Cap. XXXI. De retractu. fol.69.
Cap. XXXII. Clerici exemptio an ceſſet in clerico turbante iuriſdictionem laici, torreo, ſatiis & enormibus immixto, læſa maieſtate, violatore pacis & quid de bonis, & accuſatione? fol.69.
Cap. XXXIII. De cognitione rerum ſacrarum, de ſacramentis. fol.73.
Cap. XXXIV. De immunitate Eccleſiæ. fol.78.
Cap. XXXV. De ædificandis aut ædificari prohibendis Eccleſijs. fol.80.
Cap. XXXVI. De Iure ſepulchrorum? fol.83.
Cap. XXXVII. De beneficiorum prouiſione; an

aliqua

Digitized by Google

aliqua mixtæ authoritatis eſſe queat? fol.85.
Cap. XXXVIII. *De iure patronatus, regalia, & aduocatia.* fol.87.
Cap XXXIX. *De decimarum cognitione.* fol.89.
Cap. XL. *De cognitione fidei.* fol.92.
Cap. XLI. *De ſchiſmate.* fol 97.
Cap. XLII. *De alijs rebus Eccleſiarum, & clericorum.* fol.98.
Cap. XLIII. *De negotijs criminibuſque quæ mixti fori dicuntur, & primum de præuentione.* fol.98.
Cap. XLIV. *De vſuris.* fol.101.
Cap. XLV. *De fractione ſigilli confeſſionis.* fol. 103.
Cap. XLVI. *De Iuramento.* fol.104.
Cap. XLVII. *De concubinatu.* fol.105.
Cap XLVIII. *De adulterijs.* fol.106.
Cap. XLIX. *De inceſtu.* fol.109.
Cap. L. *De peccato contra naturam.* fol.109.
Cap. LI. *De fracta pace.* fol 110.
Cap. LII. *De conuenticulis, & collegijs illicitis.* fol.110.
Cap. LIII. *De incendiarijs.* fol.110.
Cap. LIV. *De pyratis.* fol.111.
Cap. LV. *De falſificatione literarum Apoſtolicarum.* fol.111.
Cap. LVI. *De ſortilegio.* fol. 111.
Cap. LVII. *De ſacrilegio.* fol.112.
Cap. LVIII. *De feſtorum violatione.* fol.113.
Cap. LIX. *De rebus venalibus.* fol. 114.
Cap. LX. *De cauſis miſerabilium perſonarum, doctis, & infantium expoſitorum.* fol. 113.
Cap. LXI. *De executione vltimarum voluntatum.* fol.121
Cap. LXII. *De iuris vtriuſque differentijs, & legibus: ſeu de canonibus in iudicando ſequendis.* fol. 121.
§. 1. *De æquitate canonica.* fol.122.
§. 2. *De differentijs Iuris canonici & ciuilis.* fol. 122.
Cap. LXIII. *De promulgatione canonum, conſtitutionumque Romæ tantùm publicatarum.* fol.126.
Cap. LXIV. *De brachio ſæculari.* fol.130.
Cap. LXV. *An Conſuetudo immemorialis, præſcriptio, aut priuilegium aduerſus exemptionem cleri præualere poſſit?* fol.131.
Cap. LXVI. *Remiſſio ad ſpatioſiores tractatus.* fol.135.

LIBER II.

CAPVT PRIMVM.

D*E legibus.* fol.136.
Cap. II. *De ſtatutis.* fol. 142.
Cap. III. *De conſuetudine.* fol.146.
Cap. IV. *De ſtatuto interpretando, ne contineat clerum.* fol.150.
Cap. V. *Statuta per papam confirmata, an comprebendant clericos?* fol.151.
Cap. VI. *An poſſint clerici priuilegio renuntiare, vt ſubſint ſtatutis?* fol.151.
Cap. VII. *Statuta ante clericatum edita, & in rem concepta, an ligent clericum?* fol.151.
Cap. VIII. *Abolitio principis generalis, vt ſpectet ad clericos?* fol.152.
Cap. IX. *An princeps poſſit legitimare clericum?* fol.153.
Cap. X. *Statuta laicorum, an in curia Eccleſiaſtica obtineant?* fol.153.
Cap. XI. *Litera hortatoria.* fol.153.
Cap. XII. *Statutum ſæcularium, quod aliqua ratione matrimonij ſubſtantiam ſpectat, aut libertatem impedit.* fol.154.
Cap. XIII. *Tempore peſtis an parochus à functione ſua per ſtatutum, impedire poſſit?* fol.155.
Cap. XIV. *De iuramento.* fol.156.
Cap. XV. *De aſylo.* fol.157.
Cap. XVI. *De ſtatuto ſuper ædificandis Eccleſijs.* fol.158.
Cap. XVII. *De ſtatuto ſuper Eccleſiarum fabricis, ac rebus.* fol.159.
Cap. XVIII. *De ſtatuto ſuper exequiis, mortuarijs &c.* fol.159.
Cap. XIX. *De œconomia, curave pauperum.* fol. 159.
Cap. XX. *De vniuerſitatibus ſtudiorum.* fol.160.
Cap. XXI. *In Epiſcoporum & prælatorum deſignatione.* fol.162.
Cap. XXII. *De Iudicio poſſeſſorio beneficiorum.* fol.163.
Cap. XXIII. *De Iure patronatus.* fol.163.
Cap. XXIV. *De nominationibus academicis.* fol. 163.
Cap. XXV. *De bullis & literis pontificijs examinandis.* fol.164.
Cap. XXVI. *De ſtatuto ne ad Papam appelletur, aut recurſus fiat.* fol.164.
Cap. XXVII. *Statutum ne laici agant, aut conueniantur coram Eccleſiaſtico.* fol.166.
Cap. XXVIII. *De Papa poteſtate circa bella regum.* fol.167.
Cap. XXIX. *De ſtatutis circa forenſia iudicia.* fol. 167.
Cap. XXX. *De voluntaria clericorum condemnatione.* fol.168.
Cap. XXXI. *Statutum quomodocumque impediens declinatoriam fori.* fol.168.
Cap. XXXII. *Statutum ne forenſis audiatur ſine fideiuſſione?* fol.168.
Cap. XXXIII. *De ſtatuto ne priuilegijs gaudeant non ſubditi.* fol.168.
Cap. XXXIV. *De moratorijs generalibus à clerico non participandis.* fol.169.
Cap. XXXV. *De ceſſione à laico facta clerico.* fol. 169.
Cap. XXXVI. *De inſtantiæ peremptione.* fol. 170.

Statu-

Cap. XXXVII. *Statutum, vt plena fides habeatur libris,mercatorum?* fol.170.
Cap. XXXVIII. *Statutum ſuper notariis.* fol. 170.
Cap. XXXIX. *Statutum de præſcriptione.* fol.170.
Cap. XL. *An poteſtate ſæcularium legum teſtamentum clerici ſit ſolutum?* fol.171.
Cap. XLI. *Statutum, ſeu teſtamentum minus tribuens in caſum ingreſſus religionis, an valeat? & de teſtamento clerici.* fol.172.
Cap. XLII. *Paternæ poteſtatis Iura in filium clericum; patronatus in libertum; an locum habeant?* fol.173.
Cap. XLIII. *Statutum minuens pœnas iniuriantium clericis.* fol.174.
Cap. XLIV. *Statutum quo clericus, vel monachus excluditur tacitè, vel expreſſè à ſucceſſione.* fol. 174.
Cap. XLV. *Statutum Vrbis, vt liberi in conditione poſiti,cenſeantur vocati.* fol.174.
Cap. XLVI. *Statutum ne legatum peti poßit niſi facta inſinuatione iudici loci.* fol. 175.
Cap. XLVII. *Statutum, ne vxor marito relinquat,niſi certam quantitatem.* fol.175.
Cap. XLVIII. *Statutum,ſuper confectione inuentarij.* fol.175.
Cap. XLIX. *Statutum ſuper ſolemnitatibus contractuum an in clericis obtineat?* fol.176.
Cap. L. *De clerico negotiatore.* fol.176.
Cap. LI. *Statutum ſuper prælatione veteris conductoris, vt finito termino alteri præferri debeat tantundem offerens.* fol.177.
Cap. LII. *Statutum, vt finito vſufructu colonus non poſſit expelli,niſi collectis fructibus, quos ſeminauit.* fol.177.
Cap. LIII. *De ſtatuto, ne res in extraneos alienentur.* fol.177.
Cap. LIV. *De Conſtitutionibus principum, ſtatutiſque magiſtratuum circa annonam,& ſimilia.* fol. 178.
Cap. LV. *De neceſſitate publica.* fol.179.
Cap. LVI. *De pecunia reip. mutuanda in emptionem annonæ, ad præueniendam caritatem.* fol. 179.
Cap. LVII. *Statutum diſponens, vt bona publicentur,quæ extra territorium vehuntur.* fol.179.
Cap. LVIII. *De donatione clerico facta à patre in fraudem fiſci.* fol.180.
Cap. LIX. *Statutum, vt ſuperſtes lucretur dotem, ſeu donationem propter nuptias, licet extantibus liberis.* fol. 180.
Cap. LX. *Statutum, quod filius teneatur pro patre.* fol.180.
Cap. LXI. *Statutum,de animalibus ad communia paſcua non deducendis, niſi ſub certo modo & pecunia.* fol.180.
Cap. LXII. *De ſtatutis ſuper vtili dominio laicorum,quod habent ab Eccleſia.* fol.181.
Cap. LXIII. *Feudales conſuetudines an clericos comprehendant.* fol. 181.
Cap. LXIV. *Statutum ne feuda in Eccleſiam transferantur.* fol.183.
Cap. LXV. *Conſuetudo feudalis, vt nouus poſſeſſor releuium ſoluat, an comprehendat prælatum?* fol. 183.
Cap. LXVI. *Feudatarij prælati an priùs Regi, quam alijs ſuperioribus ſuis aliquando debeant obedire?* fol.183.
Cap. LXVII. *Inueſtitura feudorum,ſeu emphyteuſeum mutari an poſſint?* fol.184
Cap. LXVIII. *Defunctorum voluntates aliæ mutari an poſsint?* fol.184.
Cap. LXIX. *De appennagijs & ſimilibus Iuribus.* fol.185.
Cap. LXX. *Maioratus.* fol.185.
Cap. LXXI. *Prohibitio venationis & piſcationis.* fol.185.
Cap. LXXII. *Statutum ne quis arma portet; ſub pœna commiſsi.* fol.185.
Cap. LXXIII. *Statutum obuiare cupiens maleficijs nocturnis.* fol.186.
Cap. LXXIV. *Statutum, ne occiſor quoquo modo ſuccedat occiſo.* fol.186.
Cap. LXXV. *Negligentia Iudicis Eccleſiaſtici an ſuppleri poſsit per laicum?* fol.186.
Cap. LXXVI. *Statutum puniens clericorum conſanguineos, quod illi ſtatutis parere nolint,vel domeſticos,quod forum declinent.* fol.187.
Cap. LXXVII. *In dubio; an ſtatutum ſit contra libertatem Eccleſiæ?* fol.187.
Cap. LXXVIII. *De appellatione regularium, & Clericorum.* fol.187.
Cap. LXXIX. *De cognitione appellationum, vbi prælati habent vtramque iuriſdictionem.* fol.187.
Cap. LXXX. *Statuere ſeculares an poſsint, ne annata ex ſuis prouinciis Romam mittantur?* fol. 189.
Cap. LXXXI. *Statutum ſuper puluere pyrio.* fol. 190.
Cap. LXXXII. *De exceſſu penſionis.* fol.191.
Cap. LXXXIII. *De Eccleſiarum dominis, vt vocant.* fol.191.
Cap. LXXXIV. *De ſtatuto ſuper ordinatione Eccleſiæ patronatus Regij.*
Cap. LXXXV. *De libertatibus,vt vocant, Eccleſiæ Gallicanæ.* fol.202.
Cap. LXXXVI. *De Iudicis vtriuſque officio in condendis legibus aut ſtatutis.*

LIBER III.

CAPVT PRIMVM.

DE *muneribus, vectigalibus, collectis.* fol. 212.
Cap. II. *De munerum differentia, & quæ clero incumbere poſſent?* fol.213.

Cap.III.

Cap.III. *De collectis & oneribus nouiter imponendis,* fol.215.
Cap.IV. *De muneribus perſonalibus.* fol.217.
Cap.V. *De muneribus realibus.* fol.218.
Cap.VI. *De muneribus mixtis.* fol.220.
Cap.VII. *De cauſſis collectarum, & immunitate,* fol. 224.
Cap.VIII. *De contributione cleri in bellum ſacrum.* fol.227.
Cap.IX. *De milite hoſpitio excipiendo, vigiliis, murorum cuſtodia, et oneribus ad communes vtilitates ſpectantibus.* fol.230.
Cap.X *An eccleſia & clerici teneantur ad gabellas, quæ imponuntur vino, cereuiſia, & ſimilibus annonis, ſeu eſculentis, & poculentis; & an huiuſmodi tributum ſit iuſtum? atque illud etiam, quod equis, rhedisq;.* fol.235.
Cap.XI. *De onere plauſtrorum, chartæ ſigillatæ, Ordinum conſenſu, & in eis Prælatorum.* fol.240.
Cap.XII. *Cuius epiſcopi vel cleri ſit opus aſſenſu in collectis imponendis?* fol.242.
Cap.XIII. *Bonis diminutis, diminuenda an ſit taxa?* fol.243.
Cap.XIV. *De grauamine clericorum, ſeu eccleſiæ indirecto.* fol.244.
Cap.XV. *Qui clerici immunitate tributorum gaudeant?* fol.246.
Cap.XVI. *De pœnis eorum qui clerum grauant.* fol. 249.
Cap.XVII. *De conſuetudine circa immunitatem à gabellis.* fol.250.
Cap.XVIII. *De oneribus eccleſiaſticis.* fol.252.

LIBER IV.

CAP.I. *De vtriusq; iuriſdictionis concordia.* fol.255.
Cap.II. *De inhibitionibus iudici ſeculari, ab eccleſiaſtico prouidè faciendis.* fol.257.
Cap.III. *De auxilij inuocatione.* fol.257.
Cap. IV. *Auxilium brachij ſecularis an in ſingulas cauſas implorandum?* fol.263.
Cap.V. *An auxilium eccleſiaſticus Iudex petere poſſit à militari, in cauſa ouis; aut ciuilis, in cauſa militis?* fol.264.
Cap.VI. *An cenſuris inuiti cogi poſſint ab eccleſiaſtico iudices ſeculares, ad præſtandum brachium?* fol.265.
Cap. VII. *De auxilio receptioni & obſeruationi Concilij Tridentini præſtando.* fol.269.
Cap VIII. *Quæſtio nullitatis executionis factæ auxilio brachij ſecularis à quo Iudice cognoſci debeat?* f.271.
Cap. IX. *De inuocatione auxilij non vertenda in ſubiectionem.* fol.273.
Cap. X. *De inſpectione epiſcoporum in Iudices ſeculares.* fol.275.
Cap XI. *Reuerenter cum epiſcopis eſſe agendum.* fol. 276.
Cap. XII. *A quo Iudice petendum auxilium vbi alius Iudicat, alius exequitur?* fol.277.
Cap.XIII. *De captiuorum relaxatione.* fol.283.
Cap.XIV. *De auxilio fidei orthodoxæ præſtando.* fol.284.
Cap. XV. *Concluſio operis, vt quiſque Iudex ſuis terminis ſe contineat; Eccleſiam revereatur; ad quam præcipuè ſpectat in obſcuro illos terminos deſignare.* fol.287.

CEN.

CENSVRA.

Ractatus de Iuriſdictione Eccleſiaſtica & Ciuili Clariſſimi & Admod. Reuerendi Domini Franciſci Zypæi I.C. Protonot. Apoſt. Archidiaconi, & Vicarij Generalis Antuerpienſis, cum nihil Religioni Catholicæ, & bonis moribus contrarium aut repugnans in eo reperiatur, tutò ac vtiliter typis mandari poterit. Datum hac 29. *Auguſti* 1648.

IOANNES A CHOKIER DE SVRLET
Canonicus & Vicarius Generalis Leod.

CENSVRA.

TRactatus de Iuriſdictione Eccleſiaſtica & Ciuili Clariſſimi & Adm. Reuerendi Domini Franciſci Zypæi I.C. Protonot. Apoſtol. Archidiaconi & Vicarij Generalis Antuerpienſis, multam, ſolidam ac perſpicuam doctrinam in ſe continet: nihil verò fidei Catholicæ, aut bonis contrarium. Quare eundem prælo digniſſimum cenſui 10. Decembris 1646.

GVILIELMO BOLOGNINO S.T.L. Canon. & Libror. Cenſor. Antuerpienſis.

Digitized by Google

DE IVRISDICTIONE ECCLESIASTICA, ET CIVILI.

LIBER PRIMVS.

CAPVT I.

De diſtinctione vtriuſque Iuriſdictionis.

QVEMADMODVM homo, quem microcoſmum dicunt, anima conſtat, & corpore; ita mundus hic ma-

1. Quam diſtincta ſacra, & ciuilis poteſtas!

gnus ſpiritualium rerum atque temporalium adminiſtratione diuerſimodè gubernatur. *Duo ſunt*, inquit Gelaſius Papa, *quibus principaliter hic mundus r gitur; authoritas ſacra Pontificum, & regalis poteſtas. c. duo ſunt. d. 96.* Sacerdotium & Imperium: illud quidem diuinis miniſtrans; hoo autem humanis præſidens, ac diligentiam exhibeus. *auth. quomodo oporteat Epiſcop. in princ.* ita vt nec Imperator iura pontificatus arripiar, nec Pontifex nomen imperatorium vſurper. *c. cum ad verum. ead. diſt. duo* quippe *fecit Deus magna luminaria in firmamento cæli: luminare maius, vt praeſſet diei: & luminare minus, vt praeſſet nocti. c. ſolitæ. X. de maioritat. & obedien. actibus enim proprijs & proprietatibus diſtinctis officia poteſtatis vtriuſque diſcreuit: vt & chri-*

2. Præualet illa.

ſtiani Imperatores pro æterna vita Pontificibus indigerent; & Pontifices pro curſu temporalium rerum imperialibus legibus vterentur. d. c. cum ad verum. luminare ergo vtrumq; magnum: ſed alterum maius. ad firmamentum etenim cœli; hoc eſt vniuerſalis eccleſiæ, fecit Deus duo magna luminaria, id eſt duas inſtituit dignirates: quæ ſunt pontificalis authoritas; & regalis poteſtas: ſed illa quæ præeſt diebus, id eſt ſpiritualibus; maior eſt: quæ verò carnalibus, minor. vr quanra eſt inter ſolem & lunam; tanta inter Pontifices & Reges differentia cognoſcarur. *d. c. ſolitè. honor* quippe *& ſublimitas Epiſcopalis*, inquit Ambroſius, *nullis poterit comparationibus adæquari. ſi Regum fulgori compares, & Principum diademati, longè erit inferius, quam ſi plumbi metallum ad auri fulgorem compares. d. c. duo ſunt.* & Gregorius Nazianzenus; *Chriſtus dedit*, inquit, *& nobis poteſtatem: dedit & principatum, multo perfectiorem principatibus veſtris. aut nunquid iuſtum vobis videtur, ſi cedat ſpiritus carni, ſi terrenis cæleſtia ſuperentur, ſi diuinis præferantur humana? c. ſuſcipitis. d. 10 ſed vt ſol & luna diuerſo feruntur in cælo; ita ſpiritalis actio carnalibus diſtat incurſibus, & militans Deo minimè ſe negotijs ſæcularibus implicat: ac viciſſim nec ille rebus diuinis præſidet, qui eſt magis negotijs ſæcularibus implicatus. d. c. cum ad verum.* Igitur *Princeps fidelis filius eſt, non præſul Eccleſiæ; quod ad religionem competit; diſcere ei conuenit,*

non docere: habet priuilegia ſua poteſtatis, quæ adminiſtrandis legibus publicis diuinitus conſecutus eſt: ad ſacerdotes autem Deus voluit quæ eccleſiæ diſponenda ſunt pertinere, non ad ſæculi poteſtates. quas, ſi fideles ſunt, eccleſia ſua ſacerdotibus voluit eſſe ſubiectas, non ſibi vindicare alienum ius, & miniſterium quod alteri deputatum eſt: non executiones ſuas eccleſiaſticis præſulibus præferre.c.ſi Imperator d.96.Iura, inquit Auguſtinus, *humana, Iura Imperatorum ſunt.*

3. Vt ſacra prophanis.

quare? quia ipſa iura humana per Imperatores & Reges Deus diſtribuit generi humano. ſed al'egatur, inquit Ambroſius, *Imperatori licere omnia, ipſius eſſe vniuerſa. reſpondeo, noli te grauare Imperator, vt putes te in ea quæ diuina ſunt imperiale aliquod ius habere: noli te extollere: ſed ſi vis diutius imperare, eſto Deo ſubditus. ſcriptum eſt: quæ Dei, Deo, quæ Cæſaris, Cæſari. ad Imperatorem palatia pertinent; ad ſacerdotem eccleſiæ: publicorum tibi mœnium ius commiſſum eſt, non ſacrorum. tributum Cæſaris eſt; non negatur: eccleſia Dei eſt: Cæſari vtique non debet adijci: quia ius Cæſaris eſſe non poteſt templum Dei. c. conuenior. 23. q. 8.*

4. Hæc ad Principes ſpectant.

ſic optimè Alexander III. *in c. cauſam quæ. X. qui filij ſint legitim.* cauſam ſuper validitate matrimonij eccleſiaſticam facit: *ad Regem autem pertinet*, inquit, *de poſſeſſionibus iudicare.* ne iuri Regis præiudicaret, vetat à ſuo delegato de poſſeſſionibus iudicium vſurpari. Jta Chriſtus *Lucæ* 12. reſpondit petenti, vt fratri ſuo diceret, vt diuideret cum eo hæreditatem; *quis me conſtituit iudicem, aut diuiſorem ſuper vos?* Honorius III. *in c. tuam X. de ord. cognit.* cauſam natalium ſuam aſſerit: hereditatis petitionem Regi Francorum relinquit. Innocentius III. *in c. per venerabilem. X. qui filij ſint legitim.* noluit filios G. Montis Peſſulani legitimare; quòd ille in temporalibus recognoſceret ſuperiorem: quamuis legitimaſſet filios Regis Franciæ; qui neminem recognoſceret. quod in illo præiudicaſſet iuri alieno: in hoc non item: & quoniam cum difficile eſſet iudicium ſuper vtroque Regis matrimonio, & natalibus prolium ex vtroque natarum, eoque, ſicut in Deuteronomio

5. Vt de ambiguis cum ſit eccleſiæ.

ſi ambiguum eſſet iudicium inter ſanguinem & ſanguinem, cauſam & cauſam, lepram & lepram, præceptum eſſet ire ad ſacerdotem, qui indicaret iudicij veritatem: eique obediendum foret: ita in nouo teſtamento eundum eſſet in difficili cauſa ad locum quem elegit Dominus, Apoſtolicam vtique ſedem. ita vt extra patrimonium

6. Et caſuale de temporalibus.

eccleſiæ *in alijs regionibus*, inquit, *certis cauſis inſpectis temporalem iuriſdictionem caſualiter exercemus*, ita *vt nec* tunc *alieno*, inquit, *iuri præiudicari velimus.* ſic iterum Alexander III. *in c. ſi duobus. §. denique. X. de appell.* reſpondit de iure non valere extra terras eccleſiæ appellationem à Iudice ſæculari ad Pontificem interpoſitam. vtique quod *diuiſum imperium cum Ioue Cæſar habet.* quod Imperatori imperium à cæleſti Maieſtate ſit traditum. *l. 1. C. de vet. iur. enuclean.* Denique Innocentius III. *in c. nouit. X. de iudic.* noluit vſurpare iudicium de feudo inter Regem Francorum & Anglorum: ſed tantũ de iuratæ inter Reges pacis violatione, reſtaurationeque cognoſcere: per viã denuntiationis euangelicæ. quæ obtinet in quolibet criminali peccato. vt peccator reuocetur à vitio ad virtutẽ; & ab errore ad veritatem. *d. c. nouit.*

7. Vt duo gladij ſint in eccleſia.

Ad extremum cum Bonifacius VIII. *in c. vnam ſanctam de maior. & obed. in extrau. comm.* edixiſſet in eccleſia, eiuſve poteſtate duos eſſe gladios; ſpiritualem videlicet & temporalem: hunc quidem pro eccleſia; illum autem ab eccleſia exerendum: illum manu ſacerdotis, hunc manu Regum & militum, ſed ad nutum, & patientiam ſacerdotum: oportere autem gladium eſ-

ſe

ſe ſub gladio; & temporalem authoritatem ſpirituali ſubijci poteſtati: aliaque quæ duræ videbantur digeſtionis Philippo Pulchro Regi Francorum; neceſſarium ei viſum fuit obtinere à Clemente V. extrauag. Meruit *de priuil. in Comm.* qua declaratum eſt nullum per d. extrauag. præiudicium generatum Francorum Regi, regno, aut regnicolis. vt non amplius per illum, eſſent ſubiecti, quam ante fuiſſent: ſed omnia eſſe in eodem ſtatu: tam quoad eccleſiam, quam regem, regnũ, & regnicolas. eo ſcilicet vergit declarationis poſtulatio, vt Regia poteſtas diſparata, diſcreta, & independens in temporalibus à pontificia poteſtate: neque huic illa tanquam ſupremæ ſubdi: ſed quod enunciauerat Innoc. III. *in d.c. per venerabilem*, neminem in temporalibus recognoſcere, cenſeretur. tameſi nec id Clemens, neque contrarium ibi expreſſerit. & quamuis de Francia rogatus reſponderit; cauſa tamen deciſionis communis eſt omnibus Principibus ſuperiorem non recognoſcentibus *vt diximus in Hiatu l. 3. c. 9.* Ve-
8. Vt intelligendum iuramentum Imperatoris. rùm idem Clemens *in c. romani. de Iureiur. in Clem.* multis verbis deducit quod iuramentum, quod Imperator præſtat Papæ, *iuxta formam in c. Tibi domino. 63. diſt. & in Pontificali expreſſam, & latius in d. c. romani extenſam*, ſit iuramentum fidelitatis. quamuis tamen ibidem non explicet, quid ſit, aut quî ab eo accipiatur fidelitas. in feudalibus quidem placitis eſt ſacramentum, quo domino fidem ſuam obſtringit vaſallus. quod plura complectitur *l. 2. c. 5. & 6. feud.* & quidem capitula fidelitatis, & tenorem d. iuramenti dicit Clemens ſe benè penſaſſe: & reſpicere videtur ad *c. de forma. 22. q. 5.* quod *d. c. 6. l. 2. feud.* refertur: & id continet quod *c. 5. ibid.* ferè dicitur eſſe vaſalli. ſed & ibidem alterius ſit mentio: ſcilicet qui ideo *iurat fidelitatem*, inquit *d. c. 5. non quòd habeat feudum, ſed quia ſub iuriſdictione ſit eius, cui iurat*: & quæ huic iuranda ſunt etiã in iuramento imperatorio ſunt comprehenſa: an huiuſmodi fidelitatis iuramentum aliquatenus Clemens reſpexerit? quaſi iuret Imperator, non quod à Papa tamquam feudum habeat Imperium: ſed quaſi Imperator ſub Papæ iuriſdictione ſit. vt refert Clemens ſibi fidelitatis & obedientiæ itidem præſtitum ab Imperatore iuramentum: & Bonif. VIII. *in d. extrauag. vnam* definit *ſubeſſe Romano Pontifici*, omni humanæ creaturæ omnino eſſe de neceſſitate ſalutis: & Pius V. in formula profeſſionis fidei hæc verba inſeruit; *Romano Pontifici veram obedientiam ſpondeo, ac iuro.* quæ relata ad ſubiectionem ſpiritualem, & primatum Papę, inter Catholicos nullam habent difficultatem: ſed ſi ad ſubiectionem temporalem, quaſi ordinario iure competentem Papæ referantur; eiuſmodi ex verbis cauſam accepit Philippus Pulcher acerbæ epiſtolæ ad Bonif. VIII. ſcriptę: & Ludouicus Bauarus Imp. legis cum Electoribus conditæ, qua declararit poteſtatem Imperatoris eſſe à Deo: & læſæ Maieſtatis crimen incurrere, qui diceret electum Imperatorem ante coronationem non eſſe verum Imperatorem; aut Imperium non poſſe adminiſtrare. de qua lege Alberic. *in l. bene à Zenone n. 16. C. de quadrien. præſcript.* Itaque omiſſa quæſtione Imperij, quæ ortum poteſt habere à pactis Tranſlationis in Carolum Magnum: ſimpliciter hæc ſumma ſit; diſtare & longo quidem interuallo Pontificum tiaras, & ſceptra Regum: iuriſdictionem illorum 10. Longè diſtare Pontificum & Principum iuriſdictionem.
ſacram; horum politicam: aliam Pontificum eſſe; aliam Cæſaris: ſi rebus Cæſaris incubamus, ſi iure poteſtatis eius vtimur, extra querelam iniuriæ eſt, Cæſari reddi, quod Cæſaris eſt: Deo autem, quæ Deo ſunt propria, reddere nos o-

9. Vt omnis creatura ſubiecta Romano Pontifici

portere, corpus, animam, voluntatem. *ita Hilarius in Comm. in Matth. c.23.* viciſſim,ſi à Chriſto inter oues paſcendas Petro, eiuſque ſucceſſoribus commiſſi ſumus; extra iniuriam eſt authoritate nos illorũ regi, dirigi, atque compeſci. qui tergiuerſantur, meminerint illius Iſaiæ *c. 6. Gens, & regnum, quod non ſeruierit tibi, peribit.* & vix accidit vt deſciuerint aliqui à fide,qui non antè authoritatem externam eccleſiæ contempſerint, oppugnarint. vtique & de externa agit Chriſtus *Matth.18.* vbi poſt priuatas monitiones denunciari fratrem peccantem eccleſiæ iubet; & exinde *ſi eccleſiam non audierit, ſit tibi*,inquit,*tanquam ethnicus & publicanus.* quaſi iam ex eccleſiæ gremio exciderit,qui authoritatem ſpreuerit, & vt vitabantur à Iudæis ethnici & publicani:ita & à conſortio catholicorum ſecludi debeant qui etiam in externis non agnoſcunt eccleſiam, vt matrem.

Ad quam rationem dicendum eſt, quamuis, vt proximo capite videbimus, Papa in Principes ſupremos ex ratione finis ſpiritualis exerceat etiam poteſtatem in temporalibus;non ideo tamen confundi poteſtates: ſed plenitudinem ſpiritualis, manere in Papa; plenitudinem temporalis, in principibus ſupremis. quippe non illud facit Papa authoritate temporali. *c. nouit. X. de iud.* ſed in conſequentiam, ratione peccati; quod poteſt compeſcere, & peccantes ad pœnitentiam reuocare. *d. c. nouit. c. prædicandum.* 12. *q. 2. c. illis. 6. q. 1.* eoque media ad id neceſſaria ob finem ſpiritualem induunt naturam finis, & quaſi transeunt ſub poteſtatem ſpiritualem. Quæ odioſa eſſe non debent ijs,qui in eccleſia, non ſupra eccleſiam eſſe Principes credunt, vt ait Ambroſius de negotio fidei ad Cæſarem ſcribens, & qui venerantur eccleſiam,vt matrem.vt contra negant hodie hæretici eum ſupremum Principem eſſe, qui non & rerum diuinarum ſummam, vt humanarum vſurpat. vt A...eric. *Gentil. tract. de poteſtate Regis abſoluta.* quæ ſuperauit Nabuchodonozoris impietas. *Daniel 6.* illuc vergere videbatur opinio Guilielmi II. Regis Angliæ: de quo Eadmerus *in ſua Hiſtoria l.* 1.*Omnem*, inquit, *authoritatem exercendæ chriſtianitatis illi* (Anſelmo Archiepiſcopo Cantuarienſi) *adimere cupiebat. nec enim regia poteſtate integrè ſe potitum ſuſpicabatur quamdiu aliquis in tota terra, vel etiam ſecundùm Deum, niſi per eum quicquam habere* (*nota dico*) *vel poſſe dicebatur.* ad quæ verba Seldenus per chriſtianitatem ab Eadmero, & illius æui ſcriptoribus, notat functionem epiſcopalem atque ſacri fori actionem, & adminiſtrationem intelligi. vnde & apud nos pridem dicti Decani chriſtianitatis, qui per territoria ſub Epiſcopis in perſonas & res ſacras aduertunt, & in iure Archipresbyteri dicuntur. & Seldenus ait apud Anglos eccleſiaſticas curias, etiamnum fora chriſtianitatis vocari: in quibus chriſtianæ religionis negotia, & politia eccleſiaſticæ curæ exercetur.

11\. Supremitati Principum non derogare ſacram eccleſiæ poteſtatem.

Chriſtiano-catholici ergo Principes filij eccleſiæ ſunt; non præſules: quæ rem chriſtianam ſpectant, ad eccleſiæ præſules; quæ publicam, politicamque ad ſe ſpectare arbitrantur: aliaque eſſe quæ Deo,alia quæ Cæſari tribuẽda ſunt. eam non indignantur eſſe eccleſiæ poteſtatem, quæ Chriſti ouibus, illi commiſſis, eſt neceſſaria paſcendis, regendiſque quomodo *Spiritus S. poſuit Epiſcopos regere eccleſiam Dei: Act.20.* non Reges, Principes, Imperatores: ſed hos ipſos *lex Chriſti ſacerdotali ſubijcit poteſtati*, inquit Greg. Nazianzen. *c. ſuſcipitis. diſt.* 10. à Chriſtiana ergo lege abſcedunt, qui chriſtianitatem, ſeu eccleſiam cogunt ſuis legibus ancillari.

CAPVT

CAPVT II.

An Eccleſiæ poteſtas ita ſit à ciuili diſcreta, vt nunquam ad temporalia porrigatur?

AIunt omnes hodiè heretici, & politici multi. ſed illos non moramur, qui ſedemus ad petram, ſuper qua Chriſtus ſuam eccleſiam fundauit; inter oues, quas Petro paſcendas cõcredidit, ſub clauibus quas ei dedit regni cælorum: ſub poteſtate quam ei tribuit ligandi,

1. Clauium Pontifici creditarum poteſtas. atq; ſoluendi. vt quod in terra Petri ſtetiſſet arbitrio, ratum eſſet in cœlo. cuius autboritas in Sede Romana defixa, poſt tot ſæculorum ſucceſſiones in hærede non deficit. de quo agere non eſt noſtri inſtituti, ſi tantum meminerimus Papam caput eſſe vniuerſalis eccleſiæ; vicariam Chriſti poteſtatẽ exercere. quam breuiter colligit Bernardus *l. 2. de conſiderat. c. age*, inquit, *indagemus adhuc diligentius qui ſis, quam geras videlicet pro tempore perſonam in eccleſia Dei. Quis es? ſacerdos magnus, ſummus Pontifex: Tu Princeps Epiſcoporum, Tu heres Apoſtolorum, Tu primatu Abel, gubernatu Noe, patriarchatu Abraham, ordine Melchiſedech, dignitate Aäron, authoritate Moyſes, iudicatu Samuel, poteſtate Petrus, vnctione Chriſtus, Tu es cui claues traditæ, cui oues creditæ ſunt. Sunt quidem alij cæli ianitores, & gregum paſtores, ſed tu tanto glorioſius, quanto differentius vtrumque præ cæteris nomen hereditaſti. Habent illi ſibi aſſignatos greges ſinguli ſingulos, tibi vniuerſi crediti, vni omnes. nec modo ouium, ſed & paſtorum tu vnus omnium paſtor. Vnde id probem quæris? ex verbo Domini. Cui enim non dico Epiſcoporum, ſed etiam Apoſtolorum ſic abſolutè & indiſcretè tota commiſſa ſunt oues, ſi me amas Petre paſce oues meas? quas? illius aut illius populos ciuitatis, aut regionis, aut certi regni? oues meas inquit: cui non planum non deſignaſſe aliquas, ſed adſignaſſe omnes? nihil excipitur, vbi diſtinguitur nihil.*

Igitur quod ad politicos attinet, *2. Vt ad temporalia extendatur.* qui plenam in ſpiritualibus eccleſiæ poteſtatem admittunt, & primatum Pontificis Romani, *iuxta d. extrauagantem vnam ſanctam*: ſed nullam in temporalibus; quin imo in his omnes Principibus ſæcularibus faciunt ſubiectos: videamus quam à iure noſtro diſcrepent. Sed in primis Apoſtolus 1. *Cor.* 9. dicit ſibi poteſtatem eſſe prædicanti euangelium laicis ab ijſdem temporalia exigendi, ſeu metendi. Item 1. *Cor.* 6. iubet iudices conſtitui ex chriſtianis, & eos non litigare apud infideles. 1. *Cor.* 5. pro inceſtu excommunicat Corinthium.

Quemadmodum ab initio eccleſiæ vſitata fuit excommunicatio: *3. Ad excommunicationem.* vt non tantum à ſacris arcerentur aduerſus eccleſiam cõtumaces; ſed etiam à cõuerſatione fidelium, per quam conuiuere, contrahere, commercari, in iudicijs agere, aliaq; ciuilia negotia eis prohibentur: vt ita cenſura ad temporalia dimanet.

Et ſi, qui excommunicantur, ſint magni, iure à clientibus debito pri- *4. Illius effectus abſolutionem vaſallorum à iuramento.* uantur. *nos*, inquit Gregorius V. *in Synodo Romana ſanctorum prædeceſſorum ſtatuta tenentes* (nota ante annos fere ſexcentos) *eos qui excommunicatis fidelitate, aut ſacramento conſtricti ſunt, Apoſtolica authoritate à iuramento abſoluimus: & ne fidelitatem obſeruent, omnibus modis prohibemus, quo vſque ipſi ad ſatiſfactionem veniant. c. nos ſanctorum.* 15. *q.* 6. *c. iuratos. ibid. c. fin. extrau. de pœnis.* eccleſiæ enim illud competit Jeremiæ *c.* 1. *conſtitui te ſuper gentes, & regna, vt deſtruas, ædifices, euellas & plantes.* & applicatur *in c. vnam. de maiorit. & ob. in extrauag. com.* quare rurſus idem & in hereticis Gregorius IX. *c. fin. X. de hæret. abſolutos*, inquit, *ſe nouerint à debito fidelitatis, dominij, & totius obſequij, quicumque lapſis manifeſtè in hereſim*

Digitized by Google

aliquo pacto quacumque firmitate vallato tenebantur adſtricti. in c. ad abolendam. X. de hæret. hæretici comites, barones, &c. honore priuantur. *c. vergentis. X. cod.* bona confiſcari iubentur.

5. Ad Hæreticorum in temporalipunitionem vt porrigatur.

Jterum de hæreticis plenius ſtatutum in Concilio œcumenico Lateranenſi ſub Innocentio III. *refertur in c. excommunicamus. 13. X. de hæret.* vt bona hæreticorum laicorum addicantur fiſco, & ipſi hæretici relinquantur poteſtati laicæ debita animaduerſione puniendi. deinde præcepit poteſtatibus ſæcularibus, vt omnes hæreticos è ſuis ditionibus pro viribus expellant. & ſimul ſtatuit, vt, quando aſſumuntur, præſtent iuramentum, ſe hoc pro viribus, & bona fide executuros. Deuique dominos temporales in eo negligentes iubet excommunicari, denuntiari Pontifici. vt vaſalli à fidelitate abſoluantur, terræ exponantur à catholicis occupandæ. item aduerſus fautores hæreticorum, vt ſint infames, officiorum, conſiliorum, electionum incapaces ac teſtimoniorum, inteſtabiles actiuè & paſſiuè, Actores in iudicio eſſe non poſſint: ſi Iudices ſint, ſententia eorum ſit irrita: ſi tabelliones; inſtrumenta nullius momenti: ſi aduocati; patrocinium non admittatur. In *c. licet X. de voto.*

6. In votis, aſſaſinatu &c. clucet.

Innoc. III. coëgit Regem Hungariæ votum paternum explerè ſub pœna priuationis regni. *In c. 1. de homicid. in 6.* Innoc. IV. Principes per aſſaſſinos Chriſtianum hominem occidi curantes dignitate priuat.

7. Frederic. IJ. Imperio priuatus, authoritate eccleſiæ.

In Concilio œcumenico Lugdunenſi *relato in c. ad apoſtolica. X. de ſent.* imperio & regno priuatus fuit Fredericus II. & omnes ſubditi à iuramento fidelitatis abſoluti.

In Concilio Viennenſi *d. c. Romani. de iureiurand. in Clementin.* probatio perſonæ in Jmperatorem electæ, dicitur ad Pontificem pertinete: 2. authoritate eccleſiæ Imperium à Græcis tranſlatum in Germanos: 3. poteſtatem eligendi ab eadem ad certos Germaniæ Principes perueniſſe: 4. iuramentum Papæ ab Jmperatore præſtari; idemque eſſe fidelitatis.

8. Imperium à Græcis in Germano-Francos tranſlatum

9. Philippicus comes a Concilio Conſtantienſi coërcitus, aliaque ab eodem decreta temporalitatem trahentia.

Jterum Concilium Conſtantienſe *ſ. 21.* aduerſus Philippicum Comitem & miniſtros, ſi in crimine perſtiterint poſt excommunicationem & interdictum, facultatem facit procedendi ad omnes alias pœnas, ſpirituales & temporales. idemque Concilium *ſ. 29.* renouat Bonifacij VIII. conſtitutionem *quæ incipit felicis de pœnis:* latam aduerſus metum inferentes electoribus Papæ. vbi aduerſus quacumque dignitate præditos ſtatuuntur hæ pœnæ, *infamia, inteſtabilitas, bonorum confiſcatio, inhabilitas ad omnes dignitates, tam ſæculares quàm eccleſiaſticas, ad agendum in iudicio, ad poſtulandum, teſtificandum.*

10. Alia in Cõcilio Lateran.

Jterum in Concilio Lateranenſi *ſub Leone X. ſ. 9.* renouatur eadem conſtitutio *c. felicis & c. ſi quis ſuadente diabolo*: & contra præſumentes vltra veteres pœnas ſtatuitur, vt ad omnes actus legitimos Inhabiles; & inteſtabiles habeantur.

11. Tridentino

Jterum Concilium Tridentinum *ſ. 25. c 20.* præcipit ſacros canones, & Côncilia generalia omnia, necnon alias apoſtolicas ſanctiones in fauorem eccleſiaſticarum perſonarum, libertatis eccleſiaſticæ, & contra eius violatores editas, quæ omnia præſenti etiam decreto innouat, exactè ab omnibus obſeruari debere. in quibus canonibus multa de tẽporalibus, ſubditorumve liberatione habentur. & *ſ. 25. c. 19.* in duello pugnantes, & locum concedentes priuatione, & alijs pœnis temporalibus punit: & *ſ. 25. c. 3.* etiam mulctas pecuniarias, ſub certo modo, pet Iudices eccleſiaſticos induci permittit, & per captionem pignorum, & perſonarum diſtrictionem procedi.

12. Lugdunẽſi.

Jterum in Concilio Lugdunenſi

ſub

ſub Gregorio. X. relato in c. 1. & 2. de vſur. in 6. ſtatuuntur diuerſæ pœnæ temporales, aduerſus vſurarios vt manifeſti ſint inteſtabiles, vt illis non elocentur domus. &c. & toti tituli agunt de vſuris reſtituendis.

13. Iterum Tridentino. alijs.

Iterum Concilium Trid. *ſ.* 24. *de mat. c.* 6. raptorem non tantum condemnat vt raptam ducat; ſed & bonis tēporalibus dotet. & *in c.* 2. *X. de adult. & ſtup.* adijcitur etiam caſtigatio corporalis, & in monaſterium detruſio. Alibi permittitur flagellatio moderata: *c.* 4. *X. de raptor.* & verberatio, torturaque lenis: *c. circumcelliones.* 23. *q.* 5. captura: *c. nouimus.* 23. *X. de verb. ſignif.* ſcorticatio, raſio, in Concilio Liptinenſi: mulctatio: *c. ſtatuimus.* 16. *q.* 1. *c. quiſquis.* 17. *q.* 4. *c. presbyter c. calumniam X. de pœn.* ad opus pium: etſi non fiſci Epiſcopi. *c. epiſcopo.* 6. *q.* 6. aut Archidiaconi. *c. licet.* 3. *X. de pœn.* debitæ vltionis acrimonia, perpetua infamia, carcer, exilium, deportatio: *c. attendendum.* 17. *q.* 4. *c. quamuis de pœn. in* 6. *Gregor. lib.* 11. *epiſt.* 50. denique libera poteſtas adulteria & ſcelera inquirendi, vlciſcendi, & & iudicandi. *c.* 1. *X. de off. ord.*

14. Principes ab eccleſia in temporalibus etiam damnati.

Jlluſtre etiam præbet argumentum poteſtatis eccleſiæ in temporalia, quod ſummi Pontifices circa ipſos Jmperatores, Reges, & Principes, capita vtique politici corporis, & vnde temporalis authoritas alioquin fluit, ſtatuerunt. nam Conſtantinus Papa Jmperatorem Philippicum imagines aboleri iubentem, damnauit. conſtituens ne illius nomen publicis ſcriptis, aut priuatis in ęre, argento, plumboue reciperetur.

Philippicus Imp.

Gregorius II. circa annum 720. Leonem Iſaurum iconomachum excommunicauit, & Jtaliæ vectigalibus priuauit: prohibens Italis ne conſueta tributa ei perſoluerent. Gregorius III. Leonem communione ſimul & Imperio priuauit: quod imagines & ſtatuas demolitus eſſet, & de homouſio male ſentiret.

Leo Iſauricus.

Zacharias Childericum regno Franciæ amoueri, & Pipinum ſufficí iuſſit. non tam ob crimina, quam ſocordiam, & incapacitatem. ob quam non tantùm noxius eſſet bono politico, ſed & in eccleſiam grauia incommoda redundarent. Childericus.

Leo III. cum Græci eccleſiam Romanam negligerent, aut tueri non poſſent; Imperium diuiſit, & Occidentem in perſona Caroli Magni Germanis attribuit *c. venerabilem. X. de elect. c. Romani de iureiurand. in Clem.*

Jterum deficiente maſcula ſtirpe Caroli tranſlatum eſt Imperium in Henricum Aucupem, Ducem Saxoniæ. qui etſi nomine imperatorio abſtinuit, filius tamen Otho I. à Ioanne XIIJ. accepit.

Gregorius VII. Henricum IV. ob grauiſſima ſcelera excommunicatum, nec emendatū Imperio priuauit. idem Gregorius Boleſlaum II. ob cædem ſancti Staniſlai diris deuouit, & regnum ei abrogauit. Caliſtus IJ. filium patri ſimilem inueſtituras, & eccleſiæ iura vſurpantem, excommunicatione, & amittendi regni metu deterruit. Henricus IV. Imp. Boleſlaus.

Alexander IIJ. Fredericum I. ænobarbam ſacris interdixit, & iuramento fidelitatis ei adſtrictos abſoluit. Frederic. I.

Innocentius III. Othonem IV. eccleſiæ nimis iniurium à communione remouit, & Jmperio deiecit. Jdem Papa Regi Hungarię vt diximus regni iacturam minatus eſt, niſi votum Hieroſolymitanum expleret. *c. licet. X. de vot.* Jdemque rurſus Ioannem Angliæ Regem regni adminiſtratione ſubmouit. Otho IV. Ioan. Angl. Rex.

Honorius III. Gregorius IX. & Innocentius IV. Fredericum II. vt hoſtem eccleſiæ excommunicarunt, & hic probante Concilio Lugdunenſi ab Jmperio depoſuit. *c. ab Apoſtolicæ de ſent. & re iudicat.* idē Innocentius IV. Regi Luſitaniæ negligenti fratrem coadiutorem dedit. Frederic. II. Imp.

dedit; cum iure ſucceſſionis, ſi Rex ſine prole moreretur. *c. grandi. de ſupplend. negligen. prælat.*

Gregorius X. vacante nimis diu Imperio Electoribus mandauit, vt mox prouiderent; alioquin ſe eorũ negligentiam ſuppleturum. elegerunt ergo mox Rodolphũ Comitem Hapsburgenſem. Clemens V. iterum diu nimis vacante Imperio rogatus fuit à Philippo Pulchro, vt illud in Francos referret. cui enim, inquiebat, fit iniuria, ſi vacantis Imperij conditio permutetur? Electores ergo monuit, vt electionem maturarent, alioquin periculum eſſe, ne cum Imperio poteſtatem eligendi impoſterum amitterent: at illi mox Henricum Luxemburgenſem eligerunt.

Ludouicus Bauarus. Ludouicus Bauarus à Ioanne XXII. & Clemente VI. excommunicatus, & per hunc ab Imperio depoſitus eſt: & Electoribus mandatum alterum eligere, eccleſiæ morigerum: alioquin Pontificem curam neceſſariò, vt ſupremum caput, de Imperio habiturum.

Comes Toloſanus. Comes Toloſanus, quod hæreticis arma accommodaſſet, tam in Concilio Galliæ, quàm Lateranenſi ſub Innocentio III. principatu ſpoliatus fuit. *Simoni autem Monfortio*, inquit Mariana *in hiſtor. Hiſpaniæ l. 12. c. 3. nauatæ operæ prœmium fuit Toloſa, & aliæ vrbes bello quæſitæ, partæque.*

Georgius Pogebratius. Paulus II. Georgium Pogebratium hæreſeos damnatum, dignitate ac regno priuauit. vt & Paulus III. Henricum VIII. Angliæ Regem: & Pius V. Eliſabetham ipſius filiam: denique Sixtus V. Henricum IV. tunc ab eccleſiæ doctrina alienum, regno Franciæ excludendum cenſuit: & reſipiſcentem reconciliatumque Clemens VIII. admiſit, rehabilitauitq; retrorſum ad tempus delati regni per mortem Henrici III. bellumque religionis cauſa obortum compoſuit. plura ſunt apud alios huiuſmodi rerum

Henricus VIII. Angl. Elizabetha

geſtarum exempla, ac legi poſſunt apud Bozium *de ſignis eccl. t. 2. l. 17. ſig. 71. l. 22. c. 8.* lõga ſanè tot ſæculorum conſuetudo, quamuis dubitari poſſet, interpretationem iuris facit. *l. ſi de interpretat. D. de leg.* imò non competentem iuriſdictionem attribuit. *l. ſi ut 3. & l. omnes 4. C. de præſcript. 30. an.* & ius facit conſuetudo: præſertim inſignibus actibus, & pluries repetitis firmata.

Neque vero mouere poteſt, quod non exemplis, ſed legibus ſit iudicandum: *l. nemo. 13. C. de ſent.* ſi quidem illud eſt accipiendum de vulgaribus iudicibus. ſi verò Princeps ipſe de cauſa cognouerit, & ſententiam dixerit, omnes omnino *Iudices ſciant*, inquit lex, *finali C. de leg. hanc eſſe legem non ſolum illi cauſæ, pro qua producta eſt; ſed & omnibus ſimilibus.* & ita argumentantur iureconſulti ex deciſionibus aliàs factis ab Imperatore aut Senatu, *ut citat Chriſtinæus volum. 1. deciſ. 1. & 21.* 11.

11. Quæ hæc authoritas exemplorũ.

Quod ſi vnquam legis inſtar eſſe poſſit res aliàs iudicata; tum maximè id obtineat oportet ſi iudicium fuerit vniuerſalis eccleſiæ, ſiue Concilij œcumenici. cui fidem omnes catholici attribuere debent. quippe in quo fides Petri deficere non poteſt, vt neque portæ inferi aduerſus petram præualere. præſidet enim in huiuſmodi Concilijs Spiritus ſanctus. vnde in primo Concilio ita fantur Apoſtoli *Act. c. 15. viſum eſt Spiritui ſancto, & nobis.* de eoque habebant Chriſti promiſſum, & per eos in perpetuum illius eccleſia, *ille vos docebit omnia.*

At vero quædam ex his, quæ retulimus, exempla a Concilijs œcumenicis probata ſunt. & quæ ante diximus in Concilijs œcumenicis circa temporalia ſunt decreta: quæ adeoque circa fidem aut mores errare non potuerunt.

Neque verò rectè dixeris, nullum eſſe alicuius Concilij decretum, quo expreſsè declaratum ſit, competere 16.

16. Eccleſiæ iudicium imo decreta.

petere eccleſiæ in temporalibus poteſtatem: eoq́ue, vt res certæ fidei ſit, opus eſſe: adeoq́ue præuio examine: ſicut de Apoſtolis *in Actis d. c. 15.* dicitur; *conuenerunt videre de verbo hoc.* nam *quid intereſt*, inquit lex 32. *D. de leg. ſuffragio populus voluntatem ſuam declaret, an rebus ipſis, & factis?* & vero, quo caſu res dubia eſſet, Concilij examine, & ſententia opus eſſet: ſed (prætérquam quod in Concilio Romano *ſub Gregorio VII.* hæ propoſitiones in terminis definitæ ſunt; *quod Papæ liceat deponere Imperatorem: quod à fidelitate iniquorum ſubiectos poſſit abſoluere*). tot hîc Concilia illam eccleſiæ in temporalia poteſtatem pro certa præſupponunt, & ex ea præſuppoſitione, quæ retulimus, decernũt: vt magnus videretur circa fidem & mores lapſus; ſi res ſecus ſe haberet. magna enim & grauia incommoda rei publicæ, & eccleſiæ incumberent. vt ſæpè hæc, & illa turbata eſt in executione exemplorum, quæ retulimus.

Controuerſum quidem eſſe fatemur modum ipſum, quo competat eccleſiæ in temporalia poteſtas: controuerſum autem prioribus ſæculis inter orthodoxos non fuit, quin competat. Canoniſtæ quidam via regia, atque directâ competere contendunt. illoſq́ue non parum iuuant verba d. extrauagantis *vnam ſanctam.* quæ ſimpliciter aiunt in eccleſia, eiuſq́ue poteſtate duos eſſe gladios; ſpiritualem & materialem: gladium eſſe ſub gladio: hunc illi ſubijci: theologi negant directò eccleſiæ poteſtatem competere in temporalia, ſed indirectè dumtaxat; quatenus finis ſcilicet ſpiritualis eccleſiæ, atque animarum ſalus exigat. qui finis eiuſmodi media faciat neceſſaria, & quaſi fini conformet: ex eoq́ue poteſtatem in temporalia quaſi ſpiritualem faciat: quamuis circa materiam temporalem eo caſu verſetur. vt d. extrauagans *vnam*, aliaq́ue iuris loca, in quibus canoniſtæ fundantur, ſecundùm hanc rationem ſint exaudienda, non vt ſonant verba ſimpliciter. *qua de re Bellarminus de Romano Pontifice. l. 5. c. 4. & 5. alijque.*

17. Quid ſentiendum de obiectis incommodis?

Neque refert ſi obieceris ex huiuſmodi decreto, & executione exemplorum ſupra relatorum, grauiſſimas ſæpè in eccleſia ortas eſſe turbas: & doceamur in materia morum *c. cum non poteſt. 23. q. 4.* potius omittendam eſſe correctionem, quam grauiora ex remedio mala cauſari. vtique enim id verum eſt, cum de præterito tantum crimine puniẽdo agitur: ſed cum de futuro impediendo non æquè: quamuis præſens graue malum immineat; ſi futuri temporis bonum præponderet. ſic bellum iuſtum eſt, quamuis multa grauiaq́ue inpræſentiarum ſecum trahat incommoda, ex quo pax ſequatur; cuius bonum præcellat. quod ſi non ſemper conſilio reſpondeat euentus; non reddiderit hic illud iniuſtum. fateri etiam oportet, cum de Papæ iudicio, æquumnè ſit an iniquum, nemo poſſit iudicare: *c. pater. c. aliorum. 9. q. 3.* adeoq́ue illud maneat irretractabile: graui meditatione, centum oculis, & multimoda circumſpectione opus eſſe; vt diſpiciat an neceſſariò deſcendendum ſit ad vrendum & ſecandum, neq; enim aliter ius ei, aut fas eſt gladium exerere. *quid tu*, inquit Bernardus *l. 4. c. de conſiderat. denuo vſurpare gladium tentes, quem ſemel iuſſus es ponere in vaginam? quem tamẽ qui tuum negat, non ſatis mihi videtur attendere verbum Domini, dicentis ſic; conuerte gladium tuum in vaginam. tuus ergo, & ipſe tuo forſitan nutu, etſi non tua manu euaginandus. Alioquin ſi nullo modo ad te pertineret, & is, dicentibus Apoſtolis, ecce gladij duo hic, non reſpondiſſet dominus, ſatis eſt; ſed nimis eſt. Vterque ergo eccleſia, & ſpiritualis ſcilicet gladius, & materialis: ſed is quidem pro eccleſia; ille vero ab eccleſia exercendus*

eſt. ille ſacerdotis, is militis manu: ſed ſanè ad nutum ſacerdotis, & iuſſu Imperatoris. Quare neque ob quodlibet peccatum ad hæc extrema deueniendum eſt: ſed ob grauia demũ & eccleſiæ nimium noxia. vt in caſu hæreſis, & perſecutionis eccleſiæ ad depoſitionem procedi poteſt. *c. ad apoſtol. de re iud. in 6. c. ſi papa.* 40. *c.* 13 *X. de hæret.* ſi Princeps contemnat eccleſiæ claues quod incidit in hæreſim: *c. 1. diſt.* 22. *c. hæc eſt fides. c. rogamus. c. alienus.* 24. *q.* 1. imo ipſo iure in pœnas incidit. *c. cum ſecundum leges. de hæret. in* 6. quamquam ad hos effectus adeo magnos & monitio non vna, & incorrigibilitas merito deſideretur *c. ad apoſtol. de re iud. in* 6.

18. Finis ſpiritualis hæc media facit conceſſa, vt in multis in iure expreſſis.

Quod ſi ergo finis ſpiritualis requirat ſpiritualem gladium extendi ad materialia, ſtatuendum eſt Deum, qui fidem huiuſmodi præſcripſit, media ad ilium neceſſaria conceſſiſſe. *l.* 2. *D. De Iuriſd. om. iud.* adeoque cum ſalus exiget animarum, & eccleſiæ ſalubris directio, licitum feciſſe eccleſiæ temporalium attactum. illudque fuiſſe iudicium omnium ſæculorum liquidum ſit ex tot centenis canonibus, per tota iuris canonici volumina ſparſis, tot ſæculorum interuallis diſtantibus: quibus Concilia, Pontificeſve Romani de rebus temporalibus varia atque infinita ſtatuerint, quæ ad finem ſpiritualem, ſalubrem eccleſiæ directionem, animarumq; ſalutem, neceſſaria videbantur. quæ damnare ſimul omnia quî poſſit animus verè catholicus?

Infinitum foret hæc producere omnia, non tamen citra operæ pretium carptim quædam educere. v. g. præſcriptionem mala fide procedentem leges ciuiles admittentes, ob peccatum in ijs contentum, & animæ ſalutem, corriguntur *in c. fin. X. de præſcript.* multa de Iudæis, de Saracenis, de hæreticis, de apoſtatis, de pœnis, de iniurijs, & damno, de reſtitutionibus, de foro competenti, de iudicijs, de immunitate clericorum per diuerſos titulos ſtatuuntur, à canonibus circa res temporales.

Lubet tantum hic annotare quæ Argẽtræus ad Cõſuet. Brit. art. 44. not. 2. quaſi vſurpatæ iuriſdictionis à Põtificibus damnat in cauſis realibus prophanis *c. ex tenore. X. de for. comp. c. ex parte eod. c. ſignificant. X. de off. deleg. c. nouit. X. de Iud. c. olim. X. de off. leg. c. conſtitutus. X. de reſtit. in integ. c. dilecti. X. de arbit. c. ſuam. X. de ord. cognit. c. lator eod. c. per venerabilem. ibid. c. ex parte. X. de conſuet. c. qualiter. X. de Iud.* quibus locis de rebus temporalibus quidẽ ſtatuitur, ſed ita vt ſemper ea ſit Pontificum voluntas, vt iuriſdictioni Principũ nolint præiudicatum, vt dicit d. c. nouit. ſed quod diſciplina eccleſiæ exigit, actum velint. & ſingula porro loca aut non impingunt, vt vult Argentræus, aut ſolutionem ſpecialem ſecum vehunt. quanquam & imbecilla ſunt tela legum ciuilium, quibus ille canones impugnat: alij arietes adhibendi ſunt aduerſus poteſtatem, quæ non ex hominibus, ſed ex Deo eſt. vide quæ alia citamus infra hoc *lib. c.* 6.

19. Contraria hæreſis Marſilij à Padua damnata.

Denique damnata pridem eſt hæreſis Marcilij à Padua, & Ioannis à Landuno à Ioanne XXII. *extrauagante licet ſecundum Apoſtolum.* quæ negabat eccleſiæ competere poteſtatẽ cöactiuam. quam vtique intelligebant in re temporali; non autem negabant poteſtatem arcendi à ſacramentis. Hanc reſumpſit Mar. Antonius de Dominis, negauitque vllam in eccleſia eſſe poteſtatem, cum vera præfectura, iuriſdictione, cöactione. negat vllam eſſe forenſem iuriſdictionem. ſed illum amplè refutauit Malderus. *in primam ſecundæ q. 95. ar. 1. dub. 4.* Denique Cardinalis Bellarminus poteſtatem eccleſiæ in temporalia firmiter aſſeruit. quem cum oppugnaſſet Rogerus Widdringtonus, pro Bellarmino Apologiã dedit Adolphus Sculckenius. *Vide Chokier in*

Vindi-

Vindiciis libert. eccl. p. 1. c. 8. 9. 10. etiam quæ tradimus *ſ. c. 4. hoc lib.* de rebus eccleſiarum.

CAPVT III.

An poteſtas temporalis nullo modo verſetur circa ſpiritualia?

HAc in re ſanctus Iſidorus *c. principes. 23. q. 5. Principes*, inquit, *ſæculi nonnunquam intra eccleſiam poteſtatis adeptæ culmina tenent, vt per eamdem poteſtatem diſciplinam eccleſiaſticam muniant. Cæterum intra eccleſiam poteſtates neceſſariæ non eſſent, niſi vt, quod non præualet ſacerdos efficere per doctrinæ ſermonem, hoc imperet per diſciplinæ terrorem. non quod Imperatorum leges dicamus penitus renuendas, ſed quod eas euangelicis, apoſtolicis, atque canonicis decretis (quibus poſtponendæ ſunt) nullum poſſe inferre præiudicium aſſeramus. c. leges: & tot. d. 10. Debes Imperator*, inquit Leo Pontifex ad Leonem Imperatorem, *incunctanter aduertere poteſtatem tibi non ſolum ad mundi regimen, ſed maximè ad eccleſiæ præſidium eſſe collatam.* præſidium, inquit, & munimen. vt fulciant, protegant, defendãt, non iudicent. quoniam *Imperator catholicus filius eſt, non præſul eccleſiæ: quod ad religionem competit, diſcere ei conuenit non docere. c. ſi Imperator. diſt. 96. ſancimus*, inquit Nouella *quomodo oporteat Epiſcopos. §. 1. ſacras per omnia ſequentes regulas*: exequendo igitur, quæ ab eccleſia definita ſunt, non definiendo Principes præſidio ſuo, & munimine eccleſiam iuuant, firmant, atq; ſtabiliunt, tam leges cõdendo, quam manu militari cuſtodiendo: ſacras ſemper ſequendo regulas, nõ regulas ipſas & canones decernendo. quomodo accipere oportet quæ catholici plures Principes de rebus ſacris ſtatuerũt. alioquin viribus deſtituentur, ſi ſua authoritate de rebus ſacris ſciſcere quippiam, aut ſancire volent. quod latè deducitur in c. benè *& tot. diſt. 96.* manet enim ſemper ea ratio, quod leges ferre, & iudicare, poteſtatis eſt ſuperioris in ſubditum: Principes autem eccleſiæ filij ſunt, non præſules. *quis dubitet ſacerdotes Chriſti Regum & Principum omniumq; fidelium patres, & magiſtros cenſeri? nonne miſerabilis inſaniæ eſſe cognoſcitur ſi filius patrem, diſcipulus magiſtrum ſibi conetur ſubiugare, & iniquis obligationibus eum ſuæ poteſtati ſubijcere, à quo credit non ſolum in terra, ſed etiam in cœlis ſe ligari poſſe, & ſolui poſſe? c. quis dubitet. 96. d.*

1. In protegendo iuuando, exequendo, non definiendo.

Iſti ſunt, inquit Durandus *citatus à Bellarmino de Pontifice l. 5. c. 5. veri termini iuriſdictionis ſpiritualis, & temporalis à fundatione eccleſiæ, quos tranſgredi non licet. quia iuriſdictio temporalis nullo modo ſe extendit ad ſpiritualia, de quibus nihil nouit: iuriſdictio autem ſpiritualis ſe extendit primò & principaliter ad ſpiritualia: ſecundariò autem & per quandam conſequẽtiam ſe extendit ad actiones hominum circa temporalia, quæ ordinantur ad ſpiritualia tanquam ad finem.* cognoſcere ergo, & iuriſdictionem porrigere in eccleſiam nullo modo poſſunt Principes: defendere ſemper tenentur. defenſionem omnes in ſacris ſuis, ſeu coronatione, iurant. eoq; iubet iniuriam clericis factam vindicari lex *epiſcopale iudic. C. de epiſ. aud.* iubet executionem per poteſtates tribui iudicationi Epiſcoporum. conſpirare enim debet cum ſpirituali ſæcularis poteſtas, vt ſimul eccleſiam defendant, ac ſeruent. *res enim humanæ aliter tutæ eſſe non poſſunt, niſi quæ ad diuinam confeſſionem pertinent, & regia & ſacerdotalis defendat authoritas. c. res autem. 23. q. 5.* vnde inductũ eſt, vt eccleſia imploret auxilium brachij ſæcularis: illudque Principes, eorumq; Iudices requiſiti exhibere teneantur: adeoque cenſuris cogi poſſint. *c. adminiſtratores. 23. q. 5. c. ad abolendam. §. penul. c. excommunicamus. §. moueantur. de hæret. qua de re alibi.*

2. Defenſionem eccleſiæ iurant Principes in coronatione ſua.

3. Brachium requiſiti præſtant auxiliare.

4. Vt tamen hæc non vertant in imperia.

Vt autem auxilia vertantur in imperia, nulla ratio permittit. eoque defendi iure nequeũt Ordinationes Gallicæ permultæ: ſed neque ipſæ Iuſtiniani conſtitutiones, in Codice illius, & authenticæ multæ, de ſacramentis matrimonij, ordinis, alijſque, & rebus alijs ſpiritualibus; quatenus decernendo magis, quàm eccleſiæ decreta dumtaxat iuuando, exequendove procedunt. eum reprehendens Baronius *ad an. 528.* ait, dum dogmatibus eccleſiaſticis perſcrutandis, pluſquam decet Imperatorem, curiosè vacaret, vniuerſum peſſumdediſſe Imperium. *Vide Dian. p. 1. t. 2: r. 105. ea Gudelin. Iur. nouiſſ. l. 6. latè complexus eſt.*

CAPVT IV.

An præter defenſionem poteſtas ſæcularis ad perſonas, & res ſacras nullatenus extendatur?

1. Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos regere eccleſiam Dei, non Principes.

Eccleſiaſticas leges ferre ſæcularibus concedunt Nouatores noſtri temporis: quos refutat Malder. *In 1. 2. q. 90. de legib. ar. 1. d. 4. Poſuit* enim *Spiritus Sanctus Epiſcopos*, non Principes, *regere eccleſiam Dei. Act.* 20. & Rex ex officio quietem reip. non ſalutem animarum curat, ſed Prælati: tamquam rationem de animabus redditurí. & cum ad regimen, legeſque ferendas opus ſit iuriſdictione,

2. Non ergo leges ius ferre de eccleſia competit.

vt idem Mald. ibid. q. 90. ar. 3, d. 1. quæ eccleſiæ tributa eſt, etiam externa: *vt q. 95. ar. 1. d. 4. latè aduerſus Marc. Anton. de Dominis.* à Juriſdictione autem Principum, perſonæ, atque res eccleſiaſticæ ſunt exemptæ.

3. Non Papam, epiſcopos, ſacerdotes iudicare.

Primam ſedem, ſiue Pontificem Romanum, à nemine iudicari reſponſum eſt à Synodo Sinueſſana Marcellino: cum is metu fractus idolis thus adoleuiſſet. in Synodo Romana ſub Silueſtro, *can. vlt.* pace eccleſiæ, iam data per Conſtantinum, ita habetur; *neque ab Auguſto, neque à Regibus, neque ab omni clero iudicabitur prima ſedes.* idem in alia Synodo Romana, ſub Sixto III. dictum fuit, non licere aduerſus Pontificem dare ſententiam: & in alia ſub Symmacho: denique alia ſub Leone III, Carolo Magno reſponſum eſt, Sedem Apoſtolicam omnium eccleſiarum caput à nemine iudicari debere. *plura ſunt in diſt. 21. 22 in c. ſi papa diſt. 40.* Et quamuis adferantur quædam exempla Imperatorum, qui Pontifices depoſuerunt; non id ſua authoritate, ſed Synodali fecerunt. *Bellarminus de Pont l. 5. c. 29.* ſeu potius non legitimos iudicatos, auxiliatrice manu ex facto eiecerunt. de Epiſcopo Conſtantinopolitano *in c. ſolite. X. de maioritat. & obedien.* Innocentius III. loquens, oſtendit eum propriè non ſubeſſe Imperatori. & ſoluit argumentum, obijci etiam nunc ſolitum ex Apoſtolo, *ſubditi eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum: ſiue Regi tamquam præexcellenti: ſiue Ducibus tanquam ab eo miſſis:* nunquam de Pontificibus ait Gelaſius niſi eccleſiam iudicaſſe; non eſſe humanarum legum de talibus ferre ſententiam. *c. nunquam d. 96.* In Concilio primo Romano ſub Silueſtro *can. 4. Silueſter Epiſcopus dixit; nulli omnino licere cauſam quamlibet in publico examinare, nec vllum clericum ante Iudicem laicum ſtare: & dixerunt Epiſcopi; placet.* in Concilio Carthaginenſ. *14. c. 9. quiſquis Epiſcoporum, presbyterorũ vel clericorum, ſi derelicto eccleſiaſtico iudicio, publicis iudicijs purgari voluerit, etiamſi pro ipſo fuerit prolata ſententia, locũ ſuum amittat: & hoc in criminali actione: in ciuili verò perdat, quod euicit.* In Agathenſi *can. 23.* decernitur, *clericum nullus præſumat apud ſecularem Iudicem Epiſcopo non permittente pulſare: ſed ſi pulſatus fuerit, non reſpondeat: nec audeat crimi-*

criminale negotium in iudicio ſeculari proponere. plura alia ſunt Conciliorum & Pontificum decreta cauſ. 11. *q. 1*. in Concilio magno Lateranenſi ſub Innoc. III. excommunicantur laici, eccleſijs vel clericis onera imponentes. *c. aduerſus. X. de immunitat. eccleſ.* & in alio Lateranenſi ſub Alexandro III. *c. non minus.eod.* & Viennenſi ſub Clemente V. *c. præſenti. de cenſ. in Clement.* in Conſtantienſi *ſ. 31.* hæc inueniuntur verba; *attendentes quod ſubditi in ſuos prælatos, & laici in clericos nullam habent iuriſdictionem, & poteſtatem &c.* & in Lateranenſi *vltimo Leo X.* approbante ſacro Concilio ita ſtatuit; *cum à iure tam diuino, quam humano laicis poteſtas nulla in eccleſiaſticas perſonas attributa ſit, innouamus omnes & ſingulas conſtitutiones fel. record. Bonifatij Papa VIII. etiam prædeceſſoris noſtri quæ incipit felicis: & Clement. quæ incipit: ſi quis ſuadente. Nec non quaſcumque alias Apoſtolicas ſanctiones in fauorem libertatis eccleſiaſticæ, & contra eius violatores quomodolibet editas &c.* & ſimiliter Martin. V. in Bull. *ut c. ad reprehend. relata à P. Matth. Sept. decret. l. 2. t. 1. de for. comp. c. 1. attendentes*, inquit, *quod laicis in clericos & eccleſiaſticas perſonas, & illorum bona nulla ſit attributa poteſtas*. eadem verba habet Vrbanus VI. *in ea bulla quæ ibidem ponitur c. 2.* Deinde addit
4. Grauare oneribus. d. Concilium Later. vlt. *& cum La teranenſi pariter ac alijs Concilijs generalibus ſub excommunicationis pœna prohibitum fuerit, ne Reges, Principes, Duces, Comites, Barones, &c. decimas collectas, & alia huiuſmodi onera clericis, prælatis, & alijs quibuſve perſonis eccleſiaſticis imponant, exigant &c. ſtatuimus & ordinamus, vt de cætero talia præſumentes vltra ſupradictas pœnas (quas innouamus) ad omnes actus legitimos inhabiles, & inteſtabiles habeantur.*
5. Ex iure diuino. In Concilio autem Trid. *ſ. 25. c. 20.* aſſeritur eccleſiæ, & perſonarum eccleſiaſticarum immunitatem Dei ordinatione, & canonicis ſanctionibus conſtitutam eſſe. vtique originem habere ex iure diuino, quo Petrus conſtitutus eſt paſtor, & rector ſupremus totius ouilis Chriſti: & Apoſtoli Principes eccleſiarum, & iudices animarum. eam enim ob cauſam indecens eſſet eos illis ſubiectos manere, quibus tantum terrena ſunt commiſſa. ſed cum id obſcurius videri poſſet, canonicæ ſanctiones clarius ſucceſſivè, huiuſmodi immunitatem expreſſerunt. eoque decernit d. Synodus Tridentina *ſacros canones & Concilia generalia omnia, nec non alias Apoſtolicas ſanctiones in fauorem eccleſiaſticarum perſonarum, libertatis eccleſiaſticæ, & contra eius violatores editas (quæ omnia etiam innouat.) exactè ab omnibus obſeruari debere.* adeo vt, quod ante communi theologorum & canoniſtarum ſententia receptum erat, dicendum ſit; quod Principes ſæculares eam tollere non poſſint, nec vlla conſuetudo: corruptela verius dicenda: vt ſubinfert Bonifacius *in c. quamquam. de cenſ. in 6.* tametſi in aliquibus locis aliqui Pontifices quibuſdam in caſibus quoſdam clericos fori priuilegio vti noluerint. vt & Concilium Trid *ſ. 23. c. 6.* ſed neque ipſius cleri renuntiatio exemptionem tollit. *c. inſolita 11. q. 1. c. placuit c. ſi diligenti X. de for. compt.* quia ordini conceſſa eſt. cui pacta priuatorum non derogant. *Dian. p. 1. t. 2. r. 3. Ceuall. d. c. 5.* quod ſicut expreſſè ne facere poſſint disertè conſtitutum eſt *d. c. ſi diligenti. verſ. manifeſtè.* vtique ne tacitè poſſint, contrahendo, aut delinquendo, dicendum eſt. ne ſit maior virtus taciti, quam expreſſi. & quamuis quædam leges in contrarium quibuſdam in caſibus opponuntur; de quibus ſuis locis; tamen canones ſacros tollere non poſſunt. quippe rectè Concilium Trid. *d. c. 20. ſ. 25.* immunitatem clericalem Dei ordinatione, & canonicis ſanctionibus eſſe conſtitutam, non beneficio Iuſtiniani, aut Conſtantini primum inductam. *vide citatos à Diana. p. 1. t. 2. r. 126.*

6. Per canones explicato.
7. Quæ immunitas conſuetudine vt tolli non poſſit.
8. Aut renunciatione.
9. Aut pactis expreſſis.
10. Aut tacitis.

r. 126.v. 1.2.4.5.6. 7. Porrò quod

11. Rerum ſacrarum cognitio vt ad ſeculares ſpectare nequeat.

res attinet, de ſacramentis, & ſacramentalibus, vaſis ad ſacramenta ſacratis, imaginibus ſacris, & ſacrorum reliquijs, eccleſijs, & locis ritu eccleſiaſtico conſecratis, illorumque ornamentis, dubitatio eſſe non poteſt; quin laicos illa attingere, vergat ad crimen Baltaſaris. *Daniel. 5.* quæ etiam apud gentiles venerationem habuerunt. *l. inter ſtipulantem. §. ſacra D. de verb. obligat.* debent habere multo magis apud Chriſtianos. *l. ſancimus. C. de ſacroſanct. eccleſ* maximè per eccleſiſtiacos canones. *c. ligna cum pluribus ſeqq. de conſecrat. diſt. 1. c quæ ſemel cum ſeqq. 19. q. 3 c. ſemel de reg. iur. in 6.*

12. Rerum ad eccleſias pertinentium.

Alia bona mobilia, & immobilia eccleſiæ, non tantùm adminiſtranda ſunt per eccleſiaſticos: *Nouell. 123. §. œconomos & verſ. ſi quis*, ſed etiam à ciuilibus conſtitutionibus eximenda. *c. eccleſia ſanctæ Mariæ X. de conſt. c. quæ in eccleſiarum ibid. c. vlt. X. de reb. eccl. non alienand c. benè. cum multis ſequentibus. diſt. 96.* quin & iudicijs laicis. *per d. c. eccleſia. c. ſi clericus. de for. compet. c. decernimus. de iudic. nunquid enim non eccleſiæ derogatur honori*, inquit Ioannes XII. *in extrauagante ad conditorem. ſi ipſam oporteat nunc in foro eccleſiaſtico, nunc in ſeculari, interdum etiam coram pedaneis iudicibus, & plerumque pro rebus paruis & vilibus litigare?* ſi quidem eccleſiæ, earumque bona nûllius ſunt: *§. nullius Inſtitut. de rer. diuiſ. c. præmia. cum ſeqq. 12. q. 2.* niſi Chriſti, ſeu ipſius ſponſæ eccleſiæ. *c. hoc de reb. eccleſ. non alienand. in 6. & ibi Gloſſ. Faber in d. §. nullius.* atque inde non

13. Vnde forte nomen amortizationis in his rebus.

malè quidam amortiſationem dictam arbitrantur; quod res ex aſſenſu Principis ad eccleſiam delatæ ipſi atque mundo mori viderentur; & viuere Chriſto, ſeu eius eccleſiæ inciperent: adeoque deſinat in amortiſatis laica iuriſdictio, valeat ſpiritualis, atque eccleſiaſtica. *quicquid domino conſecratur ſanctum ſanctorum domino erit, & ad ius pertinebit ſacerdotis. c. nulli. 12. q. 2.* ac multo magis in eccleſijs id obtinet ac locis ſacro ritu Deo dicatis. vt magno verborum abuſu quidam nobiles ſe eccleſiarum dominos iactitent, quod intra ſphæram ſui dominij ſitæ ſint. quod etiam Duarenus notauit. *l. 5. de ſacr. eccleſiæ miniſt c. 4.* Quamuis ergo dominus ſit

14. Vt abuſiuè quidam domini eccleſiarum vocentur.

eius ſoli, in quo baſilicam ædificat, & earum rerum, quas eccleſiæ cõſtitutæ donat; tamen ratio iuris non patitur, vt poſt conſecrationem, dedicationemque is locus, aut aliæ res Deo conſecratæ, in eius dominio manere dicantur. quamuis eo verbo quidam abuſi ſint. & quamuis c. monaſterium *16. q. 7.* fauere videatur dominio veteri retinendo: loquitur tamen dumtaxat de eo, qui conſtruxit monaſterium, ne eo inuito loci auferatur dominium: non agit autem de dominio iuriſdictionali. & porro non remanere dominium ſtrictè dictum in loco ritè conſecrato ex multis cc. *ibid.* ſatis conſtat. *Vide & Burgund. ad conſuet. Fland. c 1.* vbi parochiæ dominus, aduocatus, toparcha vt in his diſſideant. *Vide infra cap. 83. De eccleſiarum dominis.* adeoque dicendum eſt dominium ibidem impropriè accipi, pro iure quodam patronali. quod & indicant ſequentia verba; *liceatque ei presbyterum cum licentia Epiſcopi commendare*: quod hodie dicimus, præſentare. agitur autem ibidem de monaſterio, cum monachi adhuc eſſent laici; quibus Presbyter tanquam parochus dabatur. deſumptum eſt enim ex Synodis Romanis antiquiſſimis. Verùm ne his in rebus latiùs euagemur, remittemus ad cauſam 16 *q. 7.* cui titulus, *vt ne res eccleſiæ laici attingere, vel adminiſtrare audeant.* vbi inter cętera in Synodo

15. Ne res eccleſiæ laici attingant vt iam olim decretum.

Romana ſub Symmacho his verbis eſt decretum; *non placuit laicum in eccleſia ſtatuendi aliquam habere poteſtatem: cui obſequendi manet neceſſitas; non authoritas imperandi. laicis quamuis*

reli-

religioſis nulla de eccleſiaſticis aliquid diſponendi legitur attributa facultas. c. non placuit cum ſeqq. 16. q. 7. ſi quis, inquit Caliſtus, *Principum, vel aliorum laicorum diſpoſitionem, ſeu dominationem rerum ſiue poſſeſſionum eccleſiaſticarum ſibi vindicauerit, vt ſacrilegus iudicetur.* vſque adeo vt nec valeat diſpoſitio laicorum de rebus ſacris, quamuis in fauorem eccleſiæ, niſi acceptetur. *c. eccleſia S. Mar. X. de cōſt. c. quæ in eccleſiar. eod.* nec acceptari Synodus ſub Symmacho *in c. bene. diſt. 96.* voluit; *ne ſit exemplum ad decernendum quicquam de eccleſiaſticis facultatibus, quarum ſolis ſacerdotibus diſponendi à Deo cura commiſſa eſt. d. c. bene.* qui ſecus ageret à liminibus eccleſiæ arcetur. *d. c. nullus laicorum. 16. q. 7. c. noueris X. de ſent. excommun.*

De negocijs porro eccleſiaſticis generaliter ſtatuitur *in c. decernimus X. de iud.* vt ea Prælati tractent, non laici; nec illi quidem ex horum iudicio diſponant: nec *propter illorum*, inquit, *prohibitionem, eccleſiaſticam omittant iuſtitiam exercere.*

CAPVT V.

An ſpiritualis poteſtas temporalem, an hæc illam errantem corrigere poſſit.

1. Spiritualis poteſtas corrigit temporalem, non contra.

BOnifacius VIII. *in c. vnam ſanctam, de maiorit. in extrauag. commu. ſi*, inquit, *deuiat terrena poteſtas, iudicabitur à poteſtate ſpirituali: ſi deuiat ſpiritualis minor, à ſuo ſuperiore: ſi vero ſuprema, à ſolo Deo iudicari poteſt.* ſic Concilium Trid. *ſ. 25. c. 3. nefas ſit*, inquit, *ſæculari cuilibet Magiſtratui prohibere eccleſiaſtico Iudici, ne quem excōmunicet, aut mandare vt latam excōmunicationem reuocet: ſub prætextu quod contenta in præſenti decreto non ſint obſeruata: cum nō ad ſæculares, ſed ad eccleſiaſticos hæc cognitio pertineat.* vbi inſigniter ſunt notanda & ratio Concilij; & obiectio. illa quidem tanquā conformis Bonifacianæ; ſi deuiauerit ſpiritualis poteſtas, illius correctio, adeoque cognitio, ad Iudices eccleſiaſticos, ſeu ſpirituales ſuperiores pertineat: obiectio autem, quam Concilium ſic format, quod illam *prætextum* vocet, ſi ſæculares ſe immiſceant; eò quod contenta in decreto non ſint obſeruata. quæ ratio procul dubio damnat appellationes ab abuſu, & caſſationes; quæ in eo fundantur quod decreta eccleſiæ, vetereſque canones à Judice eccleſiaſtico non ſint ſeruati. quare huiuſmodi ad ſæculares recurſus ſæpiùs iam olim ſunt damnati. atq; imprimis inter eccleſiaſtico *c. grauem. X. de exceſſ. prælat. c. ſi diligenti de for. compet.* Vide diffusè diſſertantes deciſiones *Rotæ 10. April 1595. 1. Dec. 1595. in calce part. 5. Reſol. Dianæ late obiecta ſoluentes.* quomodo & Patres in Cōcilio Trecenſi ante annos quingentos in Virdunēſem Epiſcopum ita fulminarunt; *Richardum Virdunenſem, qui ſe tradidit regiæ Curiæ, nos tradidimus ſatanæ.* nec magis tuti ſunt qui per regiam vim & metum abſolutionem extorquent. *abſolutionis beneficium*, inquit Gregorius X. *in c. vnico de ijs quæ vi metuvè in 6. ab excommunicationis ſententia, vel quamcumque reuocationem ipſius, aut ſuſpenſionis, ſeu etiam interdicti per vim vel metum extorta, præſentis conſtitutionis authoritate omnino viribus vacuamus: ne autem ſine vindicta violentiæ creſcat audacia, eos, qui abſolutionem, ſeu reuocationem huiuſmodi vi vel metu extorſerint, excommunicationis ſententiæ decernimus ſubiacere.* prætextus ergo huiuſmodi nec authoritatem tribuunt, nec abſolutiones extorquentibus proſunt, ſed iniquitates aggrauant, & vincula multiplicant.

2. Damnantur ideo appellationes tamquam ab abuſu, & caſſationes; atque recurſus ad Iudices ſæculares.

3. Et recurrentes eo magis a iure excommunicantur.

Poſtquam Concilium Tridentinum præſentium temporum hæreſes damnaſſet, & fidei orthodoxæ dogmata declaraſſet, & quæ ad mores & diſciplinam pertinent latè edixiſſet; pro coronide *ſ. 25. c. 20.* obteſtatur Principes, vt murum ſe ponant pro domo Jſraël, & ſanctè decreta ſæcularis brachij auxilio tueantur: vt meminerint Deum

9. Commendauit Concil. Trid. libertatem eccleſiaſticam Principibus.

cos

eos ſanctæ fidei, eccleſiæque protectores eſſe voluiſſe: debitam ſacris conſtitutionibus obſeruantiam præſtent: quæ eccleſiaſtici iuris ſunt, tanquam Dei præcipua, eiuſque patrocinio tecta, venerentur: nec ab illis, maximeque miniſtris ſuis lædi patiantur: ſed ſeuerè in eos, qui illius libertatem, immunitatem, atque iuriſdictionem impediunt, animaduertant. quibus etiam ipſimet exemplo ad pietatem, religionem eccleſiarumque protectionem exiſtant. aurea ſanè verba, niſi ferrea eſſent ſæcula.

§. I.

Protectio Concilij Trid. & ſacrorum canonum, an Principibus cōferat quippiam ad iuriſdictionem?

HVnc Concilij locum Salgado *de protect. reg. p. 1. c. 1. prælud. 2. n. 72.* eo citat, vt Regem Hiſpaniæ, aliosque ſupremos Principes in ſuis ditionibus defenſores eſſe aſtruat Concilij Tridentini. quod pridem Galli dicunt vniuerſalius, ſacrorum canonum, & rectè quidem, quatenus protectio ritè impenditur. ſed ex eo filo ea ſubtexere, quæ magnis multi voluminibus ſubinducunt de protectione regia eorum, qui à miniſtris eccleſiæ, eccleſiaſticiſve tribunalibus lædi, grauarive ſe querentes, ad tribunalia regia recurrunt, aduerſus violentiam eccleſiaſticorum Judicum, vt hi vocant, aut abuſus ſacrorum, canonum vt illi; recurrentes appellanteſve tueantur; tam à mente Concilij ſacrorumque canonum alienum eſſe dubitare non poſſum, quam cœlos empyrios ab inferis diſtare. declarat ſeipſum Concilium verbis, quæ mox recitanimus. *ſeuerè*, inquit, *in eos, qui illius libertatem, immunitatem, atque iuriſdictionem impediunt, animaduertant.* commendat vt impedimenta auferantur, non vt iudicijs eccleſiaſticis remoræ inijciantur, aut ad laicorum cenſurā illa deuocentur. quę ſi deuiāt, Bonifacius VIII. *in d. c. vnam ſanctam de maior. & obed. in extrauag. commun.* vult à poteſtate ſpirituali maiori; ſupremam à ſolo Deo; non ab homine iudicari. *teſtante*, inquit Apoſtolo; *ſpiritualis homō iudicat omnia, ipſe autem à nemine iudicatur.* ad quam rationem & idem Concilium Tridentinum *ſ. 25. c. 3.* poſtquam de iudiciorum eccleſiaſticorum executione reali, diſtrictione perſouali, excommunicationis gladio ſobriè exerēdo plura decreuiſſet; *nefas ſit*, inquit, *ſeculari cuilibet & magiſtratui prohibere eccleſiaſtico Iudici, ne quem excōmunicet, aut mandare vt latam excommunicationem reuocet: ſub prætextu* (nota) *quod contenta in præſenti decreto non ſint obſeruata*; nonne idem eſt dicere quod ſit iudicatum contra ſacros canones; adeoque appellationi tanquam ab abuſu ſit locus? ſiue quod excōmunicatus non obſeruato decreto Concilij vim patiatur, adeoque recurrere poſſit ad protectionem regiam? pergit Concilium; & prætextum refutat; *cum*, inquit, *non ad ſæculares ſed ad eccleſiaſticos hæc cognitio pertineat.* hæc cauſa vniuerſalis eſt *iuxta d. c. vnam.* Sæcularium igitur non erit falcem ſuam mittere in eam meſſem, quæ de obſeruantia canonum colligitur. quod diſertè etiam expreſſum eſt *in c. qualiter & quando. X. de iudic.* vt nequidem in caſu negatæ iuſtitiæ laicus de eccleſiaſticis iudicet, nec errorē eccleſiaſtici corrigat. *d. c. vnam.* cum deſit omnino iuriſdictio. *c. eccleſia. X. de conſtit. c. ſæcularis de for. compet. in 6. c. placuit. 16. q. 7. vide Dianam p. 4. t. 1. r. 75.*

1\. Nihil ideo iuriſdictionis in eccleſiam tribuit.

2\. Sed penes hanc manet omnis cognitio.

Quoniam tamen quidam cognitionem hanc extraiudicialem, alij aliter interpretantur; œconomicam, aliaſq; nouorum intellectuum cogni-

3\. An non ſaltem qualis qualis Principibus tribuatur.

cognitiones hîc prohiberi negant, nec tamen ſoluunt verba Concilij; *neſas ſit prohibere, neſas ſit mandare*; quæ facti ſunt; nec ad iuris ancipites ſenſus referri tantum poſſunt. & quamuis Rota etiam immemorialem conſuetudiuem aduerſus huiuſmodi decretum non ſuffragari reſponderit; non deſunt tamen inſignes, tam theologi quam iuriſconſulti, qui aſſerant bullas Apoſtolicas in Concilijs Regijs detineri, & examinari poſſe, antequam permittantur executioni mandari; eademque Concilia cauſas eccleſiaſticas per viam violentiæ poſſe cognoſcere. *vt licet videre citatos apud Dianam p. 1.t.2. de immunit. eccleſ. reſol.* 12.13. *&* 14 *p.5.t.1.r* 12. 13. vbi quæ ex iure vetere adferri poſſunt pluribus ſoluit; & planius vt explicita ſint omnia; ſi non & correcta per d. c. qualiter; & clarius *per bullam cænæ. p. 3. t. 1. r. 53* 54. 55. 56. *57. 64.* non lubet in eam rem amplius incumbere.

§. II.

De lege regia Hiſpaniæ verſante circa appellationes, quibus neglectis fit executio, de qua vi cognoſcunt ibi ſeculares. & de appellatione tanquam ab abuſu apud Francos.

SEd id tantum meminiſſe; legem regiam qua Hiſpani vtuntur, & ad quam latè ſcripſit Ceuallos *de cognition. per viam viol.* & Salgado *de protection. regia* verſari maximè circa appellationes, & Iudicum ſine illarum remora ſententias ſuas exequentium, quo caſu lege Julia de vi publica illos teneri declaratum eſt *l. 7. D. Ad leg. Iul. de vi publ.* quam reprimere, & ne opprimere pergat, donec Iudex ſuperior quid decreuerit, obſiſtere regium ſit officium. *c. regum.* 23. *q.* 5. atque in ſuis tractatibus hoc potiſſimùm agere, vt in cauſis quibus poſt appellationem vetita ſit executio, ei obſiſtatur: in quibus liceat; potius brachio auxiliari iuuetur. Franci autem vniuerſalius appellant tanquam ab abuſu, quoties aduerſus canones videtur pronuntiatum: Belgæ magna parte caſſationibus vtuntur: ſi quà Iudices eccleſiaſtici in ſæcularem iuriſdictionem falcem dicantur immiſiſſe, aut in priuilegia patriæ impegiſſe. & Franci quidem in initio in re admodum graui, & publica, vſi ſunt appellatione tanquam ab abuſu: nunc, per abuſum illo maiorem, eam ad triuiales de tribus cappellis quæſtiones detulerunt. Carolus tamen IX. *edicto* 1571. *ar. 6.* profeſſus eſt generatim nolle ſe vt à quopiam turbetur iuriſdictio eccleſiæ: quamuis ægrè ad modum multi vocem illam pro eccleſia digerere poſſint. Henricus autē III. *edict. 1585. ar. 59.* inhibuit recipi appellationes tamquam ab abuſu, niſi eccleſiaſtici *impetant*, inquit, *noſtra iura, authoritatem, & iuriſdictionem; contraueniant ſanctis decretis, quorum ſumus protectores, noſtris ordinationibus, arreſtis, & ſententijs curiarum noſtrarum, aut libertati eccleſiæ Gallicanæ, aliàs qui grauatos ſe querentur, per appellationem adire poſſint ſuperiores eccleſiaſticos.* & quidem, quod ad ſancta decreta attinet, rectè quidam intelligunt de ijs, quæ ex Concilo Baſilienſi deſumpta, per ſanctionem Pragmaticam firmata ſunt: & ijs, quæ per concordata inter Leon. X. & Franc. I. conuenta ſunt: & quorum protectionem, executionemque Pontifex Regi bulla ſpeciali demandarit, tametſi vſus hos abuſus latiùs extendat. & ſanè huiuſmodi protectionis prætextus facilem præbet anſam malignantibus, omnia Iudicum eccleſiaſticorum acta impediendi; ſaltem ad tempus, vel euer-

Sed quatenus

tendi. quid enim eſt tam à ratione alienum, cui non pro vmbra & nebulis prætexi aliquis canon poſſit, cui contrauentum dicatur? verò id, an falsò longa inquiſitio. & tamen cum in Concilio Trid. *ſ. 24. c.* 20. conformiter decretis Conc. Baſil. feruidè in Franciâ recepti ſtatutum eſſet, vt cauſæ omnes in prima inſtantia coram Ordinarijs tractarentur, nec Romam quis vocaretur; ſed addita eſſet exceptio; niſi graui ex cauſa, & manus propriæ pontificiæ ſubſcriptione aliud eſſet reſcriptum; reſpuerunt Franci huiuſmodi decretum, ob ſuam exceptionem: quod Curia Romana facile cauſam grauem, quæ non ſubeſſet, prætexere poſſet: nec tamen licet per eos eccleſiæ queri, quod ſub prætextu appellationum, tamquam ab abuſu generaliter permiſſarum, cum contrauentum aſſeritur ſacris canonibus, eccleſiæ protectio abeat in metamorphoſim ſeruitutis. *vide citatos à Diana p.* 1. *t.* 2. *r.* 101. 102. *p.* 3. *t.* 2. *r.* 53.

ſ. III.

De illarum moderatione in Francia.

QVam tamen Franciſc. I. edicta 1589. *ar.* 59. *Caroli IX.* 1571. *ar.* 5. *Henrici III.* 1589. *ar.* 59. nonnihil inſuper moderantur, dum declarant ſententias in materia diſciplinæ, & correctionis à Iudicibus

1. Quibus in cauſis.

eccleſiaſticis contra eccleſiaſticos latas, aut etiam in materiâ purè perſonali, non pendentes à realitate, executioni fore demandandas, non obſtante appellatione tanquam ab abuſu; cui non dabitur effectus ſuſpenſionis: quinimo vetant literas receptarum huiuſmodi appellationum ſigillari, niſi antè conſtiterit cauſam relatam, deliberatamque fuiſſe, ſubſcribente Referendario, neque literis inſeri clauſulam, qua rei authoritate Judicis eccleſiaſtici in carcerem miſſi iubeantur dimitti: niſi Curia viſis informationibus ita decreuerit: facilius tamen inſeri clauſulam abſolutionis ab excommunicatione ad cautelam: quę exceptio in edictum irrepſerat; oſcitantiâ graphæi, an temporum malitiâ incertum: poſtmodum, quod hæreſim ſaperet, quę poteſtatẽ clauium eccleſiæ à Chriſto datam Curiæ tribueret, edicto Melunenſi emendata eſt, & ad eccleſiam, quæ requirenda ſit, remiſſa. ſed & ceſſare iuſſa huiuſmodi ad cautelam abſolutio, ſi manifeſta ſit offenſa. Sed & iterum

2. Præſtandũ brachium auxiliare ſine cauſæ examine.

Henr. III. *edict.* 1580. *ar.* 24. ſentẽtijs eccleſiaſticorum exequendis brachium ſæculare præſtari iuſſit, acta examinari vetuit. Iterum Ludouicus XII. *edict.* 1510. *ar.* 45. Franciſcus I. *ed.* 1525. *a.* 12. *ar.* 26. vetuit

3. Vt nõ dandæ inhibitiones.

vllas inhibitiones fieri, niſi viſis citationum eccleſiaſticarũ literis, & præuia cognitione, quod res ad eorum non ſpectet iuriſdictionẽ: eoq; caſu inhibitionibus inſeri iuſſit cauſam cur ad iuriſdictionẽ eccleſiaſticã ſpectare non poſſit: alioquin obedientia non præſtaretur. Denique Carolus IX. *ed.* 1571. *ar.* 18. *Henr. III. edi.* 1586. Iudicibus ec-

4. Cenſuræ permiſſæ.

cleſiaſticis permiſit monitionum & cenſurarum vſum, quatenus ſacri canones permittunt, etiam pro executione rerum à ſe iudicatarum, pœnarumve in contumaces latarum, ita tamen ne eccleſiaſtici excommunicentur ob pecuniam ab eis debitam. Jn caſibus autem criminum priuilegiatorum Franciſ-

5. Non in clericis ob pecuniam debitam.

cus I. *edict.* 1540. *ar.* 11. ſententiam in clericos dici vetuit, niſi procuratore regio vocato, qui diſpiciat an Regis interſit. Henricus autem III. *edict.* 1580. *ar.* 11. caſus priuile-

6. De caſibus priuilegiatis.

giatos coniunctim ab eccleſiaſtico & ſæculari cognoſci voluit; & ſæcularem in id delegatum ad ſedem accedere iuriſdictionis eccleſiæ.

De-

Denique Carolus IX. *edict.* 1571. *ar.* 14. ſacerdotes alioſque in ordinibus ſacris conſtitutos, ad mortem damuatos, vetuit ſupplicio affici, niſi degradatione præcedēte. Quibus in rebus etſi ſacrorum Conciliorum canones, & eccleſiæ decreta non parum ſuccidantur; optandum eſſet ramen, vbi aliud modo obtineri nequit, modificationes regias, quas diximus, obſernari. & ſpeciatim antequam Iudices ſæculares quidquam decernant aduerſus eccleſiaſticos, vt prouidè cognoſcant an ſua ſit iuriſdictio: ſeu qualiſcumque œconomica protectio ſit nēceſſaria; extetque violentia. vt quemadmodum Iudex qui ſub conditione, ant certa qualitate eſt datus, ante omnia cognoſcere debet an extet conditio; an adſit qualitas; vt mox dicemus: ita & ſæculares antequam manum mittāt ad ſortem Domini; prudenter circumſpiciant, an verè exceſſum ſit; an verè abuſus ſubſit: vereriq́ue ne, ſi in caſu non tribntæ iuriſdictionis dinina eccleſiæ iura minuerint; in illa dira incidant, quibns Deus rerminos muniuit, poſitos inter ea quæ reddenda ſunt Deo; & quæ Cæſari.

7. Vbi hæc tolerantur, tamen ſerio ante inquirendum an cauſa eò pertineat.

§. IV.

Iterum de lege regia Hiſpanienſi.

1. De vi admiſſa contra appellationes.

REdeamus ergo ad legem regiam Hiſpanieuſem. *appellatio ipſa*, inquit Salgado *in proœmio, eſt præciſum & neceſſarium principium & fundamentum huius regij recurſus. quia vbi deficit, non poteſt cadere nec appellationis delatio, nec delationis negatio, nec attentata executio: & per conſequens deficit violentia: ſuper quibus fundatur. quibus mediantibus, non aliter, regia protectio inuocatur, & auxilium exhibetur.* lege etiam regia vetitum eſſe ait in Hiſpanijs, recurſum admitti in cauſis viſitationum, & correctionum regularium perſonarum. *de qua re agit p.* 1. *c.* 2. *§.* 5.

2. Quid de hac Ceuallos?

Porro tam Ceuallos *in tractatu de cognitione per viam violentiæ* per modum commentarij, poſt prolixum prologum, ſcribit in d. legem regiam, formulaſque practicas cxhiber, atqne exinde ſine certa methodo quæſtiones examinat omniuo multas; quibus liceat aut non liceat de his illiſve cauſis Iudici eccleſiaſtico cognoſcere, vel ſæculari inhibere; aut quando appellatione reiecta ſententiam exequi poſſit, aut illi deferre teneatur: alioquin an, & quando recurſui locum faciat.

3. Salgado.

Salgado vero *p.* 1. poſt præludia d. legem regiam, modum, praxim, formulaſque recurſus explicat *p.* 2. de recurſibus qui fiunt ab interlocutorijs ſententijs, vel extraiudicialibus decretis, actibuſve: *p.* 3. qui à definitiuis: *p.* 4. qui ab executione: *p.* 5. qui circa pontificia diplomata, ac ſimilia: *p.* 6. varios caſus enucleat recurſuum. potiſſimus fons eſt contemta appellatio: multos ille riuos habet: inſpici poſſunt apud eos, qui eam materiam ex profeſſo tractant. per indicem tantum videamus eos, quorum ex decreto Concilij Trid. frequentior eſt diſceptatio. nam & in huiuſmodi controuerſia quoad cauſas eccleſiaſticas, ſæcularis Judex canones ſequi debet; *c. canonum. X. de conſt.* & ſtylum fori illius, vnde defertur quæſtio. *Salgad. p.* 1. *c.* 2. *§.* 3. famoſum eſt Concilij decretum c. 20. ſ. 24. vt appellationes non recipiantur, niſi à definitiua, vel à defuitinæ vim habente, & cuius grauamen per appellationem à definitiua reparari nequeat. cui conſonat c. 1. ſ. 13. loquens in cauſis viſitationis & correctionis; & criminalibus, vt appellationes ante definitiuam, vt friuolæ reijciantur, *niſi granamen,* inquit, *per definitiuam reparari, vel ab ipſa definitiua appellari non poſſit.*

4. Regula, vt vis fiſi contra appellationes à definitiua fiat executio, non ſi ab interlocutoria niſi doceatur exceptio.

Regulæ hinc duæ emergũt. 1.vt ab interlocutorijs appellari non poſſit. 2.à definitiuis poſſit. qui ab illis appellat;docere debet caſum ſuum exceptum: alioquin ceſſat recurſus: qui ab his; ſi patitur executionem, poſſit: niſi liqueat canones ab eo caſu pronocationis beneficium remouiſſe.

§. V.

Breuis relatio appellationum quibus deferendum, aut ſecus;ne vis fieri dicatur.

QVod ad regulam interlocutoriarum attinet, latè examinat Salgado *d.p.* 2. *c.* 1. eam, innumeraſque illarum ſpecies; ſed ſingularibus exinde capitibus eas, quarum meminit pragmatica ſanctio Cleméntis VIII. *inc. ad tollendas. an.* 1600. vtpote grauamen quod, inquit, *per definitiuam reparari*
nequit, *vt indebitæ carcerationis, vel*
1. Incarceratio. *torturæ, aut excommunicationis, etiam*
comminata dumtaxat. & quidem *d.p.*
2.*c.*4. latè diſſertat de carceratione, vt indebita ſit ratione perſonæ, temporis, loci, ordinis non ſeruati, & cauſæ: & negata relaxatione c.
2. 5. de excommunicatione, alijſque
Excommunicatio. cenſuris:quando ritè cenſeantur &
iuſtè latæ;quando appellatio ab eis permiſſa; & ſi ſpernatur, recurſus conceſſus ſit. de tortura autem. c.
3. Tortura. circumcelliones 23 q.3.& *p.*2.*c.*4 *n.*
173. *& ſeq.* & quando ius remouet appellationem, vt vis non fiat per
4. Caſus in quibus remouetur appellatio. executionem.v.g *p.* 2 *c.* 9. decreti
ſuper præcedentia *ex c.*13.*ſ.* 25. *de regul. Trid.* reddendæ rationis per adminiſtratorem cauſæ piæ; *c.* 9.*ſ.*
5. 22. *& c.* 13. prouiſionis parochialis
per concurſum *ex c.*18.*ſ.*24.*Trid* vbi & hoc quæritur an ad non parochialia porrigatur? & *p.*3.*c.* 11. an ad prouiſiones iure deuoluto factas? c. 15. mandatæ reſidentiæ: *ex c.*1.*ſ.*23. *Trid.* & ibid. *n.* 34. *& ſeq.* ordinis debiti ſuſcipiendi: *ex c.*4.*ſ.* 22. *Trid. & canone ibid. innouato.* & *ibid. n.* 50. *& ſeqq.* correctionis morum: *ex d.c.* 1.*ſ.*13.*c.* 10.*ſ.* 24.*c.* 1. *ſ.* 22. ſed de criminibus ſtrictè, ijſdemque notorijs vide Salgad. *p.* 3. *c.*14. huiuſmodi ergo caſibus, pluribuſque alijs ex priori iure, interlocutoriæ ſententiæ, ſeu decreta appellationem non remorantur; neque cauſam præſtant recurſui.

Sed & definitiuarum regula perplures exceptiones patitur ex iure communi: ſed videamus quas imprimis ex Tridentino. *vt p.*3.*c.*2. in congrna portione aſſignanda parochialis eccleſiæ rectori, vicario coadiutori: *ex c.* 5. *&* 7.*ſ.*7.*c.*2.*ſ.* 6.*c.*18.*ſ.*24.*c.*6.*ſ.*21.*Trid.* vt c. 1. generaliter in alimentis id aſſeruerat: vt & in decimarum præſtatione, ſacerdotum alimentis, decretum eſt. *c. tua nobis.*26.*X. de decim.* & *c.*5. in reparanda eccleſia: *ex c.*7.*ſ.*21. *c.*8.*ſ.*7. *Trid. & ibid. n.* 34 *& ſeqq.* erigenda noua parochia: *ex c.*4.*ſ.*21. *Trid. innouante c. ad audientiam X. de ædif. eccl.* quod bis obſtaculum appellationis tollit. & *c.* 6. ab executione legis, canonis, ſeu decretorum Cõcilij Trid. vt d. ſanctio Clementis VIII. *ar.*8. atque vt Pius IV. Bulla confirmatoria Concilij Trid. illius decreta obſeruari voluit, contradictores & contumaces appellatione poſtpoſita compeſcendo. & vbi appellationi iuris præſumptio aduerſatur. vt *c.* 1.*ſ.* 13. *Trid.* & de beneficiorum incompatibilitate, priuatione ipſo iure, & aliorum prouiſione libera, ſeu cui non obſtet appellatio *p.* 3. *c.* 7. *ex c.* 4.*ſ.* 7. *Trid. & c. de multa. X. de præb. à Trid. innouato.* vtique ergo ſecũdum eam libertatem *de qua ibid. n.* 24. *& ſeqq.* quoad collationem: etſi inductio in poſſeſſionem fieri non poſſit poſſeſſore inaudito: *c. licet. de præb. in* 6. *de quo ibid. n.* 11. *& ſeqq.* & *c.* 8. de examine notariorum per ordinarium, & inidoneorum ſuſpenſione

in

in negotijs eccleſiaſticis: *ex c. 10. ſ. 22. Trid.* vti quilibet officialis à ſuo Judice quoad officium damnatus executionem patitur, non ſuffragante appellatione. *l. nulli officialium. C. quorum appell. non recip.* ob quam legem & verbum *cōpellatur*, quo vtitur c. 20. *verſ. qui notarius* 24. notariũ aduerſus *d. c. 20.* delinquentem remota appellatione puniri contendit Salgado *p. 3. c. 8. n. 8.* & *c. 9.* quando euidens ex actis appatet uullitas, priuilegium cauſæ inappellabilis ceſſat, vt latè ibid. de concurſu ad parochialem non ſeruatis Concilij præſcriptis *ex c. 18. ſ. 24. Trid.* de quo & diximus *in Conſult. can. de elect. conſ.* 1. plures alij ſunt caſus, in quibus Concilium appellationes ve:at. *de quibus diximus in Iuris Pontificij nou. au. tit. de app. n. 3. & ſeq.* expreſſi *ſ. 5. c. 2. §. ſi qua ſ. 7. c. 5. 7. 8. 13. 14. ſ. 13. c. 1. ſ. 14. c. 1. ſ. 21. c. 3. 4. 5. 7. 8. ſ. 22. c. 1. 7. 10. ſ. 23. c. 1. c. 18. §. ad hanc ſ. 24. c. 10. 11. in fin. 15. 18. §. in omnibus 20, ſ. 25. de regul. c. 5. 13. 22. in fin. ſ. 25. de reform. c. 14.* plures format Ceuallos paſſim, & Salgado caſus vbi appellationis remotio obſiſtat recurſui. vtique

5. Vt Ceuallos agnoſcat in caſibus non permiſſis cognoſcentes Judices incidere in excommunicationem.

ſi eccleſiaſticus neque in forma iuriſdicendi peccauerit, neque materiæ ſuæ ſphæram exceſſerit. quæ totam complectitur vtriuſque iuriſdictionis cognitionem. eoque idem Ceuallos *in prolog. n. 133.* proteſtatur niſi eccleſiaſticus limites excedens vim fecerit, dignum eſſe anathemate quemcumque ad tribunalia ſæcularia recurſum ſeu deuocationem. & ſubſequenter *n 136.* id per aliquot concluſiones explanat. 1. ſi Iudex eccleſiaſticus proceſſerit in laicum per cēſuras in cauſa temporali, tunc manifeſtam ingerat violentiam. 2. ſi cauſa ſit merè eccleſiaſtica inter qualeſcumque non poſſit cognoſci à Iudice ſæculari, niſi de executione, facta appellatione repulſa, in caſibus in quibus expreſsè ius appellationem non remouet. 3. quando cauſa non eſt euidenter, ſed probabiliter iuriſdictionis eccleſiaſticæ, vim non faciat eccleſiaſticus, de illa cognoſcens. quod ſi autem dubium ſit an cauſa ſit appellabilis, ſi appellatione reiecta exequi voluerit, vim faciat: quia in dubio eſt appellationi deferendum. vtique ſecundùm regulam Concilij Trid. *ſ. 24. c. 20.* vt ſi ab interlocutorijs appelletur non habentibus vim definitiuæ, aut per definitiuam reparabilibus, vim facere non videatur, qui ſequitur iuris regulam: niſi qui vim arguit, probet cauſam ſuam diſertè à regula eſſe exceptam. atque iterum ſi definitivè pronuntiatum ſit, vim cenſebitur Judex facere, ſi remota appellatione exequi voluerit, obſtante ſibi regula, permiſſiua appellationis à definitiuis, niſi euidens ſit cauſam eſſe talem à qua expreſsè ius appellationem remoueat. quos caſus vide apud Fragoſ. *Regim. reip. l. 8. d. 24. §. 8. & 9.* vbi etiam late examinat §. 12. reſcriptorum clauſulam *Appellatione remota.*

§. VI.

Vt incompetenter hæc ad iuriſdictionem referantur.

EAtenus autem Hiſpanos religioſius ex eo conſtat circa hanc rem verſari, quod quaſi œconomicam tantum protectionem impertiuntur appellantibus, quaſi vim paſſis, quam facere intelligatur Iudex dum ſententiam ſuam vult exequi, quam per appellationem ius vult ſuſpendi: nam extra leges procedens Iudex priuatus eſt; & priuato reſiſti poteſt: etiam à priuato: quāto magis à Rege? ſed illud cum & factum & ius eſt notorium: cum autem hoc eſt controuerſum, nec illud liquidum; non eſt par ratio: Franci autem & merita cauſæ cognoſcunt, & definitionem ipſam 1. Iuriſdictio cur in his propriè eſſe non poſſit

r. 126.v. 1. 2. 4. 5. 6. 7. Porrò quod

11. Rerum ſacrarum cognitio vt ad ſeculares ſpectare nequeat.

res attinet, de ſacramentis, & ſacramentalibus, vaſis ad ſacramenta ſacratis, imaginibus ſacris, & ſacrorum reliquijs, eccleſijs, & locis ritu eccleſiaſtico conſecraris, illorumque ornamentis, dubitatio eſſe non poteſt; quin laicos illa attingere, vergat ad crimen Baltaſaris. *Daniel. 5.* quæ etiam apud gentiles venerationem habuerunt. *l. inter ſtipulantem. §. ſacra D. de verb. obligat.* debent habere multo magis apud Chriſtianos. *l. ſancimus. C. de ſacroſanct. eccleſ* maximè per eccleſiſtiacos canones. *c. ligna cum pluribus seqq. de conſecrat. diſt. 1. c quæ ſemel cum ſeqq. 19. q. 3 c. ſemel de reg. iur. in 6.*

12. Rerum ad eccleſias pertinentium.

Alia bona mobilia, & immobilia eccleſiæ, non tantùm adminiſtranda ſunt per eccleſiaſticos: *Nouell. 123. §. œconomos & verſ. ſi quis*, ſed etiam à ciuilibus conſtitutionibus eximenda. *c. eccleſia ſanctæ Mariæ X. de conſt. c. quæ in eccleſiarum ibid. c. vlt. X. de reb. eccl. non alienand c. benè. cum multis ſequentibus. diſt. 96.* quin & iudicijs laicis. *per d. c. eccleſia. c. ſi clericus. de for. compet. c. decernimus. de iudic. nunquid enim non eccleſiæ derogatur honori*, inquit Ioannes XII. *in extrauagante ad conditorem. ſi ipſam oporteat nunc in foro eccleſiaſtico, nunc in ſeculari, interdum etiam coram pedaneis iudicibus, & plerumque pro rebus paruis & vilibus litigare?* ſi quidem eccleſiæ, earumque bona nûllius ſunt: *§. nullius Inſtitut. de rer. diuiſ. c. præmia. cum ſeqq. 12. q. 2.* niſi Chriſti, ſeu ipſius ſponſæ eccleſiæ. *c. hoc de reb. eccleſ. non alienand. in 6. & ibi Gloſſ. Faber in d. §. nullius.*

13. Inde forte nomen amortizationis in his rebus.

atque inde non malè quidam amortiſationem dictam arbitrantur; quod res ex aſſenſu Principis ad eccleſiam delatæ ipſi atque mundo mori viderentur; & viuere Chriſto, ſeu eius eccleſiæ inciperent: adeoque deſinat in amortiſatis laica iuriſdictio, valeat ſpiritualis, atque eccleſiaſtica. *quicquid domino conſecratur ſanctum ſanctorum domino erit, & ad ius pertinebit ſacerdotis. c. nulli. 12. q. 2.* ac multo magis in eccleſijs id obtinet ac locis ſacro ritu Deo dicatis.

14. Vt abuſivè quidam domini eccleſiarum vocitentur.

vt magno verborum abuſu quidam nobiles ſe eccleſiarum dominos iactitent, quod intra ſphæram ſui dominij ſitæ ſint. quod etiam Duarenus notauit. *l. 5. de ſacr. eccleſiæ miniſt c. 4.* Quamuis ergo dominus ſit eius ſoli, in quo baſilicam ædificat, & earum rerum, quas eccleſiæ cõſtitutæ donat; tamen ratio iuris non patitur, vt poſt conſecrationem, dedicationemque is locus, aut aliæ res Deo conſecratæ, in eius dominio manere dicantur. quamuis eo verbo quidam abuſi ſint. & quamuis c. monaſterium *16. q. 7.* fauere videatur dominio veteri retinendo: loquitur tamen dumtaxat de eo, qui conſtruxit monaſterium, ne eo inuito loci auferatur dominium: non agit autem de dominio iuriſdictionali. & porro non remanere dominium ſtrictè dictum in loco ritè conſecrato ex multis cc. *ibid.* ſatis conſtat. *Vide & Burgund. ad conſuet. Fland. c 1.* vbi parochiæ dominus, aduocatus, toparcha vt in his diſſideant. *Vide infra cap. 83. De eccleſiarum dominis.* adeoque dicendum eſt dominium ibidem impropriè accipi, pro iure quodam patronali. quod & indicant ſequentia verba; *liceatque ei presbyterum cum licentia Epiſcopi commendare*: quod hodie dicimus, præſentare. agitur autem ibidem de monaſterio, cum monachi adhuc eſſent laici; quibus Presbyter tanquam parochus dabatur. deſumptum eſt enim ex Synodis Romanis antiquiſſimis. Verùm ne his in rebus latiùs euagemur, remitremus ad cauſam 16 *q. 7.* cui titulus; *vt ne res eccleſiæ laici attingere, vel adminiſtrare audeant.*

15. Ne res eccleſiæ laici attingant vt iam olim decretum.

vbi inter cętera in Synodo Romana ſub Symmacho his verbis eſt decretum; *non placuit laicum in eccleſia ſtatuendi aliquam habere poteſtatem: cui obſequendi manet neceſſitas; non authoritas imperandi. laicis quamuis*

reli-

religioſis nulla de eccleſiaſticis aliquid diſponendi legitur attributa facultas. c. non placuit cum ſeqq. 16. *q.* 7. *ſi quis*, inquit Caliſtus, *Principum, vel aliorum laicorum diſpoſitionem, ſeu dominationem rerum ſiue poſſeſsionum eccleſiaſticarum ſibi vindicauerit, vt ſacrilegus iudicetur.* vſque adeo vt nec valeat diſpoſitio laicorum de rebus ſacris, quamuis in fauorem eccleſiæ, niſi acceptetur. *c. eccleſia S. Mar. X. de cōſt. c. quæ in eccleſiar. eod.* nec acceptari Synodus ſub Symmacho *in c. bene. diſt. 96.* voluit; *ne ſit exemplum ad decernendum quicquam de eccleſiaſticis facultatibus, quarum ſolis ſacerdotibus diſponendi à Deo cura commiſſa eſt. d. c. bene.* qui ſecus ageret à liminibus eccleſiæ arcetur. *d. c. nullus laicorum.* 16. *q.* 7. *c. nouerit X. de ſent. excommun.*

De negocijs porro eccleſiaſticis generaliter ſtatuitur *in c. decernimus X. de iud.* vt ea Prælati tractent, non laici; nec illi quidem ex horum iudicio diſponant: nec *propter illorum*, inquit, *prohibitionem, eccleſiaſticam omittant iuſtitiam exercere.*

CAPVT V.

An ſpiritualis poteſtas temporalem, an hæc illam errantem corrigere poſsit.

1. Spiritualis poteſtas corrigit temporalem, non contra.

BOnifacius VIII. *in c. vnam ſanctam, de maiorit. in extrauag. commu. ſi*, inquit, *deuiat terrena poteſtas, iudicabitur à poteſtate ſpirituali: ſi deuiat ſpiritualis minor, à ſuo ſuperiore: ſi vero ſuprema; à ſolo Deo iudicari poteſt.* ſic Concilium Trid. *ſ.* 25. *c.* 3. *nefas ſit*, inquit, *ſeculari cuilibet Magiſtratui prohibere eccleſiaſtico Iudici, ne quem excōmunicet, aut mandare vt latam excōmunicationem reuocet: ſub prætextu quod contenta in præſenti decreto non ſint obſeruata: cum nō ad ſeculares, ſed ad eccleſiaſticos hæc cognitio pertineat.* vbi inſigniter ſunt notanda & ratio Concilij; & obiectio. illa quidem tanquā conformis Bonifacianę; ſi deuiauerit ſpiritualis poteſtas, illius correctio, adeoque cognitio, ad Iudices eccleſiaſticos, ſeu ſpirituales ſuperiores pertineat: obiectio autem, quam Concilium ſic format, quod illam *prætextum* vocet, ſi ſeculares ſe immiſceant; eò quod contenta in decreto non ſint obſeruata. quæ ratio procul dubio damnat appellationes ab abuſu, & caſſationes; quæ in eo fundantur quod decreta eccleſiæ, vetereſque canones à Judice eccleſiaſtico non ſint ſeruati. quare huiuſmodi ad ſæculares recurſus ſępiùs iam olim ſunt damnati. atq; imprimis inter eccleſiaſtico *c. grauem. X. de exceſſ. prælat. c. ſi diligenti de for. compet.* Vide diffuſè diſſertantes deciſiones *Rotæ* 10. *April* 1595. 1. *Dec.* 1595. *in calce part.* 5. *Reſol. Dianæ late obiecta ſoluentes.* quomodo & Patres in Cōcilio Trecenſi ante annos quingentos in Virdunēſem Epiſcopum ita fulminarunt; *Richardum Virdunenſem, qui ſe tradidit regiæ Curiæ, nos tradidimus ſatanæ.* nec magis tuti ſunt qui per regiam vim & metum abſolutionem extorquent. *abſolutionis beneficium*, inquit Gregorius X. *in c. vnico de ijs quæ vi metuvè in 6. ab excommunicationis ſententia, vel quamcumque reuocationem ipſius, aut ſuſpenſionis, ſeu etiam interdicti per vim vel metum extorta, præſentis conſtitutionis authoritate omnino viribus vacua nus: ne autem ſine vindicta violentia creſcat audacia, eos, qui abſolutionem, ſeu reuocationem huiuſmodi vi vel metu extorſerint, excommunicationis ſententiæ decernimus ſubiacere.* prætextus ergo huiuſmodi nec anthoritatem tribuunt, nec abſolutiones extorquentibus proſunt, ſed iniquitates aggrauant, & vincula multiplicant.

2. Damnantur ideo appellationes tamquam ab abuſu, & caſſationes; atque recurſus ad iudices ſæculares.

3. Et recurrentes eo magis a iure excommunicantur.

Poſtquam Concilium Tridentinum præſentium temporum hæreſes damnaſſet, & fidei orthodoxæ dogmata declaraſſet, & quæ ad mores & diſciplinam pertinent latè edixiſſet; pro coronide *ſ.* 25. *c.* 20. obteſtatur Principes, vt murum ſe ponant pro domo Jſraël, & ſanctè decreta ſæcularis brachij auxilio tueantur: vt meminerint Deum eos

9. Commendauit Concil. Trid. libertatem eccleſiaſticam Principibus.

Digitized by Google

eos ſanctæ fidei, eccleſiæque protectores eſſe voluiſſe: debitam ſacris conſtitutionibus obſeruantiam præſtent: quæ eccleſiaſtici iuris ſunt, tanquam Dei præcipua, eiuſque patrocinio tecta, venerentur: nec ab illis, maximeque miniſtris ſuis lædi patiantur: ſed ſeuerè in eos, qui illius libertatem, immunitatem, atque iuriſdictionem impediunt, animaduertant. quibus etiam ipſimet exemplo ad pietatem, religionem eccleſiarumque protectionem exiſtant. aurea ſanè verba, niſi ferrea eſſent ſæcula.

§. I.

Protectio Concilij Trid. & ſacrorum canonum, an Principibus cōferat quippiam ad iuriſdictionem?

HVnc Concilij locum Salgado *de protect. reg. p. 1. c. 1. prælud. 2. n. 72.* eo citat, vt Regem Hiſpaniæ, aliosque ſupremos Principes in ſuis ditionibus defenſores eſſe aſtruat Concilij Tridentini. quod pridem Galli dicunt vniuerſalius, ſacrorum canonum, & rectè quidem, quatenus protectio ritè impenditur. ſed ex eo filo ea ſubtexere, quæ magnis multi voluminibus ſubinducunt de protectione regia eorum, qui à miniſtris eccleſiæ, eccleſiaſticiſve tribunalibus lædi, grauarive ſe querentes, ad tribunalia regia recurrunt, aduerſus violentiam eccleſiaſticorum Judicum, vt hi vocant, aut abuſus ſacrotum, canonum vt illi; recurrentes appellanteſve tueantur; tam à mente Concilij ſacrorumque canonum alienum eſſe dubitare non poſſum, quam cœlos empyrios ab inferis diſtare. declarat ſeipſum Concilium verbis, quæ mox recitanimus. *ſeuerè*, inquit, *in eos, qui illius libertatem, immunitatem, atque iuriſdictionem impediunt, animaduertant.* commendat vt impedimenta anferantur, non vt iudicijs eccleſiaſticis remoræ inijciantur, aut ad laicorum cenſurā illa deuocentur. quę ſi deuiāt, Bonifacius VIII. *in d. c. vnam ſanctam de maior. & obed. in extrauag. commun.* vult à poteſtate ſpirituali maiori; ſuptemam à ſolo Deo; non ab homine iudicari. *teſtante*, inquit Apoſtolo; *ſpiritualis homo iudicat omnia, ipſe autem à nemine iudicatur.* ad quam rationem & idem Concilium Tridentinum *ſ. 25. c. 3.* poſtquam de iudiciorum eccleſiaſticorum executione reali, diſtrictione perſouali, excommunicationis gladio ſobriè exerēdo plura decreuiſſet; *nefas ſit*, inquit, *ſæculari cuilibet & magiſtratui prohibere eccleſiaſtico Iudici, ne quem excōmunicet, aut mandare vt latam excommunicationem reuocet: ſub prætextu* (nota) *quod contenta in præſenti decreto non ſint obſeruata*; nonne idem eſt dicere quod ſit iudicatum contra ſacros canones; adeoque appellationi tanquam ab abuſu ſit locus? ſiue quod excōmunicatus non obſeruato decreto Concilij vim patiatur, adeoque recurrere poſſit ad protectionem regiam? pergit Concilium; & prætextum refutat; *cum*, inquit, *non ad ſæculares ſed ad eccleſiaſticos hæc cognitio pertineat.* hæc cauſa vniuerſalis eſt *iuxta d. c. vnam.* Sæcularium igitur non erit falcem ſuam mittere in eam meſſem, quæ de obſeruantia canonum colligitur. quod diſertè etiam expreſſum eſt *in c. qualiter & quando. X. de iudic.* vt nequidem in caſu negatæ iuſtitiæ laicus de eccleſiaſticis iudicet, nec errorē eccleſiaſtici corrigat. *d. c. vnam.* cum deſit omnino iuriſdictio. *c. eccleſia. X. de conſtit. c. ſæcularis de for. comp. et. in 6. c. placuit. 16. q. 7. vide Dianam p. 4. t. 1. r. 75.*

1. Nihil ideo iuriſdictionis in eccleſiam tribuit.

2. Sed penes hanc maxime omnis cognitio.

Quoniam tamen quidam cognitionem hanc extraiudicialem, alij aliter interpretantur; œconomicam, aliaſq; nouorum intellectum cogni-

3. An non ſaltem qualis qualis Principibus tribuatur.

cognitiones hîc prohiberi negant, nec tamen ſoluunt verba Concilij; *nefas ſit prohibere*, *nefas ſit mandare*; quæ facti ſunt; nec ad iuris ancipites ſenſus referri tantum poſſunt. & quamuis Rota etiam immemorialem conſuetudinem aduerſus huiuſmodi decretum non ſuffragari reſponderit; non deſunt tamen inſignes, tam theologi quam iuriſconſulti, qui aſſerant bullas Apoſtolicas in Concilijs Regijs detineri, & examinari poſſe, antequam permittantur executioni mandari; eademque Concilia cauſas eccleſiaſticas per viam violentiæ poſſe cognoſcere. *vt licet videre citatos apud Dianam p. 1. t. 2. de immunit. eccleſ. reſol. 12. 13. & 14 p. 5. t. 1. r. 12. 13.* vbi quæ ex iure vetere adferri poſſunt pluribus ſoluit; & planius vt explicita ſint omnia; ſi non & correcta per d. c. qualiter; & clarius *per bullam cœnæ. p. 3. t. 1. r. 53 54. 55. 56. 57. 64.* non lubet iu eam rem amplius iucumbere.

§. II.

De lege regia Hiſpaniæ verſante circa appellationes, quibus neglectis fit executio, de qua vi cognoſcunt ibi ſeculares. & de appellatione tanquam ab abuſu apud Francos.

2. Sed prout hanc materiam omnis cognitio.

Sed id tantum meminiſſe; legem regiam qua Hiſpani vtuntur, & ad quam latè ſcripſit Ceuallos *de cognition. per viam viol.* & Salgado *de protection. regia* verſari maximè circa appellationes, & Iudicum ſine illarum remora ſententias ſuas exequentium, quo caſu lege Julia de vi publica illos teneri declaratum eſt *l. 7. D. Ad leg. Iul. de vi publ.* quam reprimere, & ne opprimere pergat, donec Iudex ſuperior

3. An non ſtatim qualis qualis Principibus tribuatur.

quid decreuerit, obſiſtere regium ſit officium. *c. regum. 23. q. 5.* atque in ſuis tractatibus hoc potiſſimum agere, vt in cauſis quibus poſt appellationem vetita ſit executio, ei obſiſtatur: in quibus liceat; potius brachio auxiliari iuuetur. Franci autem vniuerſalius appellant tanquam ab abuſu, quoties aduerſus canones videtur pronuntiatum: Belgæ magna parte caſſationibus vtuntur: ſi quà Iudices eccleſiaſtici in ſæcularem iuriſdictionem falcem dicantur immiſiſſe, aut in priuilegia patriæ impegiſſe. & Franci quidem in initio in re admodum graui, & publica, vſi ſunt appellatione tanquam ab abuſu: nunc, per abuſum illo maiorem, eam ad triuiales de tribus cappellis quæſtiones detulerunt. Carolus tamen IX. *edicto 1571. ar. 6.* profeſſus eſt generatim nolle ſe vt à quopiam turbetur iuriſdictio eccleſiæ: quamuis ægrè ad modum multi vocem illam pro eccleſia digerere poſſint. Henricus autē III. *edict. 1585 ar. 59.* inhibuit recipi appellationes tamquam ab abuſu, niſi eccleſiaſtici *impetant*, inquit, *noſtra iura*, *authoritatem*, *& iuriſdictionem*; *contrauenient ſanctis decretis*, *quorum ſumus protectores*, *noſtris ordinationibus*, *arreſtis*, *& ſententys curiarum noſtrarum*, *aut libertati eccleſiæ Gallicanæ*, *aliàs qui grauatos ſe queruntur*, *per appellationem adire poſſint ſuperiores eccleſiaſticos.* & quidem, quod ad ſancta decreta attinet, rectè quidam intelligunt de ijs, quæ ex Concilio Baſilienſi deſumpta, per ſanctionem Pragmaticam firmata ſunt: & ijs, quæ per concordata inter Leon. X. & Franc. I. conuenta ſunt: & quorum protectionem, executionemque Pontifex Regi bulla ſpeciali demandarit, tametſi vſus hos abuſus latiùs extendat. & ſanè huiuſmodi protectionis prætextus facilem præbet anſam malignantibus, omnia Iudicum eccleſiaſticorum acta impediendi; ſaltem ad tempus, vel euertendi. 4. Sed quatenus

tendi. quid enim eſt tam à ratione alienum, cui non pro vmbra & nebulis prætexi aliquis canon poſſit, cui contrauentum dicatur? verò id, an falsò longa inquiſitio. & tamen cum in Concilio Trid. *ſ. 24. c.* 20. conformiter decretis Conc. Baſil. feruidè in Franciâ recepti ſtatutum eſſet, vt cauſæ omnes in prima inſtantia coram Ordinarijs tractarentur, nec Romam quis vocaretur; ſed addita eſſet exceptio; niſi graui ex cauſa, & manus propriæ pontificiæ ſubſcriptione aliud eſſet reſcriptum; reſpuerunt Franci huiuſmodi decretum, ob ſuam exceptionem: quod Curia Romana facile cauſam grauem, quæ non ſubeſſet, prætexere poſſet: nec tamen licet per eos eccleſiæ queri, quod ſub prætextu appellationum, tamquam ab abuſu generaliter permiſſarum, cum contrauentum aſſeritur ſacris canonibus, eccleſiæ protectio abeat in metamorphoſim ſeruitutis. *vide citatos à Diana p.* 1. *t.* 2. *r.* 101. 102. *p.* 3. *t.* 2. *r.* 53.

ſ. III.

De illarum moderatione in Francia.

QVam tamen Franciſc. I. edicta 1589. *ar.* 59. *Caroli IX.* 1571. *ar.* 5. *Henrici III.* 1589. *ar.* 59. nonnihil inſuper moderantur, dum declarant ſententias in materia diſciplinæ, & correctionis à Iudicibus eccleſiaſticis contra eccleſiaſticos latas, aut etiam in materiâ purè perſonali, non pendentes à realitate, executioni fore demandandas, non obſtante appellatione tanquam ab abuſu; cui non dabitur effectus ſuſpenſionis: quinimo vetant literas receptarum huiuſmodi appellationum ſigillari, niſi antè conſtiterit cauſam relatam, deliberatamque fuiſſe, ſubſcribente Referendario, neque literis inſeri clauſulam, qua rei anthoritate Judicis eccleſiaſtici in carcerem miſſi iubeantur dimitti: niſi Curia viſis informationibus ita decreuerit: facilius tamen inſeri clauſulam abſolutionis ab excommunicatione ad cautelam: quę exceptio in edictum irrepſerat; oſcitantiâ graphæi, an temporum malitiâ incertum: poſtmodum quod hæreſim ſaperet, quę poteſtatē clauium eccleſiæ à Chriſto datam Curiæ tribueret, edicto Melunenſi emendata eſt, & ad eccleſiam, quæ requirenda ſit, remiſſa. ſed & ceſſare iuſſa huiuſmodi ad cautelam abſolutio, ſi manifeſta ſit offenſa. Sed & iterum Henr. III. *edict.* 1580. *ar.* 24. ſententijs eccleſiaſticorum exequendis brachium ſæculare præſtari iuſſit, acta examinari vetuit. Iterum Ludouicus XII. *edict.* 1510. *ar.* 45. Franciſcus I. *ed.* 1525. *a.* 12. *ar.* 26. vetuit vllas inhibitiones fieri, niſi viſis citationum eccleſiaſticarū literis, & præuia cognitione, quod res ad eorum non ſpectet iuriſdictionē: eoq; caſu inhibitionibus inſeri iuſſit cauſam cur ad iuriſdictionē eccleſiaſticā ſpectare non poſſit: alioquin obedientia non præſtaretur. Denique Carolus IX. *ed.* 1571. *ar.* 18. *Henr. III. edi.* 1576. Iudicibus eccleſiaſticis permiſit monitionum & cenſurarum vſum, quatenus ſacri canones permittunt, etiam pro executione rerum à ſe iudicatarum, pœnarumve in contumaces latarum. ita tamen ne eccleſiaſtici excommunicentur ob pecuniam ab eis debitam. Jn caſibus autem criminum priuilegiatorum Franciſcus I. *edict.* 1540. *ar.* 11. ſententiam in clericos dici vetuit, niſi procuratore regio vocato, qui diſpiciat an Regis interſit. Henricus autem III. *edict.* 1580. *ar.* 11. caſus priuilegiatos coniunctim ab eccleſiaſtico & ſæculari cognoſci voluit; & ſæcularem in id delegatum ad ſedem accedere iuriſdictionis eccleſiæ.

1. Quibus in cauſis.

1. Præſtandū brachium auxiliare ſine cauſæ examine.

3. Vt nō dandæ inhibitiones.

4. Cenſuræ permiſſæ.

5. Non in clericos ob pecuniam debitam.

6. De caſibus priuilegiatis.

De-

Denique Carolus IX. *edict.* 1571. *ar.* 14. ſacerdotes alioſque in ordinibus ſacris conſtitutos, ad mortem damnatos, vetuit ſupplicio affici, niſi degradatione præcedēte. Quibus in rebus etſi ſacrorum Conciliorum canones, & eccleſiæ decreta non parum ſuccidantur, optandum eſſet tamen, vbi aliud modo obtineri nequit, modificationes regias, quas diximus, obſeruari. & ſpeciatim antequam Iudices ſæculares quidquam decernant aduerſus eccleſiaſticos, vt prouidè cognoſcant an ſua ſit iuriſdictio: ſeu qualiſcumque œconomica protectio ſit neceſſaria; exterque violentia. vt quemadmodum Iudex qui ſub conditione, aut certa qualitate eſt datus, ante omnia cognoſcere debet an extet conditio, an adſit qualitas, vt mox dicemus: ita & ſæculares antequam manum mittāt ad ſortem Domini, prudenter circumſpiciant, an verè exceſſum ſit, an verè abuſus ſubſit: vererique ne, ſi in caſu non tributæ iuriſdictionis diuina eccleſiæ iura minuerint, in illa dira incidant, quibus Deus terminos muniuit, poſitos inter ea quæ reddenda ſunt Deo, & quæ Cæſari.

7. Vbi hæc tolerantur, tamen ſerio ante inquirendum an cauſa eò pertineat.

§. IV.

Iterum de lege regia Hiſpanienſi.

1. De vi admiſſa contra appellationes.

Redeamus ergo ad legem regiam Hiſpanienſem. *appellatio ipſa*, inquit Salgado *in proœmio, eſt præciſum & neceſſarium principium & fundamentum huius regij recurſus. quia vbi deficit, non poteſt cadere nec appellationis delatio, nec delationis negatio, nec attentata executio: & per conſequens deficit violentia: ſuper quibus fundatur. quibus mediantibus, non aliter, regia protectio inuocatur, & auxilium exhibetur.* lege etiam regia vetitum eſſe ait in Hiſpanijs, recurſum admitti in cauſis viſitationum, & correctionum regularium perſonarum. *de qua re agit p.* 1. *c.* 2. *§.* 5.

2. Quid de hac Ceuallos.

Porro tam Ceuallos *in tractatu de cognitione per viam violentiæ* per modum commentarij, poſt prolixum prologum, ſcribit in d. legem regiam, formulaſque practicas exhibet, atque exinde ſine certa methodo quæſtiones examinat omnino multas; quibus liceat aut non liceat de his illiſve cauſis Iudici eccleſiaſtico cognoſcere, vel ſæculari inhibere; aut quando appellatione reiecta ſententiam exequi poſſit, aut illi deferre teneatur: alioquin an, & quando recurſui locum faciat.

3. Salgado.

Salgado vero *p.* 1. poſt præludia d. legem regiam, modum, praxim, formulaſque recurſus explicat *p.* 2. de recurſibus qui fiunt ab interlocutorijs ſententijs, vel extraiudicialibus decretis, actibuſve: *p.* 3. qui à definitiuis: *p.* 4. qui ab executione: *p.* 5. qui circa pontificia diplomata, ac ſimilia: *p.* 6. varios caſus enucleat recurſuum. potiſſimus fons eſt contemta appellatio: multos ille riuos habet: inſpici poſſunt apud eos, qui eam materiam ex profeſſo tractant. per indicem tantum videamus eos, quorum ex decreto Concilij Trid. frequentior eſt diſceptatio. nam & in huiuſmodi controuerſia quoad cauſas eccleſiaſticas, ſæcularis Iudex canones ſequi debet, *c. canonum. X. de conſt.* & ſtylum fori illius, vnde defertur quæſtio. *Salgad. p.* 1. *c.* 2. *§.* 3. famoſum eſt Concilij decretum c. 20. ſ. 24. vt appellationes non recipiantur, niſi à definitiua, vel à definitiuæ vim habente, & cuius grauamen per appellationem à definitiua reparari nequeat. cui conſonat c. 1. ſ. 13. loquens in cauſis viſitationis & correctionis; & criminalibus, vt appellationes ante definitiuam, vt friuolæ reijciantur, *niſi grauamen*, inquit, *per definitiuam reparari, vel ab ipſa definitiua appellari non poſſit.*

4. Regula, vt vis fit ſi contra appellationes à definitiua fiat executio, non ſi ab interlocutoria niſi doceatur exceptio.

in negotijs eccleſiaſticis: *ex c. 10. ſ. 22. Trid.* vti quilibet officialis à ſuo Judice quoad officium damnatus executionem patitur, non ſuffragante appellatione. *l. nulli officialium. C. quorum appell. non recip.* ob quam legem & verbum *cōpellatur*, quo vtitur c. 20. *verſ. qui notarius* 24. notariū aduerſus *d. c. 20.* delinquentem remota appellatione puniri contendit Salgado *p. 3. c.* 8. *n. 8.* & *c.* 9. quando euidens ex actis appatet nullitas, priuilegium cauſæ inappellabilis ceſſat, vt latè ibid. de concurſu ad parochialem non ſeruatis Concilij præſcriptis *ex c. 18. ſ. 24. Trid.* de quo & diximus *in Conſult. can. de elect. conſ.* 1. plures alij ſunt caſus, in quibus Concilium appellationes vetat. *de quibus diximus in Iuris Pontificij nou. an. tit. de app. n.* 3. *& ſeq.* exptеſſi *ſ. 5. c. 2. §. ſi qua ſ. 7. c. 5.* 7. 8. 13. 14. *ſ.* 13. *c.* 1. *ſ.* 14. *c.* 1. *ſ. 21. c.* 3. 4. 5. 7. 8. *ſ.* 22. *c.* 1. 7. 10. *ſ.* 23. *c.* 1. *c.* 18. *§. ad hanc ſ.* 24. *c. 10.* 11. *in fin. 15. 18. §. in omnibus* 20, *ſ. 25. de regul. c. 5. 13,* 22. *in fin. ſ. 25. de reform. c.* 14. plures format Ceuallos paſſim, & Salgado caſus vbi appellationis remotio obſiſtat recurſui. vtique

5. ſi eccleſiaſticns neque in forma iuriſdicendi peccauerit, neque materiæ ſuæ ſphæram exceſſerit. quæ totam complectitur vtriuſque iuriſdictionis cognitionem. eoque idem Ceuallos *in prolog. n.* 133. proteſtatur niſi eccleſiaſticus limites excedens vim fecerit, dignum eſſe anathemate qnemcumque ad tribnnalia ſæcularia recurſum ſeu deuocationem. & ſubſeqnenter *n* 136. id per aliquot concluſiones explanat. 1. ſi Iudex eccleſiaſticus proceſſerit in laicum per cēſuras in cauſa temporali, tunc manifeſtam ingerat violentiam. 2. ſi cauſa ſit merè eccleſiaſtica inter qualeſcumque non poſſit cognoſci à Iudice ſæculari, niſi de executione, facta appellatione repulſa, in caſibus in quibus expreſsè ius appellationem non remouet. 3. quando cauſa non eſt euidenter, ſed probabiliter iuriſdictionis eccleſiaſticæ, vim non faciat eccleſiaſticus, de illa cognoſcens. quod ſi autem dubium ſit an cauſa ſit appellabilis, ſi appellatione reiecta exequi voluerit, vim faciat: quia in dubio eſt appellationi deferendum. vtique ſecundùm regulam Concilij Trid. *ſ.* 24. *c.* 20. vt ſi ab interlocutorijs appelletur non habentibus vim definitiuæ, aut per definitiuam reparabilibus, vim facere non videatur, qui ſequitur iuris regulam: niſi qui vim arguit, probet cauſam ſuam diſertè à regula eſſe exceptam. atque iterum ſi definitivè pronuntiatum ſit, vim cenſebitur Judex facere, ſi remota appellatione exequi voluerit, obſtante ſibi regula, permiſſiua appellationis à definitiuis; niſi euidens ſit cauſam eſſe talem à qua expreſsè ius appellationem remoueat. quos caſus vide apud Fragoſ. *Regim. reip. l. 8. d. 24. §. 8. & 9.* vbi etiam late examinat §. 12. reſcriptorum clauſulam *Appellatione remota.*

Vt Ceuallos agnoſcat in caſibus non permiſſis cognoſcentes Judices incidere in excommunicationem.

§. VI.

Vt incompetenter hæc ad iuriſdictionem referantur.

EAtenus autem Hiſpanos religioſius ex eo conſtat circa hanc rem verſari, quod quaſi œconomicam tantum protectionem impertiuntur appellantibus, quaſi vim paſſis; quam facere intelligatur Iudex dum ſententiam ſuam vult exequi, quam per appellationem ius vult ſuſpendi: nam extra leges procedens Iudex priuatus eſt; & priuato reſiſti poteſt: etiam à priuato: quāto magis à Rege? ſed illud cum & factum & ius eſt notorium: cum autem hoc eſt controuerſum, nec illud liquidum; non eſt par ratio: Franci autem & merita cauſæ cognoſcunt, & definitionem ipſam 1.

1. Iuriſdictio cur in his propriè eſſe non poſſit?

examinant, & ſi diſpliceat, contra aliquem canonem latam cauſantur; abuſum vocant, non facti protectionem, quæ & priuato liceat, ſed iuriſdictionalem interponunt, nomina appellationis, ſuſpenſionis, & deuolutionis ad ſua tribunalia, etiam in edictis admittunt, quæ ſonant ſubiectionem & maioritatem.

Vbique autem Ceuallos & Salgado proteſtantur recurſum per modum violentię, œconomica tantum niti defenſione, nulla iuriſdictionali authoritate interponi. tametſi Gloſſ. 16. etiam condemnationem in parte, non in Iudice ex lege regia admittat, quæ tamen vocabula iuridica ſunt, non œconomica. & quamquam qui ſe pronunciat incompetentem, tamen victum damnat in expenſas, *l. fin. §. quorum vero. C. de re milit. l.* 12. nihil obſtat; quoniam ſaltem vt Iudex procedit, & quidem competens in quæſtione an ſua ſit iuriſdictio: at hic negat ipſe Ceuallos procedi iuriſdictionaliter: & vero non poteſt aduerſus clericos, in quos non eſt laicis iuriſdictio. & Ceuallos quidem *c.1.proœmij* id ipſum latè proponit, adeo vt contendat *c.4. ſ.6.* clerum & cauſas eccleſiaſticas iure diuino eſſe exemptas: ſic vt nec Regi, niſi per cauſam violentiæ, aliquid in clerum iuris competat: nec ipſe Pontifex totam cleri exemptionem vllatenus tollere poſſit: c. 9. Reges inuentos eſſe ad defenſionem vim paſſorum: c. 10. eamque adeo protectionem tegimini ineſſe; vt abdicare illam nec Reges poſſint: eoque ſale condiendos eſſe canones, & bullam cœnæ: vt maneat interpretatio iuris naturalis, quo vim vi pellere licet. quod Regum officium eſt. *d.c. Regum.* quod naturę dictamen admittūt canones *c. dilecto de ſent. excommun. in 6.* c. 12. adeoque bulla cœnæ, dum prætextus violentiæ excludit, de friuolis eſſe intelligendam, *in prologo n. 100.* 172. 203. 210. *& ſeqq.* quam ego tamen ita excipiendam puto, vt mox dixi de Concilio Trid. *ſ.* 25. *c.* 3. & vt quamuis non mox in bullam cœnæ incidant, quibus plus ſit cauſæ, quam prætextus; non tamen mox bulla licitum faciat id omne quod non punit pœna excommunicationis. ideoque dum Ceuallos *d. c.* 12. refert primùm Adrianum VI. inſeruiſſe bullæ ea verba *etiam prætextu violentiæ*: cum illa phraſis in alijs ditionibus non ita fuerit vſurpata, ſicut in Hiſpania, vnde recens ad Pontificatum venerat Adrianus; credendum eſt veleò maximè reflexiſſe, ac ſuſtuliſſe omnem illam, qualis iure naturæ non cuilibet competat. & ſic prætextum violentiæ ceſſare, non autem euidentiam, in qua cuilibet vim vi pellere liceat. ſed & iterum ſi Iudex adſtat vbi quis vim intentat, priuati non eſt occupare Iudicis officium; ſed partes illi ſuas relinquere: iubenti tamen, manum auxiliatricem commodare. adeoque non rectè Ceuallos *in eodem prologo n.* 144. recurſui locum dare, dum Legatus aut Archiepiſcopus ad manum eſt, qui prouidere poſſit, niſi ille auxilium imploraret. rectius illud quidem recurſui locum non eſſe faciendum, vt diſputetur de meritis cauſæ principalis, *in prologo n.40. & n.* 46. 58. ſed neq; in dubio: quippe ſtatutum ſi qualitatem exigat, illa imprimis probanda eſt. *latè Gail de pace publ. & violat. c. 13.* ideoque qui ſub conditione datus eſt Iudex, non niſi purificata conditione iudicare poteſt. *Gail. ibid. n. 12. l. 4. §. toties. D. De damn. infect.* vbi tributa Cameræ Imp. ex cauſa fractæ pacis Iuriſdictio, ceſſat illa non probatâ. facit *c. prudentiam X. de off. deleg. c. cum plures. cod. in 6.* vt & in his qui ſurrogātur in defectum negatæ iuſtitiæ, in cauſam miſerabilis perſonæ, aut ſuſpecti Iudicis Ordinarij. *c. cum ſit generale, c. quod clericis. c. licet ex ſuſpecto c. ex tenore de for.*

2. Vt qui id verbis agnoſcunt, reipſa ſibi non conſtent.

3. Vt Bulla cœnæ prætextus excludat?

4. Is eſt vbi violentia non eſt euidens.

5. Recurſus in violentiâ quamuis euidente, vbi adeſt eccleſiaſticus qui prouidere poteſt.

ſor. compet. auth. ſi vero contigerit. C. de iudic. quibus caſibus, niſi eas qualitates ſubeſſe liqucat, perperam Judex eccleſiaſticus viâ regiâ ſe mmiſcuerit perſonis vtrimque, & negocijs ſæcularibus. quapropter & optimè Ceuallos *in prolog. n.* 181. cenſuram bullæ cœnæ eum incurriſſe fatetur, qui recurſum fecerit, & qui receperit inhibēdo Iudici eccleſiaſtico, antequam ille cauſam agere cepiſſet; iniuriam aut violentiam intuliſſet: nec Senatum regium cognitionem per violentiam vnquam aggredi, niſi iniuriâ & violentiâ ſatis perſpectâ. quod optandum eſſet Senatores vbique ſeruare, aliquando enim aliqui tantâ proruerunt ad inhibendum Iudici eccleſiaſtico præcipitantiâ, vt eis ſuffecerit mendax cuiuſvis vitilitigatoris libellus, nullo documento aut teſtimonio munitus, actiſve, quæ Hiſpani ſemper exigunt, exhibitis; ex quibus quaſi in promptu appareat violentia: quam ſiſtere regium ſit officium. non vero ſi quid circumſpectioni deeſſe videatur, quæ ipſi Iudici eccleſiaſtico commiſſa eſt. neque defectus ille à laico vnquam ſupplendus. *d. c. qualiter. X. de iudic. d.c.* 3. *ſ.* 25. *Conç. Trid.*

6. Cognita ſit prius violentia antequam ſe immiſceat ſæcularis.

§. VII.

Monitorijs pro rebus deperditis, vt laici immiſcere ſe non debeant.

VBi ſub illa theſi generali ſpecialiter Concilium diſponit quoad eas excōmunicationes, quæ pro rebus deperditis ad finē reuelationis proponuntur. *§. quapropter.* fundatæ *in c. qui cum fure. X. de furt. & ibi DD.* quæ habent eam cauſam, vt res ſua Domino reddi poſſit. quodq́ue fur non ſolùm, ſed & ille reus teneatur, qui furti conſcius, quærente Domino, non indicat, ideoq́ue M. A. Genuenſis *in prax. c. 1. n. 15. ex Crauetta* ait ſuſpectum eſſe qui inpugnat monitorium. requiſita optime explicat *n. 13.* appellari rectè dicit à monitoriarum denegatione, tanquam officio à Iudice non præſtito, ſeu iniuriâ factâ: illis autem conceſſis, nefas eſſe dicit Cōcilium ſæculari Magiſtratui ſe immiſcere. *& n. 4. anno*, inquit, *1597. quidam laici tentauerunt infringere hanc praxim, dicentes Curiam Archiepiſcopalem non poſſe laicos cenſuris compellere per viam præcepti ſupradicti, ſed non potuerunt.* & hic quidem, vbi rarus eſt cenſurarum vſus, quadam in cauſa monitoriæ fuerunt oppugnatæ: ſed & tamen ante paucos annos Procurator ipſe regius eaſdem petijt ab Epiſcopo Brugenſi aduerſus eos, qui bona naufraga ad Flandriæ littora appulſa ſubtraxerant. Neque vero in literis receptionis Concilij Trid. quidquam exceptum eſt, quo d. c. 3. de monitorijs decernens excluderetur. niſi forte perperam ijs quis abuti velit ad imminutionē iuriſdictionis ſæcularis. quò ſane trahi non debere rectè docet Martha *de iuriſdict. p. 3. c. 6.* qui & pluribus antecedentibus & ſubſequentibus capitulis dictarum monitorialiū requiſita pluribus examinat. vt & rectè has monitorias Franc. Marc. dicit eſſe de iuſtitia. *tom. 2. deciſ. 854.* ita etiam conſequenter nihil Iudex eccleſiaſticus præter rationem ad ſuum forum trahere debet, nullam cauſæ cognitionem aſſumere: monere tantùm raptores, vt conſcientiam ſuam purgent, & reos conſcij reuelent; teſtimoniumq́ue dicant, coram Iudice cauſæ competenti: eccleſiaſtico quidem; ſi cauſa eſt eccleſiaſtica: laico autem; ſi laica. *Marc. Anth. Gen. d. c. 1. n. 4.* in ſubſidium tantum dantur monitoriæ. ideoq́ue in genere contra ignotos; non exſtantibus teſtibus. *idem d. c.* 4. ſicut teſtes notos ad veritatem dicēdam ſpecialiter, & per cenſuras adigi

1. Monitoriæ vt dentur?

2. Conceſſis non ſe poteſt ſæcularis immiſcere.

3. Trahi vt illæ non debeant ad imminutionem iuriſdictionis ſæcularis.

adigi iura permittunt. *c. cum ſuper. 2. X. de teſt. cog.* & curare debent Magiſtratus vt ſalua ſit rerum probatio. *l. curent. D. de teſt.* & pro inuenienda re fur.o ablata debet Iudex concedere, vt perquiratur domus alterius. *l. 2. C. de ſeru. fug.* ad iuſtitiam ergo cum tendant huiuſmodi literæ monitoriæ, neque iùriſdictionem ſæcularem imminuant; perperam illarum curſus impediretur. *c. quoniam* 8. *de immunitat. eccl. in 6. c. grauem. X. de ſent. excommun.* bulla cœnæ in *§. 13.*

4. Vt aliquando laicos ad eccleſiaſticum trahant.

Contingere tamen poteſt vt monitoriæ huiuſmodi etiam laicos trahant ad iudicium eccleſiæ. v.g. ex ratione c. nouit *X. de iud.* ſed tamen ſuo ſtricto ſenſu, & modo: aut cum agitur de huiuſmodi cauſis, in quibus leges à canonibus ſunt correctæ; quod peccatum contineant ſi canones non ſequatur laicus. *qua de re Marth. d. p. 3. c. 8.*

§. VIII.

Cui tribuendum quod in iudicijs hodie non vitentur excommunicati?

1. Eccleſia quos nunc excommunicatus decernat vitandos: quod & in iudicijs ſeruandum.

ENim-vero Judicum aliquorum authoritati tribuendum non eſt, quod hodie excommunicati ne quidem in iudicijs vitentur: ſed Concilij Conſtantienſis, & Lateranenſis ſub Leone X. quæ eam vitationem remiſerunt, præterquam in denuntiatis nominatim publicè, aut notorijs clericorum percuſſoribus: quos etiam hodie à iudicijs repellere debet exceptio excõmunicationis. quæ Concilia, vt nihil fauere voluerunt excommunicatis, ita illud dare voluerunt bono publico, & vitandis ſcrupulis hominum timoratorum. ſecundùm quam rationem etiam hodie ſuſtinendus eſt Iudex, notarius, & teſtis. & vero quoniam diſertè declaratum eſt, nihil in gratiam excommunicatorum à d. Concilijs eſſe ex iuris rigore relaxatum; etiam dicẽdum eſt agere in iudicio illis nec hodie eſſe permiſſum: nec quidquam eorum, quæ veteres canones vetuerunt. niſi quæ cedant in releuationem eorum, quibus cum excommunicatis negocium eſt. tametſi non vbique eadem ſit praxis.

§. IX.

An Iudex ſæcularis aliqualem nullitatis excommunicationis cognitionem aſſumere, aut declarationem facere poſſit?

NOn rectè dubitatur: ſi quidem excommunicatio, quę à poteſtate clauium dependet, originem habet à Chriſto, *Matth. c. 18.* qua vſus eſt Paulus *ep. 1. ad Corinthios c. 5. & 2. ad Theſſal. c. 3.* & vt inſtitutum Chriſti agnoſcitur à Chryſoſtomo, & Auguſtino. *c. nemo contemnat. 11. q. 3. c. quodcumque. 24. q. 1.* merè eſt ſpiritualis. adeoque illius cognitionis omnino incapax eſt laicus. eoque nec ſuper illius nullitate apud eum quis queri poteſt. *Conc. Trid. ſ. 25. c. 3. §. nefas.* vbi vetat ſæculares cognoſcere ſuper formâ ibidem præſcriptâ, ex cuius neglectu nullitas aut iniuſtitia arguatur: aut deſuper aliquatenus ſtatuere. *de qua re diximus alibi. vide Ceuall. de cogn. per viol. p. 2. q. 51. Salgado de protect. reg. Martha de iuriſdict. p. 3. c. 16. Dianam p. 4. t. 1. r. 98.*

1. Iure non poteſt ſecularis quicquam declarare niſi ſequendo eccleſiæ decreta.

2. Cuius eſt ſoluere & ligare, & declarare.

Soluere & ligare presbyteris tributum eſt, non alijs; eccleſiæ claues ſunt. *c. quodcumque 24. q. 1.* non huius ſæculi: non homines; ſed ipſe potius Chriſtus ſoluit, & ligat. *d. c. nemo. 11. q. 3.* non licet Principibus rebus ſacroſanctis humanitus ſequenda iura præfigere. *c. certum. d. 10.* non licet ergo laicis de clauibus eccleſiæ, earumve vſu quidquam ſtatuere; ſed neque iudicare,

Digitized by Google

dicare; aut cognoſcere: validitatem, aut inualiditatem declarare. *Martha d.c.* 16. niſi fortè tam noto-

3. Niſi nimia ſit euidentia, vt priuato liceat non curare.

ria ſit inualiditas, vt ipſe cenſuram paſſus poſſit ſe gerere pro libero. quod vix vſu venit in ſubdito. *c. illud §. licet de cleric. excommun. miniſt. c. per tuas. c. ſacro X. de ſent. excomm. c. ſententia. c. quibus 11. q. 3.* præſertim cum Clemens VIII. *conſt. incip. litium* etiam ſuſtulerit proceſſuum nullitates: ſi non ex defectu iuriſdictionis, citationis, aut mandati natæ ſint. vnde & quod ait c. per *tuas. X. de ſent. excom. in verb. proponat ſe poſt appellationem legitimam interpoſitam excommunicatione fuiſſe notatum, vel in forma excommunicationis intolerabilem errorem fuiſſe patenter expreſſum* (vide quæ diximus *in Reſponſ. de ſent. ex com. r. 2.*) ſtrictius nunc obſeruandum eſt: vt in priori quidem caſu nullitas ſuſpenſionem iuriſdictionis; in ſecundo, vt error intolerabilis, & in ſententia patenter expreſſus, nullitatem cauſet. vt non faceret leuioris rei non obſeruata præſcriptio. & ſic pro excommunicato gerere nunc magis ſe debeat, etiam nec ſatis ritè, nec admodum iuſtè innodatus. *Vide citatos à Marth. p. 3. c. 14. 15. 18. de iuriſdict.* vnde nec laicus de iudicio eccleſiæ declarare quicquam poteſt: cui nihil iuris, quod ad claues, competit, extrà quam ex facto liceret priuato obſiſtere. *Vide eundem d. c. 16.* Quare & clementina 2. *de ſent. exc.* rectè detonat in Principes & poteſtates temporales, qui tempore interdicti campanas pulſari, & ſacra fieri mandant.

4. Agitur de excommunicatione dependente à clauibus: cuius imago in gentilibus, & propior in Iudæis.

Dixi in quantum reſpicit poteſtatem clauium: vnde Martha c. 16. immeritò iraſcitur Couuar. aut alijs, qui excommunicationis originem ad gentiles referunt. id enim liquido ex hiſtorijs conſtat à ſacerdotibus ethnicis quoſdam cœtu aliorum prohibitos, ab alijſque fuiſſe vitatos quoad ſacra illorum, & ciuilem hominum ſocietatem. ſed & à Iudæis vſurpatum fuiſſe patet *ex c. 9. Ioan.* vbi conſpirauerãt Iudęi, vt ſi quis cõfiteretur Chriſtum extra Synagogam fieret: & cœcum illuminatum eiecerunt foras. quò ſpectat & illud Chriſti ad Apoſtolos; *abſque Synagogis facient vos.* ſed huiuſmodi anathema gladius non erat, qui pertranſiret animam, qualem Chriſtus inſtituit: vt quæcumque Apoſtoli ligaſſent ſuper terram eſſent ligata & in cœlis.

Jterum neque huc pertinet ea excommunicatio, de qua in Regula ſancti Benedicti, & alijs regularibus, & ſæcularibus inſtitutis. vt ſuperiores olim laici, & fœminæ etiam clericos ſibi ſubditos excommunicarent contra regulam ſeu inſtituta delinquentes, ac ſæpiùs monitos, neque correctos. Hæc enim ad formulam diſciplinæ ſpectant, non autem ad claues: quarum laici, aut fœminæ non ſunt capaces. nec ipſa quidem diua Virgo. *c. noua X. de pœn. & remiſ.* & ſic in regula S. Benedicti dicitur, vt qui excommunicatione non emendatur, grauiori ſubdatur correctioni: ſcilicet verberum: cum vera excommunicatio longe grauior ſit verberibus.

5. Quid illa de qua in Reg. S. Benedictus

Jgitur agimus hic de excommunicatione, quæ à poteſtate clauium procedit. quæ omnimodo ſpiritualis eſt, adeoque ad Iudicem ſæcularem ſpectare non poteſt illius cognitio: ne quidem incidenter; ſed ad eccleſiaſticum remittenda eſt. *c. tuam de ord. cognit. c. lator. c. cauſam quæ. X. qui filij ſint legit. c. decernimus. c. quanto. X. de iudic. Diana d. r. 98.* leges quidem permittunt, vt incidens quæſtio cognoſci poſſit ab eo Iudice, coram quo incidit; qui non poſſit de eadem cognoſcere propoſita principaliter: ſed natura rei ſpiritualis, cum illius capax non ſit laicus, idem non admittit in ſpiritualibus.

6. De ſpirituali ergo hic.

Eoque in quantum ſecundum ſuam ſpiritualitatem non proponi-

7. Vbi de ſpiritualitate non cognoſcitur, an cognoſcere poſſit ſecularis?

tur, cognoſci poſſe à laico, non improbabiliter dicunt authores *citati à Martha vbi ſup. n.7.& ſeqq.v.g.* cum ex facto objicitur quem ab homine eſſe excommunicatum, vt ſententia proferri iubeatur; vel à iure, v. g. ex percuſſione clerici, vt factum probetur: vt de facto, inquam, cognoſci poſſit non de quæſtione iuris. ſed nec hoc laico competere rigido iure verius eſt: ſecundùm ea quæ diximus de quæſtione facti, an quis ordinatus ſit clericus. *infra lib. 1. c.* 18.

Objicitur quidem c. poſtulaſti *X. de homicid.* vbi coram Rege conuenti, ſunt excommunicati; ſed non fuit ibi diſputatio ſuper ipſa excommunicatione: ſed, qui per illam coërceri ab eccleſia non poterant, conuenti coram Rege, vt ab eo comprimerentur: iuxta præſcriptum c. cum *non ab homine. X. de iud.* & quæſitum dumtaxat, an, ſi Rex eos vita aut membris mulctaret; illi clerici, qui ciuiliter tantùm eos conuenerant, ex pœna ſanguinis per Regem illata, irregularitatem incurrerent? cuius negatiua deciſiò nihil ad rem noſtram facit.

CAPVT VI.

An eccleſia primitiua exercuerit iudiciariam poteſtatem inter litigantes, vt hodie Curia eccleſiaſtica?

IN hac quæſtione Ioannes Gallus q.186.*& eum ſecutus L'Oyſeau de ſeigneuries. c. pen.* eſſe de eccleſiæ clauibus iuriſdictionem, vt hodie exercetur, negant: ſed fuiſſe contendũt notionem circumſcriptam terminis controuerſiarum religionis, viâ compromiſſi, vel modo pœnitentiali, ex Chriſti directione relata *in c. ſi peccauerit* 2.q.1. quem laxauerint eccleſiaſtici ad iudicandas partium controuerſias nihil ſpirituale, vel quod animam reſpiciat, continentes. *Veritas catholica eſt,* inquit Suares *in Defenſione fidei.c.6.dari in eccleſia ſpiritualem poteſtatem, vera & propria iuriſdictionis: per quam poſſit populus christianus in ordine ad ſalutem animæ conuenienter gubernari. Agia de exhibendis auxil.6.fundam.* Iuriſdictionem Ordinariam, liberumque eorum quæ ad officium epiſcoporum ſpectant exercitium eis competere dubium eſſe negat *c.ſi epiſcop. de offic. ord.in 6.* 1. Eſt poteſtas exercendæ Iuriſdictionis in eccleſia neceſſaria ad ſalutarem directionem populi.

Sed enimuero ne ipſæ quidem leges ciuiles tam exactè complexæ ſunt ordinem iudiciorum, quam canones hodie, & leges eccleſiaſticæ. tempus & cogitatio perfectionem adferunt. iudicia initio rerum fuerunt rudia admodum. vt nec mirum ſit in infantia eccleſiæ chriſtianæ, atque primis ſæculis ſub ethnicis principibus, non eoſdem iudiciorum ritus, atque ſolemnitates fuiſſe adhibitas; quas ſecuta eccleſiæ libertas, ratio temporum, & malitiæ indies creſcentis comprimendæ, iuſtitiæque ſeruandæ neceſſitas poſtmodum introduxit. fuiſſe à Chriſto poteſtatem iudiciariam eccleſiæ ſuæ relictam ſatis eſt dictum ſupra: exercitam etiam fuiſſe conſtat ex actis Apoſtolorum, *D. Pauli ep. 1. ad Timoth in v. aduerſus presbyterum accuſationem non recipias, niſi ſub duobus vel tribus teſtibus.* Tertulliano *in Apologetico.* vbi de conuentibus eccleſiaſticis ait, *ibi exhortationes, caſtigationes, & cenſura diuina*; omniumque hiſtoria eccleſiaſtica; vt ſuppoſita eccleſiæ poteſtate, magis hiſtoriæ, quam iuris, ea foret quæſtio. *Vide cauſ.* 11. *q.* 1. *per tot.* 2. Rudior principio fuit, euaſit ex actior illius praxis.

Nam ſi de poteſtate ipſa à Chriſto relicta quærendum eſt; quem illius Iudicem faciemus? Petrum & Paulum, an Neronem? nullibi dedit Chriſtus ſæcularibus Principibus Chriſtianis maiorem poteſtatem, quam habuerunt ethnici. exercuerũt ergo Apoſtoli, & ſucceſſores poteſtatem à Chriſto eccleſiæ

cleſiæ relictam, ſub ethnicis iure ſuo; ſed ſub iugo: liberius ſub chriſtianis.

3. Neque quoad fidē tantum, ſed & politiam ſacram.

Neque tantum ſuper religione & fidei controuerſijs; ſed & alijs. Ananias & Saphira *Act. c.5.* quæſtionem hæreſis, aut peruerſi dogmatis non patiebantur; ſed cum fidelibus primitiuis ſocietas chriſtiana, & communio omnium eſſet bonorum; voluerunt illi fraudem facere; de pretio agri clam ſibi partem habere: auditos, & interrogatos ſuper iniquitate, Petrus damnauit; ſocietate, & vita expulit. atque hæc ex officio.

Ad querelam etiam partium exercuerunt Apoſtoli iudicium. nam *cum murmur factum eſſet Græcorum quod in quotidiano miniſterio deſpicerentur viduæ eorum*; quaſi ex communibus bonis minus eis tribueretur, quam Iudæis; decreuerunt Apoſtoli vnicuique tribuendum eſſe, prout opus foret. & ne huiuſmodi cura impedimento eſſet prædicationi; conſtituerunt alios ſuper hoc opus. *Act. c. 6.* quod opus in diſtribuenda temporalitate conſiſtebat, non ad controuerſiam dogmatis chriſtiani pertinebat. ſuper ea tamen altercantes Apoſtoli audiebant, decernebant, ſubſtitnebant.

In cuius rei conſequentiam de facultatibus eccleſiaſticis, etiam ſoluta illa omnium bonorum communione, quæ inter primos chriſtianos erat, eccleſiarum præſules, eorum vices gerentes, Archidiaconi, alijque Ordinarij, ſeu delegati Iudices eccleſiaſtici, ſtatuerunt. vt latè tractat Gratianus 16. *q. 7. & alibi diximus in Conſult. can. De paroch. conſ.* 8.

4. Singulatim quoad coercenda ciimina.

Exercitium iudiciarium adeo etiam ex hiſtorijs; ac ſcriptoribus eccleſiaſticis notorium eſt, vt nulla tergiuerſatione celari poſſit. *Vide Chockier Vindic. libert. eccleſ. p.1. c. 5. & ſeqq.* veteres omnino, recentioreſque canones eccleſiæ probant, in c. *attendendum.17.q. 4.* debitæ vltionis acrimonia, perpetua infamia, carcer, exilium, deportatio proponuntur: in c. 1. *X. de off. ord.* libera poteſtas adulteria, & ſcelera inquirendi, vlciſcendi, iudicandi conceditur. *c. 15. X. de for. comp.* redintegratur ſpolium poſſeſſionis. *c.16. de off. ord.* datur iuriſdictio cauſarum fori eccleſiaſtici. à Gregor. *lib.* 11. *epiſt. 50.* & priuatio, & exilium, & depoſitio, & cuſtodia ſeu carcer indicitur. flagellatio moderata. *c. 4. X. de rapt. c. circumcelliones. 23. q. 5.* verberatio *ſolet*, inquit, *ab Epiſcopu exerceri*. carcer. *c. nouimus. 23. de verb. ſignif.* etiam ad pœnam. *c. quamuis. de pœn. in 6.* relegationem & fuſtigationem infligit c. 1. *X. de calum. c. ad audient. de crim. falſ. can.* 10. *&* 12. *cauſ 26. q. 5.* quæ iuriſdictionem contentioſam requirunt, & quæ redditur in inuitos. *l. inter ſtipulant. §. 1. de verb. obligat.*

Sed quid fruſtra tempus terimus? huiuſmodi actionum plena ſunt omnia. ſed vmbræ quęruntur, quod ſecundum leg. 8. *C. de epiſcopal. audiend.* cognouerint præſules tanquam arbitri, non vt Iudices. quod omnino verum eſt in multis: vtique rebus omnino temporalibus, quæ ſimpliciter in ſua natura conſideratæ, non ſpectant ad Iudicem eccleſiaſticum: ſicut Chriſtus *Luc. c.* 12. Iudicem ſe negauit, & diuiſorem hæreditatis inter fratres. ſed ex circumſtantijs illa poteſt alterari, vt Paulus 1. *Cor.* 6. increpat fideles, quod inter ſe non haberent Iudices, ſed litigarent apud infideles. quod Chriſti bonum odorem impediebat. ex cauſſa igitur ſeu *caſualiter* (vt loquitur Innoc. III. *in c. per venerab. X. qui filij ſint legit.*) eccleſia iudicium exercet in temporalibus, & tali quęres temporales ſubijciat eccleſiæ. quomodo D. Paulus *1. Cor. c. 6. neſcitis quoniam angelos iudicabimus, quanto magis ſecularia?*

5. Sed an iure ſuo, an vt arbitri tantum?

Per modum ergo arbitrij olim Præſules inter ſæculares cognoue-

runt, etiam de rè temporaria vt diuiſione inter fratres: quas tamen, vt etiam ipſas res & perſonas, ſpecialis aliqua cauſa ſubijcere poteſt ipſi eccleſiæ. *vt mox diximus.*

6\. Aut correctionis fraternæ nomine, ad eccleſiam relatæ?

Vmbra altera quæritur exercitio iuriſdictionis eccleſiaſticę obducēda: quod illud multis in cauſis natū ſit ex occaſione directionis chriſtianæ, *ſi peccauerit in te frater tuus, dic eccleſiæ*: quæ cùm eſſet intelligenda de foro quaſi pœnitentiali, tracta ſit in iudicium contentioſum, ſeu forenſe. *c. nouit. X. de iudic.* eademque occaſione inducta denuntiatio euangelica, quam vocant; & eccleſiæ iudicium de motibus. quod, vt olim cenſoribus competijt, diligenter exercuerit: atque inde natum ſit nomen cenſurarum eccleſiaſticarum. ſed, vt cenſores iuriſdictionem non habuiſſe ait Bodin. *lib. 6. c. 1.* ita nec habuerint eccleſiaſtici; ſed pro ſummo dumtaxat coërtionis genere, cenſuram, ſeu excommunicationem in laicos. *c. cum non ab homine. X. de iudic.*

At vero d. lex Chriſti, *ſi peccauerit in te frater tuus, dic eccleſiæ*; non ſpectat forum pœnitentiale; quod conſiſtit inter pœnitentem & ſacerdotem; & potius internum eſt, quam externum iudicium; nec teſtibus eget; quos illa tamen lex exigit: & dictatur iudicium pœnitentiale in pœnitentem; illa autem Chriſti lege adhibentur teſtes; aditur eccleſia; auditur delinquens, dictatur in delinquéntem iudicium, &, niſi pareat, de eccleſiâ eijcitur.

7\. Imò cum finis ſpiritualis exigit, amplius eccleſiæ competit, & exercuit.

Hanc eſſe ſummam eccleſiæ poteſtatem regulariter verum eſt. *d. c. cum non ab homine.* cæterū cum finis ſpiritualis plus exigit, plus etiam competere poteſtatis, & plus exercuiſſe eccleſiam, ſupra diximus. regulariter ergo, vel cum cenſura non videtur futura medicina, auxilium brachij ſæcularis exigit ad executionem manu militari in contumaces faciendam. quam negat Valentinianus Iudici eccleſiaſtico competere: vtique qui nec forum habeat nec iuriſdictionem propriè forenſem illā, *de qua re diximus late in Iur. Pont. nou. anal. tit. de off. ordinar. & in Notitia iur. Belg. tit. de epiſc. audien. & infra lib. 4. c. 4.* eaque de cauſa brachij ſubſidiarij præſtandi, dicit c. principes *23. q. 5.* vt *quod non præualent ſacerdotes facere per doctrinæ ſermonem, hoc ſæculi poteſtas impleat per diſciplinæ terrorem:* & de executione accipitur c. inter. *33. q. 2.* quod eccleſia gladium non habet, niſi ſpiritualem, non occidit, ſed viuificat: de poteſtate autem; *ecce duo gladij hic. c. vnam ſanctam. de maior. in extrauag. commun.*

Et vero fuit Valentinianus eccleſiaſticæ poteſtati palam iniurius: vt rectè Baronius in ſuis Annalibus refert *ad an. 452.* neque vero quicquid ille dixerit, ſciuerit, ſtatuerit aduerſus poteſtatem eccleſiæ à Chriſto relictam, veritati poterit præiudicare. neque enim ei interpretatio illa à Chriſto tributa eſt, ſed eccleſiæ. & vero eccleſia tractari manu eccleſiaſtica militaria arma prohibuit. *c. 1. & ſeqq. 23. q. 8.* vt ſic executionem regulariter non faciat: nec in foro, quod etiam arguit Valentinianus, ſeu prætorio, iudicia exercuit; nec propriè dictam iuriſdictionem vetere Romano more loquendi, quæ tribuebatur dumtaxat prætoribus, præſidibus prouinciarum, præfectis vrbi, prætorio &c. ſed vulgari: quo & forum & iuriſdictio dicitur, quo ius dicitur, & iuſtitia exercetur. neque de tribus tantum capellis dicitur; ſed de rebus ſummis, optimis, maximis, eccleſia iudicat. animam etiam percutit, ſoluit, ligat; quæ teſtimonio Chriſti præ toto orbe valet.

8\. Vt exaudiendæ leges quædam ciuiles?

Cæterum quod iure communi Romano *l. vlt. D. de colleg. illicit.* licitum fuerit religionis cauſa cöire, & collegijs probatis ſtatuta de rebus ſuis facere, quæ nihil ex lege publi-

9\. Nec conceſſa facultas vt collegijs licitis inter ſuos tantum.

publica corrumpant: ad eundemque modum dicendum ſit permiſſum fuiſſe chriſtianis de religione ſua ſtatuere, & refractarios de cœtu ſuo pellere, iniqua ſanè eſt comparatio; neque ſatis chriſtiana. illis enim emiſſis nihil aliud irrogari poteſt: at ab eccleſia excommunicatus etiam ſatanæ traditur. *1. Cor. c.5.* & cum alijs ſocietas prohibetur: vnde ſequuntur multi inſignes etiam temporales effectus.

10. *An executio eccleſiæ competat, territorium, apprehenſio.*

Ex eo quem arguit defectu iuriſdictionis, executioniſve ſubinfert L'Oyſeau *n.* 53. ſententias eccleſiaſticas per iudices ſæculares executioni eſſe mandandas: *l.* 8. *C. de epiſcop. audien. l.* 1. *de epiſc. iudic. C. Theod.* quippe territorium non habere; cui perfecta iuriſdictio adhæret: *n.* 57. ſeu poteſtas terrendi: *iuxta l. pupillus. §. territorium. D. de verb. ſignif.* item non habere poteſtatem ſine brachio ſæculari apprehendendi perſonas, quamuis eccleſiaſticas: *Ioan. Gall. quæſt.* 103. 246. & 276. *le Maiſtre tract. des appellations comme d'abus. c.* 5. excepto loco ſuæ audientiæ: ideoque quod Bonifacius VIII. *in c. epiſc. de off. ordinar. in* 6 Epiſcopis licitum declarauerit in

11. *Erectio tribunalis per totam diœceſim?*

omni loco ſuæ diœceſis erigere tribunal, receptum id non ſit in Gallia. item quod non habeat ius mulctæ. *c.* 1. *de dol. & contumac. c. licet de pæn. c. irrefragabili de off. ordinar.* ſuo iure, quamuis ex delegatione habere

12. *Suo iure an ex delegatione?*

re poſſit. *c. in Archiepiſcopatu de raptor.* ideo quod iure Romano ius mulctæ magnis dumtaxat Magiſtratibus competat. *l. aliud eſt fraus.*

13. *Ius mulctæ.*

§. inter pœnam. D. de verb. ſignif. l. 1. *ſi quis ius dicenti non obtemperauerit. tot. tit. D. de mod. mulct.* & quamuis mores illud etiam minutis toparchis conceſſerint; non tamen ferendum in eccleſia, niſi ſaltem pecunia certæ piæ cauſę aſſignetur. ne quidem generalibus terminis in vſus pios. quia fiſcum eccleſia non habeat. quem *n.* 26. interpretatur vtilitatem propriam: cum minuti toparchæ nec illum propriè habeant. ſed more Romano ſola Reſ-publica Romana, ſeu Imperator. Quæ eadem aliaque Chopin. *de ſac. politia* pluribus locis, alijque ferè Franci ex ſuis Senatuſconſultis tradunt. ſed de omnibus iſtis videbimus ſuis ſingulatim locis. nunc porro, omnia vna fidelia dealbando, dico poteſtatem eccleſiæ non eſſe ab homine; ſed à Deo. *d. c. nouit.* non

14. *Poteſtas eccleſiæ à Deo, non ab homine.*

ſpectare ad Principes ſæculares illius poteſtatis limites deſignare; ſed ad eccleſiam; cui Chriſtus promiſit ad futurum Spiritũ ſanctum, qui eam doceret omnem veritatem. *Ioan. c.* 16. in qua Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos regere eccleſiam Dei, *Act. c.* 20. quo modo illud verbum *regere* latè alioquin patens, *vt* liquet *ex tot. tit. C. de Rectoribus prouinciar.* & inde deriuata nominatione regis, hic ſit accipiendum: qualiter regere Epiſcopi eccleſiam ſuam debeant, & quomodo mandati Petro dati, *paſce oues meas*; fines ſint ſeruandi, ad quæ paſcua Chriſti oues poſſit dirigere, intra quæ debeat cöercere, & rectè paſcere, eccleſiæ eſt explicare. & ſic Concilium Florentinum definiuit B. Pe-

15. *Eccleſiæ eſt definire quouſque ſe extendat illud Chriſti Paſce oues meas; & Pauli; Spiritus ſanctus poſuit epiſcopos regere eccleſiam Dei; qui termini ſint paſcendi, quiregendi.*

tro paſcendi, regendi, & gubernandi vniuerſalem eccleſiam à Domino plenam poteſtatem traditam eſſe, & Rom. Pontificem Petri eſſe ſucceſſorem, & Chriſti Vicarium. non ergo quia hi vel illi Principes chriſtiani, Imperatores, Reges, his vel illis legibus, hanc vel illam eccleſiæ poteſtatem agnouerunt, vel negauerunt, ideo rei veritas ita ſe habet. *imperiali iudicio non poſſunt eccleſiaſtica iura diſſolui. c.* 1. *& tot. d.* 10. ſed oportet aſcendere ad montem quem Dominus elegit: ſanctam videlicet Sedem Apoſtolicam, omnium fidelium magiſtram *c. ita. d.* 19. atque inde haurire ſcientiam poteſtatis eccleſiaſticæ: videre quid œcumenica Concilia ſenſerint: quid Chriſti Vicarij declarauerint: legendi ſunt ſacri canones; & ſer-

uanda eccleſiæ decreta ab ijs, qui volunt eſſe de eccleſia. *c. 1. 4. 5. & tot. diſt. 19.* Quinimo quando intet eccleſiaſticum & laicum contenditur, cuius ſit iuriſdictio: determinatio ad eccleſiaſticum pertinet. *Diana p. 7. tract.* 10. *miſc r. 5. vid. j. lib. 1. c. 43.*

16. An ſpectandi ſint quidam practicorum eccleſiaſticorum abuſus.

Proſequitur exinde L'Oyſeau artes quibus cauſidicos Curiarum eccleſiaſticarum ait extendiſſe iuriſdictionem, adeoque priuilegium clerici, quamuis coniugati, ad bona illius mobilia, quaſi ſequantur conditionem perſonæ, *c. quo iure. 8. diſt.* quod hodie apud Gallos non obtineat. ſed tantum in ſacris mobilibus. quamuis ex Ordinatione Aurelianeuſi in cauſam iudicati prehendi, vt alia nequeant. iterum quod ex ſtylo notariorum inſerto contractibus iuramento, quæſtionem implendi contractus ad eandem Curiam traherent. *ex c. 3. de for. compet. in 6.* quod eodem quæſtionem teſtamentorum; quaſi corpus teſtatoris ſacro loco ſepultum ſequatur. vt etiam honoris cauſa pro illo hæredes aliquando coacti fuerint teſtari ad pias cauſas. *Gall. quæſt.* 102. quod per connexionem clerico debitore in ius vocato, laici correi eodem traherentur. quod conuentione dicis cauſa inſtituta, mutuam petitionem, ſeu reconuentionem eodem cogerent: quod defectus Iudicis laici ſuppleri ab eccleſiaſtico peterent: *c. licet. X. de for. compet.* quod nomine protectionis cauſas miſerabilium perſonarum eiuſdem iuris facerent: *c. ex parte de for. compet. c. nuper de donat. inter vir. & vxor.* quod crimina tanquam eccleſiaſtica haberentur; quę verè non eſſent leuia cenſuræ veteri morum relicta: nec quæ dogma, aut diſciplinam eccleſiæ ſpectant. illiſque omnibus occurrerit Ordinatio an. 1539. quę ſex lineis in Gallia reduxerit eccleſiaſticā iuriſdictionem ad ſolam cognitionem fidei, & ſacramentorum, quoad omnes; & cauſarum perſonalium, quoad eccleſiaſticos. ſed quadrarit illud;

Cum tua perſpicias oculis mala lippus inunctis,
Cur in amicorum vitijs tam cernis acutum?

Vitia fuiſſe, aut eſſe aliqua perſonarum ne negemus; optamus ne maiora ſint apud ſæculares in comprimenda eccleſiæ iuriſdictione. quæ indies per appellationes tanquam ab abuſu, atque aliâs admittuntur. de quibus hic dicendi locus non eſt. ſed, abuſibus huiuſmodi ſepoſitis, quærimus quid ab eccleſia de iuriſdictione ei à Chriſto relicta declaratum ſit? & quidem ſuper captura, & carcere extat c. cum Epiſcopus *de off. ord. in 6. c. quamuis. de pæn. in* 6. ſuper territorio: *c. omnes baſilica 16. q. 7. diximus vbi ſup.* ſuper iure mulctæ. *c. presbyteri. X. de pæn. c. poſtulaſti. X. de Iudæis. c. 2. X. de priuileg. Conc. Trid. ſ. 25. c.* 3. ſuper ordinaria epiſcopi iuriſdictione: *c. cum Epiſcopus de off. ord. in* 6. ſuper priuilegio clerici coniugati: *c. vn. eod. tit. in 6.* ſuper mobilibus, commune axioma, & DD. paſſim. ſuper iuramento: *d. c. nouit. d. c. 3. de for. comp. in* 6. de connexione *l. nulli. C. de iud.* & magis dignum trahit ad ad ſe minus dignum. ſuper reconuentione: *c. 1. X. de mut. petit.* ſuper negligentia laici ſupplenda: *d. c. licet X. de for. comp. c. ex tenore. eod.* ſuper miſerabilibus perſonis: *d. c. ex parte. d. c. nuper.* quæ non ſunt artes tantum pragmaticorum; ſed eccleſiæ decreta; Epiſtolæ Pontificum, quibus omnis fidelis debeat deferre. *d. c. 1. d.* 19.

17. An quid reipſa a Chriſto eccleſiæ demandatum ſit, & canones circa hæc explicant.

Sed de his omnibus plenius ſuis locis. nunc ſatis eſt dixiſſe à principio eccleſiæ chriſtianæ iudiciariam poteſtatem fuiſſe exercitam: ſine ſtrepitu ſub ethnicis; ſimplici etiam, ac rudiori modo ſub primis chriſtianis: exinde paulatim exactius: præſertim poſtquam frequentatæ magis fuerunt damnatorum

18. A principio eccleſia iudicia exercuit, ſed ſimplicius.

rum

rum ab Epiſcopis aut Synodis appellationes ad Romanum Pontificem. vnde, ſæpè ſententiarum reformatione procedente, natæ ſunt exactiores iudiciorũ reddendorum regulæ, canones, decreta, reſcripta, quæ iam pridem ſuperant diligentiam legum ciuilium. vt diximus. neque tamen dicere licet primitiuam eccleſiam iuriſdictionem eam non exercuiſſe, quam hodie: quippe vrſini fœtus, etſi lambendo primogenia maſſa perfectior reddatur, non deſinit tamen dici idem partus; & idem catulus eſſe. fatendum quidem eſt in primitiua eccleſia non fuiſſe quoſdam abuſus, qui irrepunt exinde nonnumquam: ſed hæc ætatum vitia ſunt in omni genere perſonarum; non eccleſiæ: non ipſius eccleſiaſticæ poteſtatis. *Vide. de exercita à primitiua eccleſia iuriſdictione Chokier Vindic. libert. eccl. p. 1. c. 5. 6.*

CAPVT VII.

De eccleſiæ iuriſdictione in clericos, præſertim grauiorum criminum reos.

1. De omni crimine eccleſia clericos iudicat.

AD Epiſcopum iure pertinet clericos iudicare, cuiuſcumque ordinis ſiue in furto, ſiue in homicidio, ſeu in periurio, ſeu in quibuſcumque fuerint criminibus deprehenſi. *c. 10. X. de iud. Concil. Trid. ſ. 14. c.* 8. ita vt *de omni crimine*, inquit *c.* 8. *ibid.* nullo caſu excepto, *c. clerici ibid.* debeant coram eccleſiaſtico Judice conueniri. nec caſus ſint excepti, ſeu priuilegiati: quin ab eo iudicentur: pœniſque condignis puniantur. *vide latè Dianam p. 7. t. 1. r. 9. & ſeqq. & 16. & ſeqq.* minus verum eſt. leuia tantum crimina ad

2. Imprimis ad iudicem eccleſiaſticum ſpectat cognitio criminum clericalium.

eccleſiam ſpectare, vt olim ad Cenſores vt imaginatur L'Oyſeau, vt mox diximus. Sed imprimis eccleſia clericos iudicat de delictis eccleſiaſticis: vtique admiſſis aduerſus diſciplinam militiæ clericalis; quæ diuerſis canonibus inducta atque ſancita eſt. cuiuſmodi delicta longo ordine proſequitur P. *Gregor. Toloſ. in Syntag. iur. can. lib.* 4. *tit. 1. & ſeqq. Diaz & Lopes in prax. crim.* atque imprimis, ſi ad ordines ſubrepſerint non legitimi natalibus, vel ætate; ſerui, illiterati, qui ſolemniter pœnituerunt, rebaptiſati, bigami, excommunicati, ſciſmatici, ab alieno epiſcopo, furtiuè, per ſaltum, ſimoniacè, extra tempora, ſine examine promoti: qui in miniſterio eccleſiaſtico ſibi commiſſo peccant; qui illud vſurpant non ordinati, interdicti, ſuſpenſi, excommunicati miniſtrant: presbyteri qui non ieiuni, aut ſæpius eodem die celebrant: aut ſine orario, alijſque ornamentis, vino, aqua & igne, ſeu lumine: miſſam pro viuis dicunt, quæ ordinata eſt pro defunctis; qui non conſecrant, aut celebrantes non communicant, ſanguinem effundũt, euchariſtiam indiligenter cuſtodiunt, in mortali peccato celebrant, aut miniſtrant, confeſſionem detegunt, ſecundas nuptias benedicunt, prohibitos ad matrimonium admittũt, infirmum baptizandum, aut ſacris extremis muniendum negligunt, prohibitos ſepeliunt, aut à prohibitis oblationes accipiunt; in beneficia ſe intrudũt, aut à laicis accipiũt, aut adhuc viuentium impetrant; incompatibilia retinent; ad curata prouecti, intra annum ad ſacerdotium non ſe offerunt; bona dilapidant, aut non ritè alienant; ebrietati, crapulæ, aleæ, fornicationi, concubinatui ſe dedunt; congruo habitu, & tonſurâ non vtuntur, comam nutriunt; ſpectaculis, ſcurrilibus ſermonibus, ſchenis, hiſtrionibus immiſcẽtur; vilia opificia, venationem illicitam exercẽt; ſæcularibus negocijs, officijs aut negociationibus ſe dedunt, ſanguinem fundunt, baliſtarijs præponuntur, leges prohibiti audiunt, in duello

pugnant

pugnant. de quibus exceſſibus, eorumq́ue pœnis canones propoſitos ſuis locis citauimus. enarrat Toloſanus, Diaz *in prax. crim. can.* alijq́ue paſſim. quas ea propter imponi à Iudice eccleſiaſtico iuſtum, æquumq́ue eſt. vindicare enim in legem peccatum eumdem legiſlatorem conuenit; ſed neque tantum de clericalibus delictis, ſed & communibus iudicem eccleſiaſticum cognoſcere oportet, & vindicare. Sed ſi ſcelera tanta ſint vt pœnas ſanguinis mereantur; quia illum non fundit eccleſia, quæ ea parte imitatur Dominum quà miſericordia illius eſt ſuper omnia opera eius, dat noxæ, traditq́ue Iudici ſæculari. *c. 10. X. de iudic. vt quod non praualet ſacerdos efficere, per doctrinæ ſermonem; poteſtas hoc impleat per diſciplina terrorem. c. principes. 23. q. 5. efficere*, inquit, ſeu exequi: non iudicare. Vetantur ergo, quod morte plectendum eſt ſententia propria iudicare; trūcationes per ſe inferre: *can. 30. Conc. 11. Tol. can. 6.* ſub pœna excommunicationis: *c. his à quibus. 23. q.* 8. ſuſpenſionis ab ordinibus: *d. c. 6. & 30.* irregularitatis: *c. ſi quis viduam diſt.* 50. priuationis beneficiorum. *c. ex literis. 10. de exceſſ. prælat.* etſi ad huiuſmodi ſanguinis fuſionem non pertinet flagellatio moderata: adeoque Iudici eccleſiaſtico permiſſa. *c. 4. X de rapt. c. circumcelliones 23. q. 5.* quin etiam leuis ſeu moderata tortura eidem permiſſa creditur. *de qua diximus in Reſponſ. de purgat can. r. 1.* quæ adeoque irregularitatem non infert. quippe quæ non incurritur, niſi in iure exprimatur. *c. is qui. de ſent. excom. in 6.* expreſſi autem ſunt tantum qui occidunt, mutilant, ſeu mortis, aut mutilationis ſententias dictant. *c. aliquando. diſt. 51.* adeo vt quamuis verberando ex decreto Iudicis, fortuito ſit nocitum oculo verberati, non incurratur irregularitas. *arg. c tua nos. X. de homicid.* vbi monachus chirurgiam exercens, peritus, & pietatis gratia, ex infortunio non fit irregularis. *Bauny prax. can. lib. 1. c. 22. quæſt. 3.* Quod ſi ergo crimina clericorum tam ſint enormia, vt pœnis, quales ſupra diximus, corrigi non poſſint; ſed excedant eccleſiæ poteſtatem: *cum opus*, inquit, *fuerit d. c. 1. X. de off. ordinar. publicum Iudex eccleſiaſticus conuocat auxilium*, ſeu publicæ poteſtatis brachium auxiliare ad executionem damnationis. ſeu demum quando conſumpta ſunt eccleſiæ remedia, nec habet quod vltra faciat, Magiſtratui tradit ſæculari, legitimis pœnis ſcelus vindicaturo. *c. cum non ab homine. X. de iud.*

3\. Sed abſtinet à iudicio ſanguinis, & cur?

4\. Quibus tamen pœnis vtatur.

5\. Quando brachium ſeculare imploret?

Cognoſcit igitur Iudex eccleſiaſticus de quantiſcumq́ue criminibus clericorum, iudicat, damnat: pro executione brachium ſæculare implorat: ſi opus eſt, aut honorum ordinumq́ue gradibus deiectos, ſeu degradatos Curiæ tradit ſæculari: ac tum demum incipit degradatus poteſtati ſubeſſe ſæculari. *Fragoſ Regim. reip. l. 2. d. 4. §. 4. memb. 10. Diana p. 7. t. 1. r. 11.* quæ tunc in ordine ad pœnam legitimam mortis, mutilationiſve iterum de cauſa cognoſcit, damnatq́ue. imo, ſi probationes illi non ſufficiant, abſoluit.

6\. Quantacumque ſint crimina eccleſia cognoſcit, ſed damnatos tradit ſeculari Iudici.

Perperam igitur ſtatuuntur caſus excepti, priuilegiatiq́ue: quibus in clericum inquirat animaduertatq́; Iudex ſæcularis. neq; enim, quamuis ſanguinem fundere non poſſit, ideo prohibendus eſt Iudex eccleſiaſticus cognoſcere an clericus veri criminis ſit reus; an à clero ſubmonendus, degradandus, & ſæculari tradendus ſit: an v. g. defenſionis cauſa homicidium commiſſum ſit, an circumſtantiæ ſint aliquæ crimen minuentes: ob quas mitiganda ſit pœna: an iuſto forte dolori quid tribuendum: an ætati parcendum: an prioris vitæ meritis aliquid dandum: an, cum pœnæ ſint hodie arbitrariæ, reus carceri, aut alteri citra mortē pœnæ, ſubijciendus

7\. Quid dicendum de caſibus, quos vocāt priuilegiatos?

ciendus ſit. vt *in c.tua.x. de pœn.* clerici in latrocinijs aut alijs magnis ſceleribus deprehenſi degradantur; & in arctis monaſterijs ad pœnitentiam includũtur: an vero perueniẽdum ſit ad traditionem Magiſtratui ſæculari faciendam: hæc omnia rimari iudicantem oporret. non hoc iudicium eccleſiæ, de ſuis clericis, auferendum eſt ideo, quod damnationem, executionemq́ue ſanguinariam ſubterfugit. imo pro iam traditis deprecatur. vtiq; ex ſpiritu lenitatis, non defectu poreſtatis. ſi Petrus competenti iuriſdictione Ananiam & Saphiram exanimauit: idq́ue non cauſa fidei & religionis chriſtianæ; ſed ſacropolitica, quod mentientes Spiritui ſancto fraudem facere volebant in pretio agri.

Non opus eſt igitur iuriſdictionĩ eccleſiaſticæ ſubducere caſus exceptos, & priuilegiaros; *Diana p.7. t.1. r.16.* de quibus Gallici paſſim ſcriptores, & nuperrimè Baunius *in Prax.can.lib.2.c.3.& 4.* vbi qui citantur canones, vel enincunt, vel indicant iudicium eccleſiæ ſeruari vſque ad traditionem Iudici ſæculari faciendam. vt de ſingulis ſuis locis demonſtrabimus. de priuilegijs vero & conſuetudinibus immemorialibus contrarijs, & an per bullam cœnæ reuocata cenſeantur, dicemus etiam alibi.

7\. Deponitur clericus.

Deponitur ergo clericus ob grauiſſima crimina: nec in quibuſcumque deprehenſus à ſæculari poteſtate iudicatur. *c.cum non ab homine. X de iud.* ſi recidat excõmunicatur;

Excommunicatur.

creſcente contumacia, anathematiſatur: cum in profundum malorum venit, & contemptum eccleſiæ, tum demum requiritur Iudex ſæcularis: qui exilium aut legitimam pœnam imponat. nec ante ad illum pertinet. *ibid.* cum autem non tantum ab honoribus deponitur, & verbaliter degradatur; ſed etiam actualiter, ſecundum formam *c.degradatio de pœn.in 6.& Trid.*

Traditur brachio ſeculari.

ſ.13.c.4. omni honore, ordine, & priuilegio clericali exuitur: *d. c. degrad.in fin.* & conſequenter è foro eccleſiaſtico eijcitur, & *ſæculari foro*, inquit c. nouimus *de verb. ſignif. per conſequentiam applicatur*; rum omnem iuriſdictionem in eum poteſt exercere ſæcularis. ſed hæc non vſurpatur niſi in caſibus, quibus canones exprimunt, vt curiæ ſæculari degradati tradanrur. *c. etſi clerici in fin. X. de iud.* & tunc in actu degradationis præſens eſt ſæcularis, eiq́ue pronuntiatur, vt in ſuum forum recipiat. neque id ſimpliciter; ſed *debet*, inquit d.c. nouimus, *eccleſia efficaciter intercedere, vt citra mortis periculum circa eum ſententia moderetur.* quod non addit *d. c. cum non ab homine.* eoq́ue ibi magis imploratio brachij ſæcularis in fine proponitur: quam rei fiat traditio Curiæ ſæculari. nam hæc ſine illa clauſula fieri nequit. ne rradens cöoperari fuſioni ſanguinis cenſeatur; & fieri irregularis. ideoq́ue cum depoſitionis, aur degradationis mentio fit, de verbali tantum accipiẽdi textus ſunt, tum quod in pœnis benignior eſt interpretatio facienda: tum quod in obſcuris minimum eſt ſequendũ *c.30.& 49.de reg.iur.in 6.*

Et tum de illius foro efficitur.

Cum interceſſione.

Sed demum cum actualiter degradatur.

jgitur depoſitus & verbaliter degradatus, coram Iudice eccleſiaſtico adhuc conuenitur, punitur, & incorrigibilis, demum actualiter degradatur, & ſæculari traditur. poſt declararionem tamen incorrigibilitatis, & ordinem d.c. cum non *ab homine* ſeruatum. *Diana p. 7. t. 1. r. 11.n.4.& ſeqq.* niſi quod quædam videtur eſſe crimina, quorum grauitas etiam ex actu vno degradationem poſtulet. *vide citatos à Ceuallos de cog. per viol.p.2. q. 43.* ſed & incorrigibilem d. c. cum *non ab homine* dicit per ſæcularem poteſtarem comprimendum; ſed non negat ordinẽ præuiæ degradationis ſeruandum ab alijs canonibus preſcriprum. d.c. degradatio *c. non minus de verb.ſignif.cap. falſam. X. de crim.falſ.*

8. Actualiter degradatus torqueri, & tota cauſa de nouo cognoſci ad effectũ vlterioris condemnationis poteſt.

Actualiter degradatus, & ſæculari traditus an ab eo torqueri poſſit, examinari; cauſa de nouo cognoſci, ſeu inſtrui; an ex ijſdem dumtaxat actis iudicari, quæritur. & quidem non videtur in dubium reuocare poſſe Iudex degradationem: cum in eo ipſius iuriſdictio fundetur: nec poſſit quis illud impugnare, vnde fructum vult conſequi. *c. ex eo. de reg. iur. in* 6. ſed tamen ad effectum, vt ſciat quæ ſit legitima pœna; acta per eccleſiaſticum compilata videre debet. *§. ſi vero crimen. verſ & ſecundum leges litem examinans in auth. de ſanctiſſ. epiſc.* quod omnes admittũt. ſed ſi vel iuris ordo non ſatis ſeruatus, vel probatio criminis non ſatis exacta Iudici ſæculari videatur; non videtur iuſta ratio ne poſſit diligẽtius cauſam pertractare. non ad improbandam ſententiam degradationis; ſed ad formandum animi ſui motum, ad pœnam quam ipſe debeat infligere. eoque ſi probationes inueniat non ſatis eſſe plenas; prohiberi non debet torquere eum; quem criminis morte digni reum degradans, & tradens iudicauit. tum quia cui conceditur quod eſt maius, conceſſum intelligitur quod eſt minus: & cui conceſſum eſt, vt ad mortem poſſit damnare: conceſſum intelligitur id ſine quo damnatio explicari non poteſt. *l. 2. D. de iuriſd. om. Iud.* ideoque & tortura; quæ ad probationem refertur. vt & hæc neceſſaria eſt ad ſententiam. qua ęquitate cum inquiſitum reum Iudex eccleſiaſticus torturæ ſubieciſſet, & extorta confeſſione declaraſſet degradandum, & Curiæ ſæculari tradendum; examinatis à

9. Quin & abſolutionis.

Curia actis, cum inuentum eſſet non ſufficientibus indicijs eculeo ſubiectum, & ex iniqua confeſſione damnatum; à crimine abſoluit: ac in beneficiorum, quibus priuatus, ſeu ſpoliatus fuerat, poſſeſſionem reſtituit. ſummum ius fuerit abſolutionem damnati non admittere, quaſi ex defectu iuriſdictionis: dum eccleſia efficaciter debet intercedere etiam pro ijs, quos vt veros reos damnauit. *d. c. nouimus.* vt circa reum ſententia moderetur; de moderatione queri non poteſt, qui obtinuit abſolutionem. præſertim cum d. c. nouimus ad effectum degradationis actualis, & traditionis Curiæ conſideret: *flagitium*, inquit, *graue, non ſolùm damnabile; ſed & damnoſum.* damnorum autem cura ad Iudicem ſæcularem imprimis ſpectet. *vide quæ de his latè Martha & citati de iuriſdict. p. 4. caſ. 130.* 131. 132.

Exiſtimant quidam Epiſcopos ſeditioſos à Principe relegari poſſe. 10. Iterum de caſibus priuilegiatis, præ ertim reſpectu Epiſcoporum.
vt in l. quicumque. C. de epiſc. & cler. clericos pacẽ turbantes proſcribi, & priuari. *§ ſi clericus. de Pace tenend.* imo & multos caſus formant, quos vocant priuilegiatos, quaſi extra regulam. in ſacrum ordinem ſtatuere liceat. de Epiſcopis & prælatis eſt *§. 11. in Bulla cœna*, qui apertè obſtat. *c. olim X. de iniur.* de epiſcopo Feſulano à Florentinis bannito. *Vide latè Binsfeldium tract. de iniur. ad c. olim. q. 1. clem. 1. de pœn.* generaliter de percuſſione, captura, bannitione Epiſcoporum. *c. nouerit. de ſent. exc.* aduerſus omnes ſtatuentes contra eccleſiaſticam libertatem. *c. grauem. in fin. de ſent excom.* denique Conc. *Trid. ſ. 13. c. 8. ſ. 24. c.* 5. ad ſolum Pontificem vult ſpectare cauſas criminales Epiſcoporum. *c. nunquam diſt.* 96. *nunquam de Pontificibus*, ait Gelaſius, *niſi eccleſiam iudicaſſe:* non eſſe humanarum legum de talibus ferre ſententiam. vide Dianam *p. 5. t. 1. r. 5. p. 4. t. 1. r. 81.* vt ne capi quidem, & ad Pontificem remitti poſſint. Jmo nec proceſſus formari ad Pontificem tranſmittendus. *Barboſ. in collect. ad Concil. Trid. ad d. c. 5. n. 8.* id ſi verum credimus; de priuilegiatis caſibus latas leges corruere oportebit. & generaliter non admittit c. cum non *ab homine*

ne. X. d. ind. quamdiu eccleſia punire poteſt, & in habitu incedunt. (nam eo ita abiecto vt laici habeantur, priuilegio excidunt. *c. ex parte. 27. X. de priuil*) nec ſint incorrigibiles: *c. perpend. X. de ſent. exc. vid. Marth. p. 2. c. 36. de iuriſdict.*

11. Quid de aſſaſſinatu?

Excipi videtur caſus aſſaſſinatus: ſine alia declaratione. *c. 1. de homicid. in 6.* vbi non id tribuitur tantum iuriſdictioni ſæculari; ſed cuilibet priuato. vt per aſſaſſinos occidens ipſo facto ſit diffidatus. verùm non videtur id vſu receptū, cùm etiam Greg. XIV. *in bulla cum alias ſuper confugientibus ad eccleſiam edita* inter extrahendos numeret aſſaſſinos; & tamen non niſi præuia cognitione, & modo ibi præſcripto extrahi permittat; vt cæteros. ſed & iure præcedere debet eccleſiaſtici iudicis declaratio. *Diana p. 7. t. 1. r. 11.* quin & apud Martham non male dicitur illud c. 1. tanquam nimis pœnale extendendum non eſſe extra proprios terminos, qui agunt de conductis homicidis paginis, qui vocabantur aſſaſſini. quod & Diana rectè docet *p. 7. t. 1. r. 15. n. 2.*

CAPVT VIII.

De clericorum exemptione à iuriſdictione ſæculari.

Clerici perſona ſacroſancta eſt à violētia ſimul ac iuriſdictione ſæculari exmpta. eoque pulſans clericum violenter excommunicatur. *c. ſi quis ſuadente. 17. q. 4.*

1. Manus violentas in clericum iniiciens excommunicatus.

vel temerariè cum ordinis iniuria, etiam volentem. *c. contingit. de ſent. excom.* vt & ipſe conſentiens propter iniuriam ordinis. *ibid.* ſi tamen abiecto habitu tyrannidi, & enormitati ſe immiſceat, percutiens lata ſententia non tenetur. pœnitētia tamē competens, & aſperior, quam pro laico, iniungitur. *c. cum non ab homine. X. eod. c. perpendens eod.* vbi clericus indutus armis, filium Regis ſe fingens, bellum inferens, captus, fuſtigatus, ſuſpenſus eſt.

2. Niſi abiecto habitu enormibus ſe immiſceat.

quod ſacerdote non propulſando, ſed inferendo iniuriam occiſo, *non videtur*, inquit, *quod interfectores eius propter hoc ad obtinendam abſolutionem ſedem Apoſtolicam adire teneantur, tu vero qui merita perſonarum bene noſti, pœnitentiam eis cōpetentem iniungas.* non tranſmittit ergo vel hoc ſine pœnitentia.

3. Neque ſine degradatione actuali ſæcularis Iudicis poteſtati ſubditur.

minime ergo caſus priuilegiatos admitteret, quibus clerici à Iudice ſæculari inquiri, condemnari, atque etiam morti tradi, præſertim ſine degradatione præuia, poſſint. nam & in d. c. perpendimus Comes Toloſanus iuriſdictionaliter proceſſit. quin etiam ſi non pulſetur clericus, ſed incarceretur, cuſtodia publica, vel priuata detineatur, in vincula cōijciatur, locum habet excommunicatio. *c. nuper. eod.*

4. In quos excommunicatio porrigatur vltra pulſantem.

nec authores horum tantum, ſed & qui conſentiunt, & fauent parem pœnam incurrunt. & fauere ius interpretatur eos, qui cum poſſint, manifeſto facinori deſinunt obuiare. *c. quanta. X. de ſentent. exc.* excommunicatio ergo iniuriantibus clerico, vel iure ipſo canonico infligitur,

5. Capitaliter punitur facta clerico iniuria in loco, & officio ſacro.

vel à Iudice eccleſiaſtico: ſæcularis etiam grauiter punit. *l. ſi quis & auth. ſed nouo C. de epiſc. & cler.* & cuilibet de populo facultas datur accuſandi. *d. l. ſi quis.* & quidem iniuria facta in eccleſia miniſtris, ipſi cultui, locoque capitaliter punitur. ſeu hodie in exilium mittitur. quæ pœna à laicis in laicos fertur, nec impeditur per excommunicationem ab eccleſiaſtico latam: nec locum habet præuentio: niſi fortè caſus ad d. legem *ſi quis & auth. ſed nouo.* non ſpectet.

6. An in his præuentio alium Iudicem impediat?

ſed extra ordinem tantum vindicandus ſit, vt ſufficiēter ab eccleſiaſtico poſſit puniri. quo modo accipienda videntur, quæ habet Guido *Papa d. 562.* Ex his apparet etiam iniuriam verbalem clerico factam, ſacrilegio obſtringere iniuriam inferen-

tem: actionemque popularem ex origine dari, & Judici eccleſiaſtico correctionem etiam poſſe competere. *Vid. citatos à Diana. p. 1. t. 2. r. 81.*

7. Iudex ſæcularis ab eccleſiaſtico cogitur ad reparandam clerici iniuriam.

Pro iniuria clerico facta Judex ſæcularis ab eccleſiaſtico per cenſuram condemnatur ad reparationem. *c. olim. X de iniur.* non eſt par cauſa, vt eccleſiaſticus Iudex à ſæculari per bonorum patrimonialium, mobilium aut prouentuum eccleſiaſticorum cogi poſſit ad exceſſum reparandum, ſicubi vſurpauit iuriſdictonem laicam. quia perſona illius cum tangi non poſſit, non licet indirectè eò tendere per bonorum apprehenſionem. *c. vn de cler. coniugat. in 6.* neque conſuetudo prodeit; quamuis antiqua aduerſus rationem, *c. fin. X. de conſuet.* & libertatem eccleſiæ: *c. aduerſus in verb. irrita habeamur, nullo vmquam tempore. X. de immunitat. eccl.* & Leo X. in Concilio Lateranenſi *ſ.* 10. ſtabiliendo rurſus libertatem, & immunitatem eccleſiaſticam, adiecit derogationem conſuetudinis contrariæ cuiuſcumque: vt & bulla cœnæ quotannis *§. fin verſ. non obſtantibus.* par, inquam, ratio non eſt, ob priuilegium Ordini clericali conceſſum: cui nec tacitè nec expreſsè clericus poteſt derogare, per pacta vel delicta. *c. ſi diligenti. X. de for. compet.* manet laicos obſequendi neceſſitas, non authoritas imperandi, quoad clericos & res eccleſiſticas. *c. bene. diſt. 96. c. laicis 16. q. vlt.* vt eadem imparitas exprimitur *in c. qualiter. X. de iudic.* vt quamuis eccleſiaſticus ſuppleat negligentiam Iudicis ſæcularis, nō tamen vice verſa hic illius. *vide Marth. p. 4. caſ.* 101. Igitur de iniuriâ facta clerico ex officio, ſeu ad promotoris inſtantiam cognoſcere poteſt Iudex eccleſiaſticus: clericus autem actor ſequitur forum rei. *Ceuall. de cognit. per viol. 2. q. 59.* & ſic Senatuſconſ. refert, quo partes ad ſæculatem Iudicem remiſſæ ſunt:

8. Conſuetudo non derogat clericali immunitati ac libertati.

9. Iudex ex officio vindicat clerici iniuriam à laico factam: ſed ſi ipſe clericus agat de iure ſuo priuato ſequitur forum rei.

quatenus autem iniurians ad audientiam eccleſiaſticam, vt perſonaliter compareret, vocatus erat, vt ſalutariter corrigeretur; vim factam non eſſe declaratum eſt. Quod ait autem idem Ceuallos. *q.* 60. poſt annum de iniuriâ quæri non poſſe; rectè quatenus inſtituitur odioſa actio iniuriarum, quæ anno tollitur: ſin autem ex officio agatur ad correctionem, pœnitentiamque ſalutarem, non item. quod in percuſſore clerici euidētiſſimum eſt. vt ſi in excommunicatione inſordeſcat, in ius vocari & corrigi poſſit; pœnitenti abſolutio dari, & venia: ſed non niſi correcto. *c. 6. de reg. iur. in 6.*

Non tantum gaudet clericus fori priuilegio: ſed & vetitum ei eſt, ne coram Iudice ſæculari cauſam dicat: ſed & ne curiam intret. *c. nullus.* 11. *q.* 1. & iudici ſeculari ne clericum citet ſub anathemate *c. 2. X. de for. compet.* ideoque nec tenetur exceptionem declinatoriam proponere *Vide qua diximus ſupra c. 4.* neque etiam tanquam contumax condemnari, vel in expenſas poteſt. *arg. l. contumacia. §. fin. D. de rei iud.* ſi tamen in fraudem, cum pro laico fortè ſe gereret, diſtulit ſe declarare clericum, & declinare; vt ad expenſas teneatur non eſt abs ratione. *arg. c. exceptionem. X. de except.* ſed an tunc ab ipſo Iudice ſæculari, vel eccleſiaſtico in eas damnari debeat *vide citatos à Mart. p. 4. c.* 102. Et quidem hæc clericorum exemptio tāta eſt, vt ab eorum perſonis nihil Iure ſupremi etiam Principes exigere poſſint: ne fidelitatis quidem iuramentum. vnde Concilium Latheran. *ſub Innoc. III. c. 43. Nimis*, inquit, *de iure diuino quidam laici vſurpare conantur, cum viros eccleſiaſticos, nihil temporale obtinentes ab eis, ad præſtanda ſibi fidelitatis iuramenta compellunt.*

10. Clericus foro renunciare non poteſt. neque comparere aut exceptionem proponere debet.

11. Nec fidelitatis iuramentum præſtare.

CAPVT

CAPVT IX.

Vt hodie ex Concilio Trid. exemptio obtineat.

IGitur exemptio cleri principio huius tractatus, ſpecialius vt enucleetur; videamus ſingulares quaſdam quæſtiones. ac primum vt per Concilium Trid. hodie obtineat? ex illo enim inducta eſt mutatio

1. Reſtricta per c. 6. ſ. 23. Trid.

quædam ſatis generalis *ſ. 23. c. 6.* ne clericus etiã in minoribus ordinibus conſtitutus fori priuilegio gaudeat, niſi beneficium eccleſiaſticũ habeat; aut clericalem tonſuram deferens alicui eccleſiæ ex mandato Epiſcopi inſeruiat; vel in Seminario, ſchola, vel vniuerſitate, de licentia Epiſcopi, quaſi in via ad maiores ordines, verſetur; aut coniugatus requiſita conſtitutionis Bonifacianæ obſeruet, atque inſuper alicui eccleſiæ ſimiliter inſeruiat. quæ communis iuris reſtrictio repetenda hodie venit in omnibus ijs controuerſijs, quæ vndecumque de clericorum exemptione motæ ſunt in hoc tractatu. conditiones hæ alternatiuè quædam, copulatiuè aliæ requiruntur. in illis ſufficit alterum: in his vtrumque requiritur. alternatiua eſt, *beneficium habeat, aut clericalem habitum* &c. copulatiua, *habitum & tonſuram deferens, eccleſia inſeruiat* &c. igitur fori priuilegio gaudet clericus quamuis non deferat tonſuram & habitum, ſi beneficiũ habeat: & beneficio carens habitum & tonſuram deferre, & ſimul eccleſiæ inſeruire debet: vel (iterum alternatiuè ſub hoc ſecundo membro) in ſeminario, ſchola, ſeu Vniuerſitate verſari; ſed & iterum ſub hoc membro copulatiuè, ex licentia Epiſcopi, & quaſi in via ad maiores ordines. fori ergo priuilegio non gaudet ſtudioſus vel licentiam Epiſcopi non habens, vel non quaſi in via ad maiores ordines verſans: quæ exigit non tantum delationem habitus, & tonſuræ, quæ mox præmiſſa eſt in eadem parte orationis; ſed & mores clericatui congruos: *vt ibid. c. 11. vt in eis cum ætate vitæ meritum & doctrina maior accreſcat. quod & bonorum morum exemplum, & aſſiduum in eccleſia miniſterium, atque maior erga presbyteros, & ſuperiores ordines reuerentia, & crebrior quam antea, corporis Christi communio maximè comprobabunt.*

2. An illud obtineat in clerico ſtudioſo quatali?

Non tamen exiſtimem per d. c. 6. derogari priuilegio auth. *habita. C. ne filius pro patre.* ne illo ad declinationem iudicis ſecularis vtatur clericus, non obſeruans requiſita d. c. 6. quà ſtudioſus; ſed dumtaxat quà clericus. Quæ autem ad reſtrictionem d. c. 6. pertinẽt latè proſecuti ſumus in *iur. pont. nou. anal. de for. compet. n. 38. & ſeqq. vide citatos à Diana p. 1. tract. 2. r. 28. & ſeqq. p. 3. t. 1. r. 62. 69. p. 4. t. 1. r. 26. Barboſ. de poteſt. epiſc. alleg. 12. à Barboſ. in Collect. DD. ad Concil. Trid. d. c. 6. n. 12. & ſeqq. Cenall. de cog. per viol. p. 2. q. 44.* Vide omnino declarationes Card. *poſt partem 5. Reſol. Dianæ relatas. n. 21. & ſeqq.* adde & ordinatos in minoribus ſine dimiſſorijs, aut ex falſis, *ex conſtitutione Vrbani VIII. 11. dec.* 1624. non gaudere priuilegio fori. *Dian. p. 3. t. 1. r. 62. p. 4. t. 1. r. 26.* ſed & quod de habitu clericali ſtatuit Concilium hodie ſine præuia monitione obtinet. quamuis olim monitio requiſita videatur. *arg. c. fin. X. c. 1. in clem. de vit. & honeſt. cler.* figit enim regulam d. c. 6. ne clericus in minoribus fori priuilegio gaudeat: exceptionem autem, in verb. *niſi beneficium eccleſiaſticum habeat, aut clericalem habitum deferens* &c. exceptio autem in reliquis firmat regulam: & qui in exceptione ſe fundat, eam probare debet. & ita S. Congregationem cenſuiſſe aiunt citati à *Diana p. 1. t. 2. r. 23.*

3. Remiſſio, vbi d. c. 6. reſtrictiones excuſſæ.

4. Sine monitione præuia hodie obtineat.

5. Non obtineat d. c. 6. in criminalibus iudicijs, aut priuatis iniurijs.

Ceterum d. c. 6. *ſeſ. 23 Trid.* quia derogat iuri communi, ſequitur

extra proprios terminos non extendi. adeoque non derogare priuilegio canonis *ſi quis ſuadente diabolo*. vt nec priuatus in clericum, requiſita d.c.6. non ſeruantem, poſſit inijcere manus violentas; nec Iudex capere, aut iuriſdictionaliter diſtringere, ſeu criminaliter aduerſus illum procedere.

6. An in criminalibus ciuiliter intentatis?

Et quamuis, ſi ex crimine ciuiliter ageretur, videri poſſit ad fori nomen quæſtio ſpectare; adeoque eo caſu fori priuilegium ceſſare; ſicut illud relatum eſt *ad tit. de for. compet. X. c.* 2. tamen à S. Cong. videtur declaratum etiam hoc caſu d. c. 6. ceſſare. & probari id videtur ex eo, quod idem c. 6. *in clericis*, inquit, *coniugatis ſeruetur constitutio Bonifacij VIII. quæ incipit clerici qui cum vnicis*: illa autem *pro commiſſis*, inquit, *ab eis exceſſibus vel delictis trahi non poſſe criminaliter aut ciuiliter adiudicium ſæculare: in cæteris autem eos gaudere nolumus priuilegio clericali*. vt in ciuilibus non deſcendentibus ex crimine, non gaudeat. vt cum hanc conſtitutionem innouet in coniugatis; meritò in alijs dicatur fori priuilegium non ceſſare in ciuilibus actionibus ex crimine deſcendentibus: ſicut ceſſat in alijs ciuilibus. *citati à Barboſ. in Collect. DD. ad Conc. Trid. d. c. 6. n. 46. & ſeqq.* Nihilominus quoniam d. c. 6. in clericis coniugatis, qui alicui eccleſiæ non adſcribuntur. Bonifaciana non vult ſeruari; adeoque videri poteſt ea ceſſante criminaliter etiam aduerſus coniugatum procedi poſſe; nam Iudicem non nominat d. c. ſi quis ſuadente: vnde & d. Bonifaciana in eo non radicatur; ſed allegat Concilium Pariſienſe *relatum in d c. 2. X. de for. compet.* quod vetat clericum vllum diſtringi, aut condemnari per Iudicem ſæcularem; vt alia quæ citauimus ſupra iniuria facta clerico; hac radice ſublata ciuiliter ſaltem ex crimine, & pecuniariter à ſæculari clericum d. c. 6. requiſita non ſeruantem, condemnari poſſe videbitur. *Vide citatos à Diana p. 1. t. 2. r. 50.* citra pœnas tamẽ corporis afflictiuas. quale priuilegium datum diximus Carolo V. à Leone X. *in Iur. pont. nou. anal. de for. compet.* corpus autem attingere, niſi brachio ſæculari tradatur, etiam alijs conſtitutionibus eſt prohibitum. *c. cum ab homine. X. de Iud.*

7. An per d. c. 6. ceſſet exemptio a gabellis?

Igitur per d. c. 6. non niſi fori priuilegium eſt ademptum. non ergo exemptio à gabellis, vbi, vt iure, ita conſuetudine ſeruatur clericis in minoribus dumtaxat conſtitutis. vt & S. Congregationem reſpondiſſe ex Comitolo refert Diana, *p. 1. t. 2. reſ 36.* vbi quod de minoribus aſſeritur *reſ.* 35. extendit etiam ad nouitios *reſ.* 37. quod iuuat ea lectio quæ *iuniores*, inquit, *eccleſia. 11. q. 1. c.* 2. qui titulus merito nouitijs tribuitur. cùm iam ſiut eccleſiæ ſeu monaſterio adſcripti, quamuis nondum irreuocabiliter: ſicut nec clerici ſæculares: niſi per ordinem ſacrum; vt religioſi per profeſſionem, perpetuo eccleſiæ mancipantur. *Vide infra l. b. 3.*

8. Quid de clerico penſionem habente?

An clericus penſionem habens æquiparetur habenti beneficium multis quærit Ceuallos. *de cog. per viol. p. 2. q. 72.* quod propriè beneficium non ſit, & Concilium Trid. exigat beneficium, aut alia requiſita, & vt incedat in habitu, & tonſura requirit Gonſales *ad reg. 8. Canc. Gloſſ. 5. §. 5. n. 6.* quamuis d. c. 6. alternatiuè tantum beneficium requirat, aut inceſſum in habitu & tonſura: & Interpretes 18. dec. 1595. quoad forum pro beneficiato habendum cenſuerint qui penſionem habet. non tamen ſi illa conceſſa eſt vt clerico, ſi non incedit in habitu *S. Cong. Declaration. ad calcem part. 5. Reſol. Diana. n. 34.* vbi etiam gaudet beneficij nondum poſſeſſionem habens, *n. 51.* & deſcriptus tantum in catalogo clericorum, obedientia epiſcopo præſtita, choro & proceſſionibus quamuis raro interueniens.

Ordi-

8\. Ordinato per dimiſſorias ſede vacante primo anno? aut alieno epiſcopo? &c.

Ordinatum per dimiſſorias Sedis vacantis primo anno in minoribus non gaudere clericali priuilegio decernit Trid. *ſ.7. c.*10. quæritur an & alij ab alieno Epiſcopo ordinati fori priuilegio deſtituantur? ſiquidem à non ſuo Epiſcopo ordinari clericus prohibetur. *tot. quæſt. 2. cauſ.* 9. *c. nullus. de temp. ord. in* 6. niſi forte ex iuſtè præſumpta proprij Epiſcopi voluntate. *c. fin. 1. q. 9.* (Quod hodie reuocatum videtur à Concil. *Trid. ſ. 6. c. 5. ſ. 23. c.* 8. *ſ. 14. c.2. in fin. in V. expreſſo conſenſu*) characterem tamen recipit. quamuis irrita ordinatio dicatur *in c. nullum 2. q. 9.* neque enim ſuſpendi poſſet, & poſtea ſine alia ordinatione miniſtrare, niſi valida eſſet ordinatio: vt tamen permittitur *d. c. fin. Concil. Trid. ſ.* 14. *c. 3. ſ.* 7. *c.* 10. *ſ. 23. c. 8.* ſed ſpecialiter *d. c.* 10. *ſ.* 7. adiungitur, quod ſic ordinati in minoribus nullo priuilegio clericali, præſertim in criminalibus, gaudeant. ſed cum illud caput ſit pœnale, extra proprios terminos extendendum non eſt. ſed clerici à non ſuis Epiſcopis ordinati extra d. c. 10 coram Iudice eccleſiaſtico conueniri debent. ſed Vrbanum VIII. refert ſecus conſtituiſſe Diana vt mox citauimus.

Hanc quam diximus exemptionis clericalis reſtrictionem à Conc. *Trid. c.*6. *ſ.*23 *c.*10. *ſ.*7. factam repetitam volumus toto hoc tractatu, quamuis breuitatis cauſa indiſtinctè de clerici exemptione loquemur.

CAPVT X.

Quæ ad cleri exemptionem pertineant? an clerici cadauer?

CLerici Deo deuoti, à ſæculo conuerſi, & in ſortem Domini vocati, à tonſurâ minimoque ordine vſque ad ſummum ſacerdotium, à laico populo diſtinguuntur: *c. duo ſunt 12. q.* 1. ſaluo præſcripto d. c. 6. ſ. 23. Conc. Trid. aliorumque canonum, qui ab aliquibus commune cleri priuilegium ſpecialiter auferunt. vnde quæritur 1. an cadauer defuncti clerici retineat priuilegium quod viuus habuit? & verius eſt retinere. cum non tantum per ordinationem character animæ ſit impreſſus; ſed etiam vnctio, ſanctificatio, & conſecratio corpori. ob quam in degradatione non tantum inſignia, & veſtes ſacræ detrahuntur, ſed etiam tonſuræ locus raditur: aliaque ſolemnia corpori adhibentur. *c. degradatio. de pæn. in* 6. eoque non tantum vt reliquorum debitorum arreſtari per creditores non poteſt; *l. cum ſit iniuſtum auth. qui domum. C. de ſepulc. violat.* ſed etiam remittendum eſt ad Iudicem eccleſiaſticum, vt debuit clericus. v. g. ſi ſibi mortem conſciuit, remittenda eſt cognitio ad Iudicem eccleſiaſticum an ſui compos fuerit; an ex crimine puniri debeat. *vide Marth & citatos de iuriſd. p.*4. *caſ.* 155. ſed & Rituale Pauli V. clerici cadauer in veſte ordinis ſui iubet ſepeliri. *Tit. de exequijs.*

1\. Cadauer clerici gaudet exemptione.

2\. Si mortem ſibi conſciuit cognoſcit eccleſiaſticus.

CAPVT XI.

An beginæ, beatæ, fratres tertij ordinis, Cellitæ, Oblati, eremitæ gaudeant priuilegio clericali?

DE Beginis latè diſſertauimus *in Iur. pont. non. anal. n. 2. & multis ſeq. in Conſult. can. de regular. conſ. 1. in Reſponſis eod. tit. reſp.* 14. & vt in extrauag. *ratio. de religioſ. dom. in communib.* dicitur, eas dioceſanis locorum & rectoribus parochialium eccleſiarum reuerenter obedire: ita ad iuriſdictionem & forum eccleſiæ etiam ſpectant. quoniam vero earum ſtatus approbatus non eſt; *§. cæterum ibid.* exemptę non ſunt à linea, & foro laicorum. *ſecundum*

1\. Vt ſpectent etiam ad iuriſdictionem eccleſiæ non tamen eximuntur a ſeculari.

cundum ea quæ d. locis deduximus. Vid. Dian. p. 1. t. 2. r. 84. Cevallos de cog. per viol. p. 2. quæſt. 33. & 61.

2. Vt neque fratres tertij ordinis, qui non emittunt tria vota.

Fratres tertij ordinis, qni vnta religionis non emittunt, pro exemptis à iuriſdictione laica non habentur. quamuis & dioceſanis reuerenter debeant obedire. vt mox diximus de beginis. *Ceuall. de cog. viol. p. 2. q. 33.*

3. Vt fratres Cellitæ.

Frarres cellitæ regulam hîc profitentur Sancti Auguſtini, & veri ſunt regulares: adeoque à iuriſdictione ſæculari exempti: & per priuilegia etiam à iuriſdictione dioceſana. quamuis ea non vbique ſint recepta. *vide quæ de his diximus in Reſponſ. de regular. reſp. 9.*

4. Qui oblati?

Oblati vt perpetuo in religione maneant, actuq; ſeruiunt, intra monaſteriorum ſepta, ac domos reſident, ſub obedientia viuunt, ſeu militiam ac regulam profeſſi ſunt, priuilegio atque exemptione regularium gaudent. *Conc. Trid. ſ. 24. c. 11.* alij vero qui ad tempus tantum famulantur, aut viuunt in monaſterijs, non item. ex declaratione Interpretum. *Vide fuſam Declarationem inter eas quæ ſubiuncta ſunt ad calcem partis 5. Reſ. Diana n. 48. Martham de iuriſdict. p. 4. caſ. 114. n. 37. Dianam p. 4. t. 1. r. 31.*

5. Familiares regularium &c.

Sed in monaſterio habitans, qui omnia ſua bona monaſterio dedit cum onere illum ad vitam alendi, non fit monachus; nec familiaris. quippe non expenſis monaſterij viuens. *c. fin. de verb. ſignif. in 6.* nec priuilegia monachi nanciſcitur. adeoque nec forū mutat. bona tamē in dominium eccleſiæ tranſlata adipiſcuntur naturam, & priuilegia rerum eccleſiaſticarum. *Marth. De Iur. p. 4. caſ. 167.* de veris familiaribus vide quæ diximus *ſ. l. 1. c. 13.*

6. Eremitæ.

De Eremitis etiam controuertitur à citatis à Martha *de iuriſdict. caſ. 113. Cevallos de cog. per viol. p. 2. q. 33. Diana p. 5. t. 1. r. 35.* & pro illis faciunt c. vn. *in fin. de exceſſ. prælat. in 6. c. priuilegium. de verborum ſignificat. in 6.* ſed hoc apertè loquitur de fratribus monachis: illud etiam de religioſis Mendicantibus: de quibus dubium non eſt, dum regulam probatam profeſſi ſunt. ſed qui habitum tantum aliquem aſſumunt, & ſui iuris manent, non eodem loco ſunt: hodie præſertim: cum etiam clericus habitum & tonſuram deferens, niſi alicui eccleſiæ adſcribatur, fori priuilegio non gaudeat. *Concil. Trid. ſ. 23. c. 6.* admittit tamen Choppin. *mon. l. 2. t. 2. n. 25.* ſi ſub epiſcopi obedientia viuat. qui & prohibere habitum religioſum non religioſo poteſt. c. vt clerici. X. de regul. c. 1. de relig. dom. in 6. V. Marc. Ant. Gen. in prax. c. 47.

CAPVT XII.

An Ordines militares cleri priuilegio gaudeant?

1. Milites Melitenſes & qui alij exempti ſint? & an coniugati?

QVi emittunt tria vota ſubſtantialia, veri ſiunt religioſi, vt Melitenſes citra dubium. eoque gaudent priuilegio fori. De equitibus D. Iacobi, Alcantaræ, & Calatrauæ vide *Dian. p. 1. t. 2. r. 72. p. 4. t. 1. r. 36. p. 5. t. 1. r. 18. Cevallos de cog. per viol. p. 2. q. 149.* ſed coniugati, vt Sancti Srephani, non videntur ſimpliciter religioſi. Nauarrus tamen caſtitatem coniugalem pro voto continentiæ ex diſpenſatione pontificia recipi, fori, alijſque priuilegijs regularium frui huiuſmodi milites contendit. & rebus etiam iudicatis firmat. *de regularibus. conſ. 10. & 11.* contra vero Martha *de iuriſdict. p. 4. caſ. 113. n. 32.* adfert deciſiones Rotæ. & habent quidem priuilegium fori ex Pij V. (quæ videtur quoad exemptionem etiam Militenſibus æquaſſe; *Diana p. 3. t. 1. r. 61.*) aliorumque Pontificum conceſſione. ſed tamen niſi ante litem conteſtatam oppoſuerint, ſi veri religioſi non habeantur, videntur gaudere non poſſe. cum tantum ex pri-

priuilegio fori declinaroriam habent. vt iterum deciſum refert Martha *n. 35.* ſi autem verè & ſimpliciter religioſos cenſeamus, ſequitur iure communi exemptos eſſe: nec tacitè nec expreſsè per contumaciam aur omiſſionem declinatoriæ, ſubijci poſſe. *c. ſi diligenti X. de for. compet.* ſanè equitum ſancti Stephani priuilegium vix hic receptum eſt. vt nec in Sicilia aiunt citati *à Diana p. 3. t. 1. r. 61.* Ordinum autem militarium antiquorum per delegatos militares propius vſurparur: non tamen ex aſſe quoad coniugatos. hoſpitalarij antiqui è terra ſancta, ac Rhodo profecti in Melitenſes incidunt, ac Rhodo expugnata Melitam conceſſerunr. qui aut non ſunt illi, de quibus agunt citati à Diana *p. 3. t. 1. r. 51.* aut errant, qui purant ſine regula eſſe approbata: aut alios à Melitenſibus, & de quibus agit Concilium Trid. *ſ. 23. c. 18. in verb. fratribus S. Ioannis Ieroſolimitani. ſ. 24. c. 11. ſ. 25. de reg. c. 22.* Equites autem Ordinis Tenthonici, eodem fere inſtituto, & priuilegijs cenſentur, & vt Melitẽſes in Gallia, ita ipſi ſucceſſerunt in bona Templariorum in Germania. alij autem de quibus Nauarrus *de regularibus conſ.* 8. per bullã Pij V. probati, nec equites, nec regulares ſunr; nec Pius congregationem vt religionem probauit. *ibid. Nauarr. n.* 3. & generalius Martha *de congregatione hoſpitalariorum vbi ſup. n. 7. & ſeq.*

2. Milites hoſpitalarij exempti: an & qui hoſpitale ex iuſſu Epiſcopi adminiſtrat?

niſi quoad ſpiritualia. Eũ autẽ, qui ex commiſſione dumtaxat Epiſcopi adminiſtrat hoſpitale, Epiſcopi authoritate erectũ, non ob id gaudere priuilegio fori, probabilius eſt: niſi forte ſit clericus, & adminiſtratio pro officio eccleſiaſtico habeatur. vt clericus beneficium habens, & ſi in tonſura & habitu non incedens, gaudet tamen *c. 6. ſ. 23. Trid.* vt vicẽ beneficij officium huiuſmodi videatur habere. *arg. eorum quæ docent citati à Barboſ. in Collect. DD. ad Conc. Trid. ſ. 23. c. 6 n. 20. & ſeqq.* id quidem extra controuerſiã eſt Epiſcopo rationes dare debere. *Trid. ſ. 22. c. 9.* Melitenſes autem an comprehendantur ſub diſpoſitionibus communibus de regularibus, & ſingulatim decreto *c. 3. ſ. 6. Conc. Trid.* Nauarro *de regular. conſ.* 12. ſatis dubium viſum eſt. ſed declaratione priuilegiaria Pij V. pro Ordine deciſum. vt plura ſunt alia vbi à Tridenrino milirares Ordines excipiuntur: aut nominatim exprimuntur. quæ decernendi ratio argumento eſt in non expreſſis regulam obtinere.

3. Melitenſes vt à regulis communibus exempti.

CAPVT XIII.

De familia clerici, græci vxore, concubinis, colonis.

ECcleſiarũm & clericornm ſerui illorum priuilegio gaudent. *c. eccleſiarum. 12. q. 2. l. 1. & 2. in fin. C. de epiſc. & cler.* quod ad familiares communirer exrenſum eſt. *in c. fin. verſ. ſpecialibus X. de off. Archidiac. S. Cong. Declarationes ad calcem part. 5. Reſol. Dianæ n. 1. 30. 31.* in familia ante omnes recenſetur. filius. *l. familias. D. de verb. ſig.* tanquam portio corporis patris. *l. cum ſcimus. §. fin. C. de agric. & cenſ. l.* 10 ſeu eadem cum illo perſona *l. fin. C. de Impub.* eoque gaudet priuilegio patris. clerici filius legitimus, dum viuit ille: *Dian. p. 3. t. 1. r. 7. p. 4. t. 1. r. 32. Vide decl. Card. citatas apud Dianam ad calcem part. 5. n. 37.* imo cohabitat. nam alioqnin natura ſubditum dedit Iudici ſæculari, patris ſtatus mutationem ſequitur, dum patri adhæret: dum ſibi viuit, iure ſuo cenſendus eſt. quare & familiarium priuilegium reſtringitur ad eos vtique, qui heri expenſis, domeſticique viuunt. *c. fi. de verb. ſignif. in 6. Concil. Trid. ſ. 14. c. 5.* (vbi priuilegium familiarium reſpectu Conſeruatoris & Ordinarij ad duos reſtringitur.) nam curam tantum rerum aliquarum ab eccleſia commiſſam gerentes, non ideo

1. Familia clerici exempta, vt ipſe.

2. An mandatarius. ſubijci dicuntur eccleſiæ. *c. indicatum diſt.*89. vt ideo Pontifex conſulat eccleſiarum negotia clericis cõmitti, qui iudicium eccleſiæ declinare nequeant. ſed non negat ſubijci quidem; ſed mandatarios hoc obijcere; eoq̃ue conſulit vt clericis vtantur, ad vitandam controuerſiã.
3. Epiſcopi actuarius? quare actuarius Epiſcopi, non clericus, an priuilegio illius comprehẽdatur, grauiter diſputatur. *apud Riccium deciſ.549. & alios. Dian. p.3.t.1.r. 12.p.5.t.1.r.1.* & declarauit S.Cõg. gaudere. *Vide declarationes citatas ad calcem p.5. Reſ. Dianæ n.30.* quanquã cõſuetudo fauere ſoleat; & ratio officij, quare generatim officiarios & ſeruientes epiſcopi exemptos eſſe latè contendit Barboſa *Iur. Eccl. vn. l. 1.c.39.§.4.* vnde à *Trid. ſ.24.c.20.* notarius, actuarius in officio delinquẽs à Judice eccleſiaſtico emendari iubetur: & *ſ.22.c.* 10. notarius imperitus ab eccleſiaſticis negocijs ſuſpẽditur. & *l. nulli official. C. Quor. app. non recip.* vbi nec correcti à ſuo Iudice appellatio recipitur. eoq̃; & in officiario Iudicis eccleſiaſtici id admittit Salgado *de protect. p.3.c.*8.*n.*11. De
4. Familia Inquiſitorum? familia porro Inquiſitorũ vide Clemẽtinam 2. *de hæret. citatos à Diana p. 1.t.2.r.135.* Nuntij: *latè Dian. p.6. tot. tr.2.* Vicarij Epiſcopi: *p.3.t.1.r.*46. cõtra Cenallos *de cogn. per viol. p.2.q. 58.* ſed S. Cong. cenſuit gaudere. *Vide Declarationes ad calcem Reſ. p.5. Dianæ n.*31.32. *V. M. Ant. Gen. in p. c.9. in fin.* quare & familiares clerici ad illius forum ſpectare creduntur. *Diana p.3.t.1.r.47.* ſicut libertini ad originem, vel domiciliũ patroni. *l. aſſumptio in fin. D. ad municip.* famulus
5. Scholaris? ſcholaris ad Iudicẽ ſcholaris. *auth. habita in v. tam ipſi quam eorum nuncij. C. ne filius pro pat.* ſeruientes in monaſterijs ſub obedientia *Conc. Trid. ſ.*
6. Famuli monaſteriorum? 24.*c.*11. ad Iudicẽ monaſterij. *Vid. Dian. p.1.t.2.r.97.* vbi rectè dicit c.6. *ſ.23. Trid.* nõ agere de familia clerici; ſed clerico: illa priori iuri relicta,
7. Vxor clerici græci qui in ſacris ſit? ſeu cõſuetudini. Quid de vxore clerici græci? de familia cenſetur viri, forumq̃ue ſortitur. *l. cum quædam. D. de iuriſd. om. Iud. Diana p.5.t.1.r.26.* etiam vidua. *vid. Dian. p.3.t.1.r.45.* quidni & latini clerici coniugati, 8. Et latini?
dum vnica eſt & virgo, eccleſię ſeruiẽtis *iuxta præſcriptum c.6.ſ.23. Trid.* tanquam de clerici familia, & quatenus priuilegium fori non ſit ablatum? de quo ĩ cap. proximo.

Ad familiæ rationem etiam pertinet clerici concubina, & ad iudicium eccleſiæ. *c. eos. diſt.* 32. vbi & Principibus permittitur eas in ſeruitutem redigere. quod adeo quidem ad eccleſiæ iudicium ſpectare quidam contendunt; vt ſæcularem Iudicem excludant. *citati à Martha de iur. p.4.caſ. 44.n.5. Binsfeld. in tract. de Iniur. ad c. olim. 7. ſub concl.13. latiſſimè.* tũ quod crimen hoc ſit canonicum: *c. nemo. 32.q.4.* iure ciuili permiſſus ſit concubinatus: *l. in concubinatu. D. de concubin.* tum quod ſocietas criminis trahit cõcubinam clerici ad huius forum: vt famuli ſortiuntur forum heri. *c. ad deliberandum verſ. quique in piratis. X. de Iudeis Vide plura ibid. caſ.* 119. nihilominus d.c. eos à ſęcularibus etiam caſtigari permittit. neque id prohibet Leo X. *in Concilio Lateranenſi*, aut bulla Concordatorum Franciæ: ſed ne impediantur prælati ſuos ſubditos corrigere. mulieres etiam poſſint auxilio brachij ſęcularis, ſi opus fuerit, inuocato quomodo etiam loquitur *Trid. ſ.24. de mat. c.* 8. ſed tam Lateranenſe & Trid. quam d.c. eos agunt de monitis, & non ſe corrigentibus: & Leo quidem X. ſeuerè in monitis, non correctis, ſtatuit pro publicis habendos: vt corrigi iam illæ poſſint à ſæculari. *Vide* ĩ. *c.47.*

9 Concubina? (margin, beside "Ad familiæ rationem…")

10. Subijcitur hæc Eccleſiæ, & ſæculari foro. (margin, beside "ri permittit. neque id prohibet Leo")

Quamdiu enim crimen occultum eſt, non Iudices tantum ſæculi; ſed nec eccleſia iudicat. *c. multi. c. ſi peccauerit. c. Deus omnipotens. 2.q.1. & tot. illa quaſt.* neque enim habent latentia peccata vindictam. *c. chriſtiana.* 23. *q.5.* ſecretorum Deus cognitor eſt, & Iudex. *c. erubeſcant. diſt. 32. de manifeſtis loquimur*, inquit d. c. erubeſcant.

11. Sed ſi crimen non ſit occultum.

cant. vbi de abijciendis concubinarijs agit. & eò ſpectat Leo X. in d. Concilio Lateranenſi, vt pro manifeſtis habeantur moniti & non abſtinentes; in inquirendis ergo ſeruetur c. qualiter: *& quando 24. X. de accuſat.* quod adeoque obſeruare teneantur & ſæculares: quia non aliter eis cōmittit d. c. eos: niſi in monitis *d. c. qualiter* ſecundùm formam ibi præſcriptam. & ratio eſt, ne ecclesia & clericus infametur, ſi Iudex laicus aduerſus nō manifeſtam concubinam inquirat. quippe eâdem operâ clericus denigratur. & ſolent liberius ſæculares in inquiſitione vagari, quam d. c. qualiter & quando permittat. imo aliquando tam ſunt proiectæ audaciæ, vt ipſos ſacerdotes fornicarios aut concubinarios mulctent, non ſine incurſu cenſurarum. *Binsfeld. vbi ſup.* vnde mox oriuntur ſuſpiciones, & ſcandala. *habet enim hoc*, inquit Gregorius, *antiqui hoſtis inuidia, vt quos in prauorum actuum perpetratione Deo ſibi reſiſtente deijcere non valet, opiniones eorum falſas ad præſens ſimulãdo dilaceret. c. habet. 2. q. 5.* vnde citati à Martha *d. caſ. 44. n. 11. 15. caſ. 114. n. 17. & ſeqq.* de concubina clerici ſtatui, puniri, aut cognoſci poſſe negant per ſæcularem: niſi ab eccleſiaſtico requiſitum: quod vt in non monitis recipiatur: in monitis tamen d. c. eos amplius indulget.

12. Cur ita?

13. Quid de colonis? Porro coloni eccleſiæ, liberi homines, ſuæ poteſtatis, ſuis expenſis viuentes priuilegio eccleſiaſticorũ non gaudent: ſed coram ſæculari ciuiliter, & criminaliter reſpondẽt. *Ceuallos de cognit. per viol. p. 2. q. 52.* 14. Decimarum conductoribus? Cōductores tamen decimarum per concordata Brabantię etiam coram eccleſiaſtico conueniri poſſunt.

CAPVT XIV.

De clericis coniugatis.

1. Niſi ſint exempti in ciuilibus, Clerici cōiugati an in ciuilibus coram ſæculari poſſint conueniri ſeruantes requiſita *in c. vn. de cler. coniugat. in 6. & Conc. Trid. ſ. 23. c. 6.* ſatis controuertitur. *apud authores citatos à Martha de iur. p. 4. caſ. 153. Ceuall. de cognit. per viam viol. p. 2. q. 79. Diana p. 4. t. 1. r. 78. & Barboſ. in Collect. DD. ad Conc. Trid. d. c. 3.* & rectè argumentatur Martha, quod Bonifacius VIII. vtitur verbo *declaramus*, & allegat Concilium Pariſienſe: hoc autem indiſtinctè coniugatos & non coniugatos fori priuilegio voluit gaudere. *c. 2. X. de for. compet.* & conſequenter declarat Bonifacius in vim d. Concilij clericum coniugatum ne pecuniariter quidẽ ex cauſa criminis condemnari poſſe à ſæculari. verum oportet animaduertere Bonifacium *in verſ. in cæteris* mutare ſtylum, neque amplius procedere declarando, ſed de nouo cōſtituendo: *in cæteris autem*, inquit, *vel niſi tonſuram & veſtes ferant clericales, etiam in præmiſſis eos gaudere nolumus* (nota.) *priuilegio clericali.* quod ipſum etiam ſtatuit Concilium *Trid. ſ. 23. c. 6.* & vt in clericis celibibus requiſita ibidem ſeruent. *Vide ſupra c. 9. n. 6.* 2. Deſcendentibus ex criminet

CAPVT XV.

De ſcholaribus.

Rector Vniuerſitatis ſeu magiſtri ſcholarum iuriſdictionem habent in ſtudioſos. *auth. habita. C. ne filius pro pat.* priuilegiat iam Vniuerſitatum iuriſdictionem etiã admittit Cōcilium Trid. *ſ. 25. c. 6. ſub fin.* clericus ergo in Vniuerſitate ſtudẽs ſubijcitur Rectori ſeu magiſtro, ſi quidem ille clericus ſit. nam iure laicus clericum non iudicat. ſed tunc Epiſcopus adeundus ſit. quem etiam Iudicem facit d. auth. habita, quæ cum ſcholari tribuat electionem coram quo conueniri velit; nō poteſt is eligere laicum, *ob c. ſi diligenti X. de for. compet.* ſed neque ſcholarem clericum poteſt Rector Vniuerſitatis inſtitutæ dumtaxat authoritate Imperiali, regia, principali iudicare. quia eius qui mandauit dumtaxat iuriſdictione vtitur.

1. Iuriſdictio Rectorum Vniuerſitatis.

2. Habet iuriſdictionẽ in clericum ſi clericus ſit:

3. Neque ſola authoritate ſeculari cōſtitutus.

tur. *l. 1. §. qui mandatum. D. de off. eius cui mandata* at Princeps ſæcularis non habet iuriſdictionem in clericum: nec ergo Rector: in quem non potuit plus iuris transferre, quam Princeps haberet. quare ſolent Vniuerſitates ſtudiorum magis ſtabiliri authoritate pontificia: & iuriſdictionalia non tantum; ſed & alia priuilegia conſequi; & Rector Vniuerſitatis clericus eligi.

4. Solet ideo eligi clericus.

vid. Marth. de iur. p. 4. caſ. 39. & Ceuallos de cog. per viol. p. 2. q. 147. vbi & tradit Conſeruatorem Vniuerſitatis ſolere dari, vt cognoſcat de cauſis ſcholarium, eorumq; debitores intra certas dietas poſſit in ius vocare, non ſuper iniurijs manifeſtis tantum; ſed & ijs, quæ iudicialem indaginem requirant: ſi modo Regio aſſenſu priuilegia admiſſa ſint. ſine quo laicos in temporalibus ſubijcere ſuis delegatis iure & cauſâ ordinaria nō poteſt. quoad eccleſiaſticos autem citra dubium poteſt. Cōcilium tamen Trid. formam præſcripſit, Ordinarijs primam inſtantiam reſeruans *ſ. 24. c. 20.* vbi cum *§. ab his* certas cauſas excipit, in alijs firmat regulam: adeoque & in Vniuerſitatum Conſeruatoribus. niſi obtineant declarationem derogatoriam. vt excipiuntur in alijs decretis Concilij *ſ. 14. c. 5. ſ. 24. c. 6.* ordinariam iuriſdictionem ſpectantibus.

5. Conſeruator priuilegiorum Vniuerſitatis ex aſſenſu Principis citat debitores laicos.

Doctor igitur ſcholaribus eſt pro Iudice. *auth. habita. C. ne filius pro pat.* vt ſi quis eis litem mouere velit, ex illorum optione conueniantur *coram magiſtro ſuo*, inquit, *vel ipſius ciuitatis Epiſcopo, quibus hanc iuriſdictionem dedimus.* habet ergo doctor iuriſdictionem. Vetiti ſunt porro clerici vel monachi ne phyſicam vel leges audiant: *c. non magnopere. c. ſuper ſpecula fin. X. ne cler. vel monach. c. 1. & 2. eod. in 6.* ſed non omnes: *d. c. 1. in 6.* ſed enumerati *in d. c. ſuper ſpecula in fin.* addit autem d. c. 2. *Doctores quoque ſiue magiſtri, qui religioſos habitu ſuo dimiſſo leges vel Phyſicam audientes ſcienter docere, aut in ſcholis ſuis præſumpſerint retinere, ſimili eo ipſo ſint ſententia excommunicationis innodati*: quærit Martha an hæc pœna extendatur ad Doctores ſcienter docentes clericos prohibitos? nec malè extendit. cum non tam pœnalis ſit cenſenda, quam medicinalis, vt eo medio docentes & diſcentes à re prohibita cohibeantur. tametſi ſingulares illę circumſtantiæ in religioſis dimiſſionis habitus ſui, & aliam opinionem non omnino improbabilē faciant.

6. De clericis phyſicam aut leges audientibus.

Sed cum Doctori tributa ſit iuriſdictio, & d. c. 2. prohibitos religioſos & clericos in ſcholis ſuis vetet retinere; quæſitum eſt, an monitos contumaces poſſit expellere? & certum quidem eſt modo iniurioſo non poſſe: *c. contingit. & tot tit. X. de ſentent. excomm.* poſſe autem ſeruatâ modeſtiâ ſuadet c. veniēs. *X. eod.* vbi extrahens clericum & monialem diuina officia turbantes dicitur non incidere in cenſuram: qui ergo retinere prohibetur, vtique ſic expellere permittitur.

7. An prohibitos Doctor a lectione poſſit expellere?

CAPVT XVI.

Clericus arreſtari, repræſalijs impeti, ad compromiſſum cogi an poſſit?

ARreſtare, capere clericum, aut quamcumque violentiam inferre non licet. *c. ſi vero X. de ſent. excomm. clerici de immunit. eccl. in 6.* nequidem de prælati licentia. *c. vniuerſitatis. eod.* niſi grauitate criminis exigente. *c. vt fama X. eod. c. ſi clericos eod. in 6.* nec detinere, ſi cautionem offerat: niſi enormitas exceſſus iuſtave ratio ſecus ſuadeat. *d. c. ſi clericos in fin.* multo minus ob debita: ſed ſini debet frui beneficio *c. Odoardus. X. de ſolut.* niſi ob decoctionem fraudemque illo beneficio ſe reddiderit indignum. quamuis nec tunc fugitiuum, aut alias criminoſum Martha *de iur. p. 4. caſ. 42.*

1. Nulla huiuſmodi iniuria clerico irrogari poteſt.

2. Nec a Iudice ſeculari clericus fugitiuus apprehendi poteſt vt criminoſus.

per-

Digitized by Google

permittat à Iudice ſæculari apprehendi; vt ſuo Iudici tradatur. obſtante etiam bulla *cæna §. 19.* quæ generatim perſonam eccleſiaſticam Iudici ſæculari vetat capere, *proceſſare*, ſententiam in eam ferre, vel exequi. vbi verbum *proceſſare* huiuſmodi apprehenſionem includit. & verba *quomodolibet ſe interponentes* etiam cauſam fugæ videntur complecti: & intentio Papæ ſignificantius exprimi, cum ait licentiam apoſtolicam cōtrariam, ſpecialem, ſpecificā, & expreſſam eſſe debere. qnam vetat extendi ad caſus nō expreſſos. vt præſens eſſe nō videtur. *Diana p. 1. tract. 2. de Imm. eccleſiaſtica. r. 10.* quare ſufficere non videtur argumētum ex lege *ait prætor §. ſi debitorem. D. quæ in fraud. creditor.* ſumptum: vt liceat fugientem debitorem ſiſtere, & rem tollere; multo magis per Iudicem, etſi incompetentem. quò argumento citati *à Martha n. 5. & ſeqq.* id admittunt, & æquitas nonnihil fauet. dummodo ſalua reuerentia ordinis fieret, non vero vt apud Horatium *lib. 1. ſat. 9.*

3. Niſi ſpeciali licentia Papæ.

———*Rapit in ius; clamor vtrimque.*

Sed reuerentia ordinis clamores huiuſmodi, cōcurſus, & iniurias nō admittit. vt olim priuatis licuit in ius rapere aduerſarium ſine nuntio, aut mandato Iudicis. quod in clericis non fuit admiſſum.

4. An modeſtè ſeu occultè ſecularis informationes capere poſſit, quas tradat eccleſiaſtico?

An autem ſine ſtrepitu, ſed occultè Iudex ſæcularis poſſit informationes ſumere contra clericum, ea ſolum intentione, vt mox tranſmittat illius prælato? etiam quæritur: cum id non ſit *proceſſare*: ſed Bulla prohibet etiam quomodolibet ſe interponere. vt cum quippiā prohibetur etiam illa prohibentur, per quæ peruenitur ad illud. *d. l. oratio. D. de ſponſal.* quare citati *à Diana p. 1. t. 2. r. 52. p. 3. t. 1. r. 52.* negant per canones & bullam cœnæ hæc licere. & rectè dat rationem; quod ea intentio non tribuat iuriſdictionē. ſed & poſſe hæc fieri aiunt ſi graue periculum eſſet in mora, cui aliter neqneat occuri; ſed cenſet metaphyſicos eſſe huiuſmodi caſus Diana. In ipſis atrociſſimis tamē criminibus inuentum ac fugientem prehendi, ac mox Iudici ſuo tradi, non à laico puniri, Diana *p. 1. t. de eccl. immun. r. 23.* poſſe publicum bonum ſuadere videbitur. vt præſumpta authoritate ſuperioris eccleſiaſtici id fieri videatur. eoque plurimi Doctores hoc admittūt, *apud Marth. & Dian. vbi ſupra.* mox, inquam, tradat, & rectà ducat: non in ſuum carcerem compingat: ſi fieri poſſit. *Diana. r. 11.* citra moram: ne quidem paucarum horarum. ſed & ſi graſſetur noctu clericus cum armis prohibitis, illa quidem auferri; *citati à Dian. ibid. r. 9. p. 3. t. 1. r. 28.* non mox ipſe capi, quamuis mutato habitu incedat, ſi tamen agnoſcatùr, poterit. *d. c. ſi vero. de ſent. exc. d. §. 19. bull. can.* quamuis & in graſſante hoc ob tranquillitatem, ſalutemque publicam non ignobiles Doctores admittant. *citati à Dian. ibid. r. 11.* quin etiam auferri clerico poſſe pecuniam, frumentum, equos exportari prohibitos: *idem p. 1. t. 2. r. 15.* non æquè autem merces vltra taxam venditas, quaſi in pœnam: quam ei indicere non poteſt ſæcularis. *apud eundem. r. 71.* neque in venditis ſub falſa menſura: *r. 76.* qnin nec pecora eius, quæ pauperiem feciſſe dicantur. *r. 80.* retia venatoria prohibita, & ſimilia. *p. 3. t. 1. r. 28.* annonam contra leges emptā: *p. 3. t. 1. r. 41.* uec quicquam in eum ſtatuere, infligere, exequi. *vide j. l. 2.*

5. Si in flagranti atrociſſimo crimine inueniatur?

6. Si omnino mox tradatur.

7. Quid de rebus quibus clericus peccauit?

Per repræſalias etiam clerici incommodari non debent. nec pro alijs luere neque illarum nomine ad aliud forum trahi: ſeu aliud quodcumque grauamen pati, *c. 1. de iniur. in 6.* ſed ſicut clerici bello exempti ſunt; *c. 2. X. de treug. & pac.* ita & eſſe debent à repræſalijs immunes, qnæ etſi priuatam cauſam ſpectent, publicam tamen exigunt

8. Etiam inſtæ repræſaliæ ad clericos non extendantur?

 autho..

authoritatem illlius, qui bellum indicere poteſt: & præuiam requiſitionem ſupremi Principis illius contra quem conceduntur, vt ſuper rebus ablatis, iniurijſque illatis iuſtitiam adminiſtret. *diximus in Iud. lib. 4. c.* 41. aduerſus clericos indici non poſſe, niſi prærequiſitus fuerit illorum ſuperior eccleſiaſticus vſque ad Papam incluſiuè.

9. An cogi poſſit ad compromiſſum ex ſtatuto laico?

Ad compromiſſum clericus an teneatur ex ſtatuto, in foro laico litigans, iubente conſanguineos & affines prius per arbitros experiri? ex eo pendet, an ea res ad ordinationem, an litis deciſionem pertineat. ſi ad illam; tenetur clericus ſtylum fori, in quo litigat, ſeruare: adeoque experiri an lis per arbitratores componi poſſit, antequam iudicium ſuſcipiat. quoad deciſionem autem cauſæ; quia illa ſecundùm rei ſitæ, locive contractus regitur; neque illi Iudici ſubeſt, non tenebitur ad compromiſſum. quod etſi in patrimonialibus

10. Ne quidem volens in rebus eccleſiæ, ſaltem immobilibus & pretioſis.

poteſt facere; *c. expoſita. X. de arbit.* in rebus eccleſiæ niſi minutis vix poteſt. *c. 3. c ſtatuimus. c. veniens. X. de tranſact.* & licet huiuſmodi ſtatutum laudabile ſit; *c. fin. X. de tranſact. l. præſes 12. C. de pact.* iuris tamen capit interpretationem; vt rebus eccleſiæ perperam alienandis non ſeruiat. *vid. Marth. de iur. p. 4. caſ.* 40.

Quæri tamen rectè poſſit, an vbi in ciuilibus laici peregrini arreſtari, carcerarine poſſunt, etiam clericus poſſit pro debito? certum eſt iniuriâ carcerantem, aut diutius detinentem iure incidere in ex-

10. Vbi arreſta pro iure vſurpantur, etiam authoritate eccleſiaſtica arreſtantur clerici: quod in extero vicem citationis habet.

communicationem: *c. nuper de ſent. excommun. in 6. c. ſi vero. X. eod. c. clerici. §. fin. de immun & in 6.* & quidem vbi pro iure id fit in laicis; iam iſti pœnæ ſubiectũ non eſſe in clericis, non abs ratione dicatur. cæterum ſi de facto per iniuriam fiat, periculum eſt à canone *ſi quis ſuadente diabolo. 17. q. 4. d. c. nuper. d. c. ſi vero. d. §. fin.* quem per d. c. 6. negant abrogatum. *vt diximus vbi ſup. n. 43.* cæterum arreſtum authoritate eccleſiaſtica factum, cum ad fundandam tantum iuriſdictionem interponitur, vbi arreſta in ius conſuetudinarium tranſierunt, ad d. c. 1. *de iniur. in 6.* ſpectare non videtur, ſi clericus verbaliter & modeſtè arreſtetur. *Vide Pecq de Iuriſſiſtendi c. 4. n. 14.*

CAPVT XVII.

De remiſſione clericorum.

1. Remittendi ſeculares, qui fori priuilegio gaudent, vt ſemper regulares. qui c. 6. ſ. 23. non comprehenduntur.

Obtinet illa in ijs, qui fori priuilegio gaudent. iuxta c. *6. ſ. 23. Conc. Trid.* quod agit de clericis ſæcularibus regulares enim ſemper remittendi ſunt. quippe in quibus Concilium nihil mutauit. vtique propriè dictis: qui tria vota ſubſtãtialia emittũt. quare & milites illi religioſi, qui ea vota faciunt, vt Melitenſes, & Theutonici, in eadem cauſa ſunt. alij qui vxores ducunt, diuerſa habent priuilegia: quę

2. Militares tria vota emittentes.

inſpicienda ſunt. *diximus* ; . *c.* 12. quemadmodũ & Gregorius XIV. *in ea conſtitutione quam edidit de confugientibus ad eccleſiam* poſtquam certorum criminum reos ad inſtãtiam Iudicum laicorum permiſit ab eccleſia extrahi, ſub finem vetuit ne contra eccleſiaſticas perſonas ſæculares, aut cuiuſuis ordinis, aut militiæ regulares, quoquo modo procedant, aut ſe intromittant. & quidem ſi Concilium d. c. 6. clericos coniugatos cum vnicis, & virginibus, dum tonſuram & veſtes deferunt clericales, *iuxta c. vn. de cler. coniugatis in 6.* velit gaudere priuilegio clericali, modo & *ex d. c. 6.* alicui eccleſiæ miniſtrent; facile dari debet, vt & milites votiui eo gaudeant. vtique, vt inquit Gregorius XIV. cuiuſuis militiæ regulares: alij enim milites, qui regulares non ſunt, vt aurei Velleris, Sancti Michaëlis, & ſimiles huc non pertinent.

Igitur

3. An qui negocijs ſecularibus ſe immiſceat?

Igitur clerici, qui negocijs ſæcularibus ſe immiſcent, an remittendi ſint? & quidem vt amittant priuilegium admonitio requiritur præuia: vt ad omnē vindictam. *c. indignè. 12. q. 2.* ita & in clerico negociatore: *c. fin in verb. 3. commonitì. X. de vit. & honeſt. cler. clem. 1. eod. c. ſacerdotes. X. ne clerici vel monachi ſæcul.* ita tamen, vt ſufficere publica videatur & generalis; perſonalis non requiratur. *d. c. ſacerdotib.* ſed Panormitan. tamen *in d. c. fin. de Vit. & honeſt. cler.* trinam formaliter in pœnali hac conſtitutione requirit, non peremptoriam, aut æquiualentem. & d. clem. 1. nominatim vt fiat, requirit: niſi abſtinuerint; priuilegio clericali excidunt. cum facto inquit d. c. fin. *abjciant priuilegium clericale, tu, quo minus dum negotiationibus ſe implicant, de ſuis facultatibus ſtatutis & conſuetudinibus patriæ ſubiaceant, non defendas eoſdem.* ita Honorius III. Epiſcopo Ambianenſi. quare ſi facultates laicorum ſtatutis & conſuetudinibus patriæ ad certũ vectigal, aut quodcumque onus coguntur; poterunt & facultates clerici in negotiationem locatæ eodem granari. vnde elicitur clericale priuilegium eſſe, ne clerici facultates ſtatutis & conſuetudinibus patriæ ſubiaceant. etſi illud quoad bona immobilia clerici patrimonialia vix vſu ſeruetur. eodem modo loqnitur d. c. ſacerdotib. vt in pecuniaria cauſa talibus ab eccleſia non ſubueniatur. ſed clarius d. clem. 1. quod ſi moniti *non deſiſtant, coniugati,* inquit, *omnino: non coniugati vero, in rebus; & ſi*

4. Poſt monitionem.

omnino incedant vt laici, in perſonis priuilegium clericale, quamdiu præmiſſis inſtiterint, eo ipſo amittant. vnde conficitur ſecundum eandem Clementinæ diſtinctionem cauſas rerum, & perſonarum clericorum remittendas eſſe, vel non. porro huiuſmodi monitiones neceſſarias eſſe, nec ſufficere iuris prohibitionem ex d. ſucceſſiuis canonibus ſatis intelligitur. & d. clemētina dioceſanis locorũ diſtrictè præcipit, vt illas faciant: & in Concordatis Caroli V. vt Ducis Brabantiæ cum Epiſcopo Leodienſi an. 1541. conuentum eſt, vt quotannis bis fiant: in Natiuitate Domini publicè, & in ambone; atque vna peremptoria pro tribus: vt in habitu clerici & tõſura incedant, & officijs ſæcularibus interdictis abſtineant; & ſæuis & enormibus ſe non ingerant; aut immiſceant: *alioquin* inquiunt, *priuilegio clericali non gaudebunt: quacumque requiſitione declinatoria non obſtante.*

5. Decenter facienda eſt remiſſio.

Remiſſio autē, vt & detentio decēter fieri debet: ſine vllo modo iniurioſo. alioquin detinēs, aut remitteus incidit in excommunicationem. *c. nuper. X. de ſent. excommun.* ſumptu autem remittendi. *arg. l. lege Cornelia. D. ad Silan. Menoch. de arbit. c. 228. n. 7. M. Ant. Gen. in prax. c. 6.* aut in paupere ex publico. *arg. d. l. lege.* & ſic Epiſcopo remiſſionem clerici petente, ſumptu Epiſcopi. *Menoch. ibid. n. 23. Choppin. de ſac. pol. l. 2. t. 5. n. 15.* ſi tamen per iniuriam captus, aut detentus ſit clericus, aduerſarius cauſa cadens, & in expenſas damnatus, meritò ad remiſſionis ſumptum etiam obligatur. Remiſſionem autem petere debet epiſcopus omnino. *Genuenſ. in prax. c. 6.* adeo vt, etſi non debere priuilegio gandere clericum conſtet; irregularem fieri ob negligentiam dubitatum ſit, ſi contingat vita aut menbro clericum priuari. quod tamen negat Naldus. *in Annot. pract. ad c. eoſ. de imm. in 6.*

6. Poſt illius petitionem nihil innouandum.

Sed & remiſſione petita interim, inqnit c. ſi Iudex *laicus. de ſent. exc. in 6.* quiuis proceſſus Judicis penitus conquieſcat.

CAPVT XVIII.

De probatione clericatus.

MIxti fori eam quidam eſſe volunt vt iudex cognoſcat, & probationem recipiat coram quo queſtio inceperit, iure, tantum eſt eccleſiaſtici. *c. ſi Iudex. de ſent. excomm. in 6.* vſus tamen obtinuit in multis locis, vt ſine veſte clericali deprehenſus à Iudice ſæculari, apud illum doceat de clericatn. *diximus in Iur. Pont. nou. de for. compet. n.* 46. quod quidem ad Iudicis inſtructionem ſummariam, dum forrè ex officio proceſſit, & ex ea dimiſſurus ſit, admitti poſſit: cæterum ſi de graui crimine ex iuris ordine vellet cognoſcere, cum in eo clericus ad illum non poſſit ſpectare, præiudicialem hanc cauſam iuriſdictionis eodem marte dirimendam rectius dixerimus. vt ſequatur naturam principalis; & tanquam ſpiritualis eccleſiæ concedatur. *c. quanta. X. de iudic. c. decernimus. eod.* ſine offenſa autem iuriſdictionis eccleſiaſticæ eſſet ea probatio, quam ſuppeditat obſeruatio edicti ann. 1611 *ar.* 20. vt locorum Iudices, vt baptizatorum, matrimonio iunctorum, & ſepultorum catalogum, ex regiſtris parochialibus ſibi procurent authenticum, & in archiuis ſeruandum, & alium ad ſuperioris ſui Iudicis archiuum tranſmittendum quotannis procurent, ita & ordinatorum haberent, quo inſpecto mox poſſent dimitti. etſi c. tuæ. *X. de cleric. peregrin.* eriam teſtes admittit, & quia plurali locutione vtitnr, duorum numerum videtur exigere. niſi fama iuuet, habitus, & poſſeſſio clericatus. *d. c. ſi Iudex.* nam iuramentum non ſufficit. *c. 2. eod.* & quidem hodie *ex Conc. Trid. ſ. 23. c. 6.* aliquid amplius tributum quibuſdam videtur Iudici ſæcnlari, quoad cognitionem priuilegij clericalis; quippe clericns in minoribus

1\. In cauſa criminis de quo non cognoſcit ſæcularis, non poteſt de clericatu,

2\. Exhibitio literaria an coram eo fieri poſſit?

3\. Quomodo alias probetur clericatus?

existens *fori*, inquit, *priuilegio non gaudeat, niſi beneficium eccleſiaſticum, aut clericalem habitum, & tonſuram deferens, alicui eccleſia ex mandato Epiſcopi inſeruiat, vel in ſeminario clericorum, aut in aliqua ſchola, vel vniuerſitate, de licentia Epiſcopi, quaſi in via ad maiores ordines ſuſcipiendos verſetur*, ſiquidem hic conditiones proponuntur, quæ in facto conſiſtnnt: vt quæſtio non ſit de ipſo clericatu, vt re ſpirituali, cognoſcendo: ſed de delarione habitus, & tonſuræ, beneficio aut ſeruitio eccleſiæ, aut ſtudio in ſchola: quæ omnia facti eſſe nec ſpiritualitatem implicare; eoque cognitionis ſæcularis eſſe poſſe nonnullis videntur: vt obiecta clericatus exceptione, & per aduerſarium defectu harum conditionum replicato, Iudex ſæcularis ingredi hanc cognitionem poſſe videatur: quod non admittit d. c. ſi *Iudex*. neque ex defectu habitus clericus amittit priuilegium; vt hodie ipſo iure non gaudet, ſaltem in ciuilibus, qua *de re diximus in Iur. Pont. nou. anal. de for. compet. num.* 38 *& ſeqq.* nihilominus Rota decidit in conformitatem d. c. ſi *Iudex*. etiam de his requiſitis cognoſcere ad ſolum Iudicem eccleſiaſticum ſpectare. *Vide deciſ. Rota ad calcem part 5. Reſol. Diana.* multo magis cum quæritur non de habitu, ſed de qualirate, an is ſit eccleſiaſticus, non poteſt cognoſcere ſæcularis. *Diana p. 4. t. 1. r. 5.* v. g. an vnica veſtis talaris ſufficiat? de qua *Diana ibid. r. 91.*

4\. An requiſita Concilij Trid ſ. 23. c. 6 quæ in facto conſiſtuor coram ſæculari inquiri poſſint? vt ſunt nudi facti, non ſi ex facto negetur Ius; ſeu priuilegij ceſſatio quod clericus tamen prætendit.

Quæri inſuper poteſt an vſu, conſuetudine, præſcriptione, obtineri huiuſmodi iuriſdictio à laico poſſit? & quidem acquiri iſtis modis iuriſdictionem probant c. cum contingat, *de for. compet. c. 1. de off. ordinar. in 6. c. romana de appell. in 6. l. magiſtratus D. ad municipal l. probatorias. C. de diuerſ. off. l. 12.* ſed ſpiritualium negociorum tractandorum laici non ſunt capaces; *d. c. decernimus.* ideoque iſtis modis acquiri negat Martha *& citati de iuriſdict. p. 4. caſ. 64.*

5\. Conſuetudo non poteſt laicis in clericos ius atteſtandi parere.

caſ. 64. ſed de his factis vt cognoſcant, non ſunt incapaces: eoque conſuetudo in his multum valebit. Et quamquam de habitu, an clericalis ſit, cognitio ſit eccleſiaſtica; *citati à Martha de iuriſdict. p.2.c.31.n.26.* vtpote ex canonibus proficiſcens: *c clerici. X. de vit. & honeſt. cleric.* & multo maximè in hac prouincia: vbi ex Concilio prouinciali 1607. à Sede Apoſtolica approbato *tit. 18. c. 4.* omnis ille habitus cenſetur interdictus, *à quo*, inquit, *Epiſcopus abſtinendum mandarit*: tamen vbi de veſte notoriè laica non quæritur; ſed delatione illius, facilius admittendum eſt, vt ſæcularis cognoſcat, an vſus, & delatio interuenerit. Sed quid ſi clericus non incedens notoriè ſecundùm requiſita, non agnitus, in expenſas contumaciæ à laico ſit condemnatus, quod citatus nec comparuit, nec excepit? ex pòſt facto poterit agnoſci cotumacem non fuiſſe, qui comparere non debuit. ob expenſárum tamen cauſam ab eo datam, coram eccleſiaſtico conueniri poterit? *Vide Binsfeld. tr. de Iniur. ad c. 7. ſub concl. 13. dub. 1.*

CAPVT XIX.

De prorogatione iuriſdictionis.

1. Laici iuriſdictionem non poteſt clericus prorogare.

PRorogare laici iuriſdictionem clericus non poteſt *c. ſi diligenti c. ſignif. de for. comp.* adeoque nec pacto validare ſententiam à Iudice ſeculari aduerſus illum latã. quod tamen aliàs permiſſum eſt. *l. 2. C. communia vtriuſq; iudicij.*

2. Nec ſententiam validare.

nihil tamẽ impedit quin tenorem ſententiæ in pactum deducere poſſit; illudq; obſeruare teneatur, vt pactum: *c. 1. X. de pact.*

3. Niſi vt pactum.

nõ quo validam reddat ſententiã authoritate carentem, quam priuatus tribuere non poteſt, vbi ius reſiſtit: vt prorogationi iuriſdictionis laici in clericum.

4. Ne quidem ex conſenſu Epiſcopi.

Prorogare vetat d. c. ſignificaſti. X. *de for. comp.* niſi ſit perſona eccleſiaſtica, & Epiſcopi dioceſani voluntas accedat. Baunius tamen *prax. can. lib. 2. c. 6. n. 3.* ex alijs Concilijs, & nominatim *Aurel. 3. can. 25.* etiã laici iuriſdictionẽ poſſe prorogari ait à cõtrario ſenſu d. can. 25. *in verb. clericum cuiuſlibet ordinis abſque Pontificis ſui permiſſu nullus præſumat ad ſæcularẽ Iudicem attrahere*: ſed huiuſmodi argumentum nõ procedit cum aliud eſt in iure ſtatutum: vt hic; ne clericus apud ſæcularem Iudicem cauſam dicat. præſertim cum huiuſmodi prohibitio non tantum afficiat clericum; ſed & illius Epiſcopum; ne id permittat. neque enim permiſſio Epiſcopi tollit indecentiam, finemque canonum prohibentium, ne clericus in ſæculari foro ſiſtatur.

5. Quid de contrario can. 25. Concil. 3. Aurel. dicendum?

Jdeoque & rectius dicetur huiuſmodi exceptionem, *abſque Pontificis ſui permiſſu* eò ſpectare; vt Epiſcopus ante adeatur; atque is diſpiciat, an cauſa, de qua agendum eſt, ſpectare poſſit, debeatque ad Iudicem ſæcularem; eoque ibi agi annuat: vt ſi de feudo, fundo, cenſu, hypotheca agatur. Quemadmodũ in ſimili decretum eſt, ne clericus ad dicendum teſtimonium coram Iudice ſeculari trahatur, ſine licentia ſui Epiſcopi: *c. ſuper. §. poteſt in verb. iubente Epiſcopo teſtimonium dicant. 14. q. 2. c. quamquam. ibid. in verb. in prouidentia proprij Epiſcopi ſit, vt aut coram ſe & competentibus Iudicibus, aut aliter honorificè veritatem dicãt*: ſed iuramentum in manu Judicis eccleſiaſtici facere iubet *c. teſtimonium. 11. q. 1.* teſtimoniũ dicere coram laico. *S. Cong. Declarat. ad calcem part. 5. Reſ. Dian. n. 46.* tametſi iam pridem illud non ſeruent Franci. *Guido Papa. q. 65. Bugnion. de leg. abrog. p. 3. c. 133.* nec in criminali quidem cauſa hodie. *Baunij in ſua Prax. can. l. 2. c. 3. q. 6.* quamuis in hac incurri poſſit irregularitas; atque ſanguinis effuſioni cooperari clericum adeò abominetur, & grauibus pœnis vetet Eccleſia: & à qua non excuſaretur cle-

6. De teſtimonio clerici coram iudice ſæculari.

ricus, quamuis ſui epiſcopi acceſſiſſet conſenſus: nec ergo idem excuſaret à cenſura d.c. ſi diligenti.

7. Pœna perperam prorogantis.

Pœna, vt clericum trahentis ad tribunal ſæculare, ita prorogantis, ſiue in criminali, ſiue ciuili cauſa, canonica; eſt excommunicatio: ciuilis; vt vt ita trahens à iure ſuo cadat. *auth. ſtatuimus. C. de Epiſc. & cler. c. inolita, c. placuit. 11. q. 1. c. ſi diligenti X. de for. compet.* iactura autem actoris lucro cedit reo. quod ſi colludant actor & reus, Eccleſiæ. *citati à Martha de iuriſdict. p. 4. caſ. 126. n. 4.* vbi ſubſequenter *n. 6.* volunt committi pœnam demum per litis conteſtationem in iudicijs ordinarijs: per primum actum in ſummarijs. quoniam in his illa neceſſaria non eſt. *clem. ſæpe de verb. ſignif.* atque eò vſque pœnitentia euadi pœnam.

CAPVT XX.

De actis coram Iudice ſæculari à clerico.

1. Acta coram laico cõtra clericum in foro Eccleſiaſtico non valent.

PRorogatio adeo clericis eſt inhibita, vt neç confeſſus coram laico nec conuictus, ex ijs actis, tanquam nullis defectu iuriſdictionis, damnari poſſit. *c. & ſi clerici X. de iud.* & quamuis loquatur tantum de condemnatione: ratio tamen, qua vtitur, quod quæ fiunt coram Iudice incompetenti, ſint nullius momenti; arguit nec ad alios effectus valere. Vt eſt probatio, aut confeſſio coram ſæculari, ne quidem ſufficiat ad torturam, aut purgationem indicendam. *Martha de iuriſd. p. 4. caſ. 139. n. 11. & ſeqq.* & vero d.c. etſi clerici confeſſionem & probationem fieri requirit coram Epiſcopo. ſed & tortura ipſa, & purgatio, quæ vices torturæ obtinet, magna pœna eſt: & negat d.c. aliquatenus clericos poſſe damnari ex actis coram ſæculari: & porro tortura ſine legitimis indicijs illata, eſt irrita. *l. mar. cum ſeqq. D. de quæſt. & Mart. vbi ſeq. n. 19.*

2. Nec confeſſio voluntaria, aut ex tortura.

3. Alias acta rite habita coram vno iudice, fidẽ faciunt cotã altero.

Enimuero generalius quærendo an acta coram Iudice ſæculari, fidem faciant coram Eccleſiaſtico? videndum eſt rite an perperam proceſſum ſit. ſi rite, fidem faciant: *c. fin. de except. in 6.* ſi perperam; non item. *c. etſi clerici X. de iud.* ſi tamen non ad eundem finem tendant, quæ geruntur coram vtroque Iudice; v. g. in negotijs mixti fori; cum vterque pro modo ſuæ iuriſdictionis, & ad finem diuerſum tendit, alter alterum non remoratur: ſed quiſque fabricat ſuum proceſſum. v. g. percuſſit laicus grauiter clericum, qui coram Iudice ſæculari mox illum in ius traxit ad reparationem iniuriæ ciuilem & congruam, teſteſque produxit, & coram eccleſiaſtico ad declarationem, denunciationemque cenſuræ, non vtetur hîc teſtimonijs illic productis. *vid. Marth. de iuriſdict. p. 4. caſ. 169.*

4. Quid in mixtis?

CAPVT XXI.

Clerici an eximantur à patria poteſtate.

1. Monachatus an ſoluat patriam poteſtatem?

QVamuis Cuiacius *in Nouell. 5. de monach.* ait monachos nullam pati capitis diminutionẽ, monachiſmus, *nec ciuitatem*, inquit, *nec libertatem, nec familiam adimit.* vt *ibid.* proſequitur: tamen communiter traditur monachos tranſire in poteſtatem Abbatis, adeoque ſolui patria poteſtate: &, ſi liberos habeãt, eandem amittere, quaſi non poſſint qui in aliena poteſtate ſunt, in ſua aliquos habere. ex regula *l. ſic eueniet. D. de adult.* eâdem ſoluit dignitas Epiſcopalis. *authent. ſed Epiſcopalis dignitas. C. de Epiſc. & cler.* ſacerdotalis non item. *authent. presbyteros eod.* nec rectè Martha *de iuriſd. p. 4 cent. 1. caſ. 27.* ait æquales eſſe presbyteros Epiſcopis. *ex c. olim diſt. 95.* eoque quod in vno ſtatutum eſt, in alio recipiẽdum eſſe. *olim*, inquit Hieronymus, *idem erat Epiſcopus, qui &*

2. Epiſcopatus?

3. Sacerdotiũ?

4. Vt Epiſcopi & ſacerdotes ſint diſtincti?

& preſbyter: & infra; *decretum eſt, vt vnus de preſbyteris electus cæteris ſuperponeretur*: & infra; *ſicut ergo preſbyteri ſciunt ſe ex Eccleſiæ conſuetudine ei, qui ſibi præpoſitus fuerit, eſſe ſubiectos; ita Epiſcopi nouerint ſe magis conſuetudine, quam diſpenſationis dominicæ veritate preſbyteris eſſe maiores; & in communi debere Eccleſiam regere*. Sed vndecũq; foret nata ſuperioritas; quod lex, aut vſus, Epiſcopo tribuit, non eſſet trahendũ ad ſacerdotem: quãuis hodie conſuetudo vbique ſoluat patria poteſtate ſacerdotes: &

5. Conſuetudo ſacerdotes eximit.

Concilium Trid.ſ.23. in doctrina ſacramenti ordinis. c.4. Epiſcopos vt Apoſtolorum ſucceſſores *ex ordine hierarchico preſbyteris ſuperiores eſſe, & poſitos à Spiritu ſancto regere eccleſiam Dei docuit*; & *can. 7.* anathema dicit

6. Semper Epiſcopos preſbyteris ſuperiores fuiſſe.

ijs, qui eam, quam habent Epiſcopi poteſtatem, dicunt cum preſbyteris eſſe communem. & perperam interpretatur Martha *n.*8. quamuis ſit hodie, tamen cum leges compilatæ fuerunt, maiorem non fuiſſe poteſtatem. nam quæ ad fidei doctrinam pertinent, numquam mutantur, etſi per ſynodos ſubſecutas euidẽtiora fiant. quod autem Martha quemlibet clericum patria poteſtate ſolui velit, nec conſuetudo recepit; & euidenter ius oppugnat.

7. Quid de clericis inferiorum ordinum l

in c.fin. de iudic. in 6. vbi Bonifacius VIII. minori beneficium obtinẽti, adeoque tonſuram habenti, reſcribens, *quamquã*, inquit, *in poteſtate patris exiſtas*: & expreſsè declarat in ſpiritualibus litigantem, patria authoritate non egere; in alijs abſque illius aſſenſu in iudicio regulariter eſſe non poſſe. Vt clerici reſpectu beneficiorum aliter cenſeantur affecti, quam patrimonialium bonorum. nec rectè dicitur ab eodem Martha *n.* 21. eam poteſtatẽ eſſe indiuiſibilẽ: nec quem ad vnũ actum cenſeri emancipatum, non ad alterum: ſed verius eſt clericum quaſi duplicem perſonam agere; quà clericum, & quà filium: illam in ſpiritualibus, hãc in temporalibus: eumque eſſe ſenſum Bonifacij, qui non meminit tantum facultatis litigandi ex poteſtate ſuperioris eccleſiaſtici; ſed etiam patriæ poteſtatis.

Eoque Iuſtinianus *in auth preſbyt. C.de Epiſc. & cler.* cum teſtamentum condere non poſſit, qui in aliena eſt poteſtate, tamen id admittit in clericis, quoad res quolibet modo ad dominium eorum venientes. adeoque vt eas habeant in ſua poteſtate ad ſimilitudinem caſtrenſium peculiorum. quod & admittit c.9. *X.de teſt.* ita tamen, vt quæ per cauſam eccleſiæ quæſita ſunt, relinquantur eccleſiæ. *tot. tit. X.de pecul. cleric. c.1. & 7. X. de teſtam.*

8. Vt libertatem teſtandi habeant, de bonis ſuiſe

Enimuero d.c.6. illa verba, *liberè diſponere valeant* non aliò pertinent, quàm ad antitheſin bonorũ conſideratione eccleſię perceptorum: vt de his nullatenus teſtari queant: de illis liberè poſſint. verba enim ſecũdùm ſubiectam materiam, de qua agitur, commodè accipienda ſunt. non ergo infertur libertas teſtandi ſine vllis iuris ſolẽnitatibus: vel de ijs, in quibus patri, aut alteri aliquod ius ſit, non ademptum per d. auth. *preſbyt.* diſponendi. *vt latè quidẽ Martha de iuriſd. p.4. cent.1. caſ.26.* minus libertas eſt clerico præterire, aut exhæredare parẽtem; aut ingratum eſſe. ſed leges illæ in teſtamẽto clerici locum habent. vt & d. authentica *preſbyt.* libertatem teſtandi reſtringit; vt legitimam liberis & parentibus relinquere teneãtur. rectè tamẽ minorũ ordinum clerici eandem cum preſbyteris teſtãdi facultatẽ habere dicuntur: & disertè exprimit d. auth. *preſbyt. quos omnes*, inquit, *clericos appell.* vt generaliter his competat illud priuilegiũ: tãquam omnes in ſortẽ domini vocati ſint. *c.duo ſunt. 12.q.1.* vt nõ adeo abſonus ſit hiſpaniſmus, qui clericos de miſſa, de Euang. de epiſt. &c. vocat. De monachis autẽ ſingulatim ſtatutũ eſt *Nou.*123. vt quãuis, dũ laici eſsẽt, incidiſsẽt in cauſam ingratitudinis, à parentibus aut liberis nequeant

9. (Non Eccleſiæ intuitu quæſitis.)

10. Salua legitima liberis aut parentibus debita.

11. Clericus & monachus an exhæredari poſſit?

 exhæ-

exhæredari. *c.non liceat.19.q.3.* nec ingreſſus innito patre, cauſam ingratitudinis; aut exhæredationis præſtet. nec filium familias pater poteſt abſtrahere. *l. Deo nobis. §.hoc etiam. C. de Epiſc. & cler.* vbi agitur tam de ijs, qui monaſterio; quam qui clero ſe voluerint ſociare. *non liceat propter hanc*, inquit, *tantummodo cauſam, quaſi ingratum à ſucceſſione repellere*: eoque ſignificare à contrario videtur; ſi aliæ cauſæ ſint, repelli poſſe: ſed in monachis illud correctum *per d. nouellam* 123. & gloſſa *in d.§.hoc etiam in v. quaſi ingratum* cauſam aſſignat, quaſi ingreſſus Monaſterij omnia pdrget. quod de ingratitudine ſatis expreſſum *in d. c. non liceat*: de alijs in argumentum adfertur c. ex literarum *X. de apoſtat. vbi gloſſ. fin.* ſed ipſe textus non tam purgationem inducit: quam vt fauore *religionis ipſius*, inquit, *circa eum valeat diſpenſari.* ſed c.1.X.*de filijs preſbyt.* ordinationem admittit in filio presbyteri monacho, ſine mentione diſpenſationis. Vnde Nauarr. & alij *apud Zerolam p.2.v.irregularitas §.*

12. An monachiſmus tollat irregularitatē?

11. irregularitatem omnem tolli aiunt, quæ non ſit incurſa proprio vitio ingreſſi. Paulus V. 23. May 1606. reuocatis omnibus anterioribus Indulgentijs regnlaribus conceſſis, certas literis ſuis expreſſas, omnibus concedens, & quidē nuncupatim plenariā omniū peccatorum die ingrens, de purgatione irregnlaritatum nullatenus meminit.

CAPVT XXII.

Clerici an regia poteſtate ad Conuentum Ordinum vocari poſſint?

1. Vt vſus iam olim obtinuit?

IN more fuit Carolo Magno, viciniſque iſti æuo principibus conuentus qnotannis vel ſæpius agere procerum, tam eccleſiaſticorum quam ſæcularium. inde nata Capitularia Caroli Magni, ac parlamenta. qnæ vox gallica etiam in Angliam & Siciliam à Nortmannis eſt tranſlata. Magni dies etiamnum in Gallia ac aliter nuncupantnr. in huiuſmodi connentibus de re publica conſeruanda, defendenda, adminiſtranda agi ſolebat. Salutique fuerunt non ſemel aduerſus pericula hoſtium externorum, ac ſeditiones ciuium. dummodo prudenter habeantur ex temporum ratione. Vocatus ergo prælatus ex more inſtitutoque maiorum, & comparere debet, & Regi reipublicæque rectè conſulere. *Diana p. 1.t.3.de parlament.reſ.23.* & fortè huc reſpexit *Concil.Trid.ſ.23.c.1. in verb. euidens Eccleſiæ vel reip. vtilitas aliquos nonnunquam abeſſe poſtulent*: iternm *cum abſentia inciderit propter aliquod munus, & Reip. officium Epiſcopatibus adiunctum: cuius quoniam cauſæ ſunt notoria, & interdum repentina.* &c.

Et quamuis à Principibus ſæcularibus Prælati eccleſiaſtici vi iniſdictionali ad conuentum cogi non poſſe videantur; tamen pauci olim erant per Germaniam Galliamue Epiſcopatns, atqne abbatię, quæ non poſſiderent magna, arque nobilia qnædam feuda: eorumqne ratione poſſeſſores obligabantur ope, conſilioque Principi adeſſe; cum res poſtularet. idemque nexus etiamnum poſſeſſores tenet. adeò vt obedire teneantur regijs ordinationibus in his, quæ Regis reine publicæ ſalutem ſpectant: & iure feudorum exigi poſſunt: & alioqnin feudorum pronentibus priuari. *iuxta §. fin. de Capitulis Corradi. lib.2. feudorum.* extra obligationem feudalem quin vi ſaltem directiua legibus, ordinumque conſultis è republica latis conformare ſe teneantnr, non poteſt controuerti: quin & inuitari, requiri, non præcipi, vt conueniant, deliberent in bonum reip. quin & eccleſiæ. Vt de inuanda Epiſcoporū, parochorumque reſidentia. *Vide citatos à Diana in locis mox referēdis*: ſed illud, an poſſint inobe-

2. Vt poſſeſſores Feudorum eccleſiaſtici teneutur adeſſe.

3. An inobedientes regno pelli poſſint?

inobedientes regno pelli? quod rectiſſimè negat Diana, & *ab eo citati d.143.reſ. 23. tract.2. reſ.17. p.3. t.1. reſ. 27. 42.* & generatim vetuit Vrbanus VI. & generalius Martinus V. *in conſtitutionibus relatis à Pet. Matth. lib. Sept. Decret. l.2. t.1. c.2. & ſeqq.* quas conſtitutiones ſi attenderēt Salgado *de protect. l.1. c.2. n.* 167. *& ſeqq.* alijque à Diana citati, non tam liberè ſecus ſentirent. neque hanc regiam poteſtatem verbotenus regulis œconomiæ, ſeu paternæ poteſtati: & legi *vnic. C. de emendat. propinq.* compararēt. verba enim hæc ſunt, & voces. quid enim iure originis, bonis omnibus priuare, regno pellere, ad officia & beneficia regni inhabilitare, tantum domeſticæ pœnæ videntur? ſed & voces etiam ſunt tantum, quod non iuriſdictionaliter hæc agantur. Vis imperij eſt attendenda: non verba. Inauditos ergo ſic damnent, an auditos? Si illud; an naturæ ius eſt? ſi hoc; nonne ſatis ad iudicij nomen, & iuriſdictionis? ſed & quæ in hanc rem citat Salgado iuris loca, iudiciariam poteſtatem vocant. *c. petimus. 11. q.1. c. principes. c. adminiſtratores. 23. q.5. c. tributum.* 23. *q.* 8. quin & arguitur ibidem ſtaterem dumtaxat datum Imperatori in piſce inuentum, non ipſum piſcem, aut caput: ſed eccleſiæ reſeruatum. quæ adeoque & ipſum principem excommunicaret, niſi rogatus ſuam poteſtatem protectioni eccleſiæ impendat. *d. c. adminiſtratores in fin.* ſed recurrere oportet ad ſuperiores eccleſiaſticos; etiam Papam. quod ſi euidens in mora eſſet periculum, quod recurſum illum non pateretur, vt in ſeditione iam orta, ac proditione mox imminente; per modum defenſionis id fieri poteſt, quod dira neceſſitas, quæ lege ſoluta eſt, exigit: neque amplius. quomodo Clemens VIII. apud Dianam *d. tract.2. reſol. 19.* in quodam monacho, cum Turcis ſuper proditione pacto, ſtatuit.

4. Niſi periculum ſit in mora, ab ipſis.

CAPVT XXIII.

Clericus ex fide-iuſſione, depoſito, officio, vbi conueniendus ſit?

CLericus fideiubere prohibetur. *c. ſe quidem. 11. q.1.* frequentius præſertim, ac fideiuſſionibus inſeruire. *c. 1. X. de fideiuſſ.* ſi tamen fideiuſſit; cogitur ſoluere. *c.2. ibid.* ſed per ſuum Iudicem: non ſæcularem. *c.1. 2. X. de iud.* ne quidem ſi iudicatum ſolui fideiuſſit coram ſæculari. *citati à Matth. p.4. caſ.* 105.

1. Clericus fideiuſſore coram laico, conueniendus coram Eccleſiaſtico.

Fideiuſſor pro clerico laicus ex contractu, coram ſuo Iudice conueniendus eſt: ex communi regula, qua actor ſequitur forum rei. *Fragoſ. Reg. reip. l.2. d.4. §.4. Memb.* 3. fideiuſſor autem iudicatum ſolui, ſine nouo proceſſu ab eodem Iudice, coram quo fideiuſſit, principali condemnato, cenſetur condemnatus. *l.1. D. iudicatum ſolui.* perempta tamen inſtantia euaneſcit ſtipulatio. *l.2. ibid.* nec extenditur ad alium Iudicem, quam qui in ſtipulationem venit, ſed tamen porrigitur ad Iudicem appellationis: ad quem iure ordinario prouocari poteſt: non quem Princeps extra ordinem dederit. *Vide Matth. & citatos p.4. caſ. 178. Cevallos de cog. per viol. p.* 2. *q.* 70. *M. Ant. Gen. in prax. c.* 13.

2. Clericus fideiuſſor laicus corā laico.

Atque hæc diuerſimodè. prorogare quippe laicus iuriſdictionem clerici poteſt; non clericus laici. quamquam nec illud hodie in præiudicium domini territorij, eiuſue iuriſdictionis, in Gallia *latè Imbertus Inſt. for. lib. 1. c. 26.* ſecus tamen Neapoli adhuc obtinet. *M. Ant. Gen. in prax. c. 13.*

3. Fideiuſſor iudicatum ſolui.

Tutor clericus non niſi ſua ſponte fit. *Vt diximus. auth. presbyteros. C. de Epiſc. & cler.* voluntate ſua non poteſt ſubdi laico. non ergo per voluntariam ſuſceptionem tutelæ, prorogare iuriſdictionem laici. *c. ſi*

4. Tutor clericus coram Eccleſiaſtico conuenitur.

 dili-

diligenti. X. de for. comp. quod ergo deciſum eſt *in l. 1. & 2. C. vbi de ratiocinijs* reddendam ibi rationem, vbi geſta eſt, regulariter quidem procedit: ſed, ob incompetentiam Iudicis ſæcularis, non obtinet in clerico; ſed competens illius Iudex eſt adeundus. *l. ſi curatores. C. de accuſ. tutor. in verb. adire debetis competentem Iudicem.* nec enim per officium adminiſtrationis ſecularis fit competens Iudex clerici: propter nimiam eccleſiæ inhibitionem. *in d. c. ſi diligenti. Vide citatos à Diana p. 1. t. 2. r.* 18.

2. Executor teſtamenti contrahens, delinquens.

quamuis alioquin exemptus Ordinario ſubijcitur per cauſam executionis teſtamenti: *clem. vn. de teſtam.* ratione contractus, rei, aut delicti: *c. volentes. de priuil. in* 6. ſed multa intereſſe inter prorogationem iuriſdictionis eccleſiaſticæ, & ſæcularis liquet *ex c. ſignificaſti. X. de for. compet.*

3. Clerico minori tutorē & curatorem dat eccleſiaſticus.

Clerico minori Iudex ſæcularis tutorem dare non poteſt. quia cum tutela ſit poteſtas in capite libero, *Inſt. in princ. & l. 1. D. de tutel.* ſæcularis autem Iudex, cum non habeat poteſtatem in clericum; non poterit alteri dare: non ergo tutelam. quare & leges excuſationem clero tribuunt non tantum à tutelis: ſed & canones vetuerunt, ne teſtator; ideoque nec Iudex, clericum det tutorem. *c. Cyprianus, 21. q. 3.* ne implicitus negocijs ſæcularibus, Deo non ſeruiat. *d. c. Cypr. tot. illa quaſt.* 3. vnde nec volens dari poteſt.

Curator autem, quia bonis datur, vtique quoad beneficia, & bona eccleſiaſtica, vtpote exempta, curator dari non poteſt à ſæculari:

4. An laicus quoad immobilia patrimonialia?

ſed prouidet eccleſiaſticus. *c. fin. de iud. in* 6. ſuper patrimonialibus, ſaltem immobilibus, ſi non exempta dicamus, poterit ſæcularis. Et citra controuerſiam, ſi curator in litem coram ſæculari pendentem, detur. *l. fin. §. 1. C. de adminiſtrat. tutor.* in cauſis beneficialibus, & ſpiritualibus Ordinarius eccleſiaſticus, vel delegatus in litem coram illo pendentem. *d. c. fin.* vnde à contrario in non ſpiritualibus ſæcularis, etiam dare in litem poterit. *Vide Dian. p. 1. t. 2. r. 94.* ſaltem quæ de immobili re agitatur. nam mobilia fere ſequuntur perſonæ conditionem. ſed & hodie vix alij ſunt curatores, quàm tutores: vt diſtinctio vſum vix habeat. *Vide fragoſ. Regim. reip. lib. 6 d. 16. §. 2.*

5. Officij ratione non ſubditur clericus laico vt ſit contra.

Exempti etiam, vt ratione officij, ſeu aliâs pluribus caſibus ſubdantur Ordinario; & ſpeciatim ex cauſa executionis vltimæ voluntatis: *Vide Ceuallos de cog. per viol. p. 2. q. 71. & ad intellectum c. volentes. de priuil. in* 6. ſed non eſt paritas argumenti, nam ſeuerius ſtatutum eſt ne ſæculares poſſint in ius trahere coram ſe clericos; quam ne eccleſiaſtici ordinarij exemptos.

6. Collega collegio ſubditur.

Qui ſe dedit in aliquod collegium, quamuis miles, eius inriſdictionem declinare non poteſt. *l. fin. de iuriſd. om. Iud* qui munus publicum in prouincia locóue aliquo tutelam, curatelam geſſit, eo loci ad rationes reddendas conueniri poteſt. *l. 19. §. 1. D. De Iudicijs.* eoque rectè inferretur & clericnm, qui officium aliqnod huiuſmodi geſſerit, coram illius loci, reíue geſtæ Iudice conueniri poſſe: niſi vniuerſaliter, & citra exceptionem huiuſmodi, decretum eſſet ne clericus coram Iudice ſæculari conueniatur.

7. Sed non laico clericus iuriſdictionaliter, ſed per modum pacti.

Et quamuis conſuetudine, ferè vbique recepta, contrarium ſeruetur; vt ex illis patet, quę conglomerat Ceuallos *de cogn. per viol. p. 2. q. 23.* ex facto quidem; tamen canones adnerſari manifeſtum eſt ex illa vniuerſali prohibitione, quam diximus, ne clericus in ius ſæculare vocetur. *Vide Dianam p. 4. t. 1. r. 39.* Ex ijs enim omnibus quæ ex legibus proferuntur nulla canonum exceptio deducitur; ſed illud tantum confici poteſt generatim ex ratione officij, muneris, tutelæ, curatelæ fundari Iudicis quamuis cæteroqnin alieni, iuriſdictio-

dictionem; quam per leges priuile-
8. giatus declinare non poſſit. Nibilo-
Ex priuilegio ſubdiiur ratione muneris clericus laico. minus refert Choppin. *Monaſt.l.1.*
t.3.n.27. priuilegiū Clementis VII.
Regi franciæ conceſſum, vt clerici
in officio regio delinquentes à rege
puniri poſſint; ſub ea conditione,
dummodo in tali officio nō exiſten-
tes clericali priuilegio frui, pront
de iure, permitteret. quæ reſtrictio
& conditio an à praxi recipiatur in
Gallia, non opus eſt inquiri. norunt
lippi & tonſores: interim conceſ-
ſio priuilegij arguit ius eſſe cōtra-
rium, ſed liquet illud legenti loqui
de clerico coniugato, tum etiam
ſi clericus perſonali actione de-
poſiti conueniatur, *vt c. 1. X. de-*
poſ. actor vtique debet ſequi forum
rei. ſi res vendicetur, iure verius eſt
etiam coram eccleſiaſtico eſſe cō-
ueuiendum: praxi magis receptum,
vt reali conuentus rem ſequatur.
ſed maximè quoad res immobiles.
cæterùm clericus a Iudice ſæcnlari
datus ſequeſter, debet reſtituere ei,
& quando Iudex decreuerit; *l. fin.*
§. pen. C. de bon. auth. Iud. poſſid. ipſe
9. Non etiam tanquam depoſitarius. tamen Iudex clericum ſequeſtrum
damnare, aut cogere non poterit. *c.*
1. & 2. X. de for. comp. cauſ. 11. tot. q. 1.
eadem dicenda ſunt de ſequeſtro à
Iudice conſtituto. *v. citatos a Diana*
p.1.t.2.r.21. neque officij commiſ-
ſio exemptionē tollit. *Diana. ibid. r.*
18. neque enim eam exceptionem
aliquis canon exprimit. Nec eſt no-
uum damnari quem ab vno Ju-
dice, & executionem fieri ab alte-
ro, ſub quo res eſt. *c. poſtulaſti. x.*
de iud.

Nibilominùs Iudex ſæcularis re-
10. Poteſt tamen decernere ſecularis rem depoſitam eſſe reſtituendam: idque exequi eccleſiaſticus. ctè poterit in rem ſententiā dice-
re; depoſitum vtique, eſſe reſtituē-
dum; & eccleſiaſticum Iudicem re-
quirere; vt eam ſententiam exe-
quatur in clericos. *Ceuallos de cog.*
per viam viol. p. 2. q. 76.

Aduocati clerici in Curia ſecu-
lari eſſe non poſſunt in negotijs
11. Clericus aduocatus. ſecularibus: nec procuratores, aut
notarij. *c. 1. 2. 3. ne cler. vel Monach. c.*
te quidem. 11. q. 1. & ſi huiuſmodi of-
ficia clericus obiuerit; quamuis a-
ctus valeant quidē, à ſeculari Iudi-
ce puniri non poterit. *Citati a Dian.*
p.1.t.2.r.18. Martha caſ. 115. n. 10.
caſ. 116. n. 7. ſed neque in pecunia- 12. Criminaliter a laico non puniatur, in re ciuili ei non ſuccurritur in quā aduocatum egit.
ria cauſa ab eccleſia ei ſubuenietur.
c. 2. X. ne cler. vel Monach. neque ta-
men de fraude cognoſcet ſecularis;
ſed eccleſiaſticus. *Gloſſ. ibid.* ſed ne-
que teſtes, aut accuſatores laico-
rum eſſe debent, ſicut nec laici cle-
ricorum. *c. ſuper. c. quamquam. 14. q. 2.*
c. ſicut 2. q. 7. & tot. illa quaeſt. ſed ſi de
prelati licentia; teſtis fuerit cleri-
cus; adeumque depellendum cri-
men obijciatur; denuntiatur Epiſ-
copo, vt inquirat, Iudex tamen lai-
cus ſe poteſt eatenus informare,
quatenus requiritur ad fidē ei ab-
rogandam, reſpectu litigantis: non
in damnum clerici. *Martha de iuriſ-*
dict. p. 4. caſ. 117. in fin.

Arbitri clericus ſimul & laicus 13.
cum ſunt à Iudice laico cogi non A clerico & laico arbitris ad quē appelletur.
poterit clericus: ſed vterque à Ju-
dice eccleſiaſtico. *c. ſuſpicionis. de off.*
deleg. an autē vim faciat eccleſiaſti-
cus non admittendo appellationē
à ſententia arbitri. *vide Ceuallos*
de cog. per viol. p. 2. q. 73.

Aſſeſſor laici clericus nec ideo
ſubijcitur. Aſſeſſorum conſilium 14. Aſſeſſor laico clericus non ſubijcitur.
requirere poteſt Judex: *c. ſtatutum.*
§. aſſeſorem de reſcript. in 6. Si tamen
illo indigeat: quod ibidem con-
ſcientiæ illius relinquitur: & obti-
nere dicendum eſt quamuis laicus
foret, etiam in cauſa clerici. Quia
iuriſdictionem non habet, ſed con-
ſiliarius eſt dumtaxat. *l. 1. ſ. 6. & tot.*
tit. D. de off aſſeſſor. etiamſi cauſa cle- 15.
rici agatur coram Iudice laico. Ne- An eſſe poſſit.
que enim id diſertè probibetur.
nec quicquam eo facit c. ad no-
ſtram *X. de reſcript.* quod Martha *p.*
4. caſ. 173. citat etenim illud dum-
taxat in cauſis eccleſiaſticis vetat à
turba vulgari peritorum, & imperi-
torū cauſa perorata peter, quid iuris
conſuetudinarij ſit? tanquam quod
à populo proficiſci debeat, & ſci-

ri: & conſuetudinem contra canonica inſtituta inductam vetat ſeruari: ſed ex his cauſas decidi iubet. ſcripta eſt autem illa decretalis ad Epiſcopum Pictauienſem, quæ patria eſt conſuetudinaria, & repræſentat modum conſuetudinis probandæ, per turbã. quæ admittenda non eſt in cauſis eccleſiaſticis. quia vulgus, vt per mores ſuos inducere poteſt conſuetudinem in temporalibus, ita non poteſt in eccleſiaſticis, & ſpiritualibus negotijs, in quibus non habet, niſi vt obſequatur canonibus, & ſuperioribus eccleſiaſticis. Igitur aſſeſſor Iudicis eccleſiaſtici poteſt eſſe laicus, quia conſilium tantum præſtat, iuriſdictionẽ non exercet. *l. 1. & tot. tit. D. de off. aſſeſſ. Martha de iuriſdict. p. 4. caſ. 174. arg. c. fin. diſt. 38. c. ſi habes 24. c. 3.*

16. Teſtis corã laico clericus ab illo non punitur. Teſtimonium dicens clericus vacillans, aut falſum dicens, puniri nequit à ſæculari, coram quo delinquit: non tantum ex generalibus terminis, quibus neque in ciuili neque criminali cauſa ſæcularis Iudex nanciſcitur in illum iuriſdictionẽ: *c. 1. & 2. c. ſi diligenti. X. de for. compet. auth. ſtatuimus C. de Epiſc. & cler.* ſed etiam quod etſi *in l. nullam, C. de teſtib.* permittitur Iudici punire teſtem coram eo delinquentem, tamen, ſi delictum excedat eius iuriſdictionem, ad ſuperiorem debet referre. *l. diuus Pius, D. de falſ.* cum ergo clerici punitio excedat facultatem Iudicis ſæcularis, deferre debet ad ſuperiorem illius. *Ceuallos de cog. per viol. p. 2. q. 67.* quamuis rectè Iudex

17. Quamuis contra fiat. eccleſiaſticus non tãtum clericum alienæ iuriſdictionis falſum coram eo dicentem, aut falſas literas proferentem, ſed & laicum detinere, ac punire poſſit. *c. 2. X. de falſ. vid. Dian. p. 3. t. 1. r. 60.* ita tamen quod ſi

18. Cognoſcit laicus de falſitate clerici, quatenus negocium coram eo pendens concernit. crimen exigat punitionem excedẽtem terminos pœnarum canonicarum, ſæcularis ſuppleat. *c. cum non ab homine X. de iudic. vid. Dian. p. 1. t. 2. r. 109.* Competit tamen ſæculari Iudici de falſitate per clericum commiſſa eatenus cognoſcere, quatenus opus ſit ad cauſæ expeditionem. *l. 2. D. de iuriſdict. om. Iud.* imo quatenus non tantum ad principalis cauſæ cognitionem opus ſit, ſed etiam ad ciuilem effectum, vt cauſa ob falſitatem in ea commiſſam cadat, ſicut alij. *l. in fraudem. §. quoties apud fiſcum. D. de iur. fiſc.* quam examinat Boerius *deciſ. 291. an aliter in bonis. vide citatos à Ceuallos de cog. per viol. p. 2. q. 74.* an etiam irreuerentem in iudicio, mulctis compeſcere poſſit? Vide Dianam *p. 1. t. 2. r. 25.*

De clerico milite, negociatore, artifice diximus *c. 17. & infrà Lib. 2. c. 9.*

CAPVT XXIV.

De Fori variatione.

Laicus factus clericus poſt iudicium cœptum, ſeu litem cõteſtatam, imo citationem debet coram eodem Iudice ſtare. Quia vbi acceptum eſt ſemel iudicium, ibi & finem accipere debet: *l. vbi. D. de iudic. l. ſi quis poſtea. D. de iud.* nec mutatur ex pòſt facto *l. cum quædam D. de iuriſd. om. Iud.* ſi tamen intra terminum citationi præſcriptum factus ſit clericus, dum vim nondum ſuã exeruit omnino citatio; aiunt citati à Martha nõn arctari clericũ, quin declinare, aut non comparere poſſit. *de iur. p. 4. caſ. 121.* ſed ſi iudiciũ acceptum fuerit contra defunctũ laicum coram ſæculari, an tranſeat in clericum hæredem? negant alij qui apud Dianam *p. 1. t. 2. r. 24. p. 2. t. 1. r. 121.* communiter contra aſſeritur, *ob d. legem vbi cæptum*, quodque hæres & defunctus eadem perſona cenſeantur, & defunctus conteſtando quaſi contraxerit: & apud eum Iudicem perſiſtere, & ſententiam accipere ſpoponderit. *vide Ceuall. de cog. viol. p. 2. q. 40. Fragoſ. Regim. reip. l. 2. d. 4. §. 4. n. 5.*

1. Clericus factus poſt cæptũ Iudicium debet coram eodem Iudice ſtare.

2. Imò poſt citationem, ſed executã.

3. Quin etiam iudicium cum defuncto cœptũ.

Perempta inſtantia *iuxta legem pro-*

4\. Perempta inſtantia factus clericus, priorem judicem declinat.

properando.C.de iud. laicus factus clericus deinceps conueniendus eſt coram eccleſiaſtico.euanuerunt ſiquidem acta perempta inſtantia ordinatoria: quamuis probatoria durent. ideoque reuiuiſcere non poſſunt beneficio Principis in præiudicium iam clerici, & Eccleſiæ.

5\. Nec beneficio quidem Principis reſtituta inſtantia.

arg.l.2.C.vbi & apud quem in integ.reſtit.peti deb. quamuis nondum perempta inſtantia prorogari potuiſſent: ſicut fatalia. *clem.quamdiu de appell.auth.ſi tamen.l.fin.§.fin.C de temp.appell.*

6\. Poſt aditionem Iudicis actor variare non poteſt.

Forum variare clericus vel laicus nō poteſt poſt aditionem prioris Iudicis.ob prænentionem, ac litis pendentiam. *l.poſteaquam.D.de iud.c.propoſuiſti.X.de for.compet.* ſi autem proceſſit via executiua, vnum remedium non impedire alterum ait Matth. *de iur.p.4. caſ.177.* ſed tamen incepta via ordinaria ad hæc non poſſe delabi idem ait.

7\. Poſt delictum ordinatus fit exemptus.

Poſt delictum, tonſuram, ſeu ordinem clericatus, *vt vocat Innocentius III.in c.cum contingat X.de ætat.& qualit.* qui receperit, fit exemptus. *arg.legis qui cum vno.§.reus.D.de re milit.* facit Conc.*Trid.ſeſſ.23.c.*4. ne quis ordinetur, vt fugiat iudicium ſæculare: nam inanis fuga eſſet, ſi fraudulento exemptio non obueniret. *Dian p.3.t.1.r.67.vid.Ceuall.de cog.viol.p.2.q.* 37. nam quamuis in fraudem ordinato, non deſinit imprimi character: quamuis illegitimè collatus. *c.quod tranſlationem.X.de temp.ord.* imo extra homicidiū reus non condemnatus, aut notorius, ordinari non impeditur pœnitens. *c.fin.X.de temp.ord.* eoque conſequitur exemptio ordini conceſſa. vt etſi alioquin ei culpa, aut fraus ſua non deberet patrociuari; tamen priuilegium ordini conceſſum *c.ſi diligenti X.de for.comp.* ob priuati culpam nō debeat aboleri. *c.non debet.de reg.iur.in 6.* id quod eò magis obtinet in eo, qui monaſterium ingreditur. *Dian.p.3.t.1.r.33.* quod non tantum licet innoxijs, ſed & reis criminum

8\. Et monaſterium ingreſſus.

pœnitentibus ingredi. ſed & cogūtur nonnumquam. *Marth.de iur.p.4 caſ.121.n.22.* idem eſt dicendum de clerico delinquente habitu dimiſſo, quem poſt delictum reſumat. *Vide c.27.X.de priuil. Dian.p.1.t.2.r.26 Declarationes S.Congr.n.23.ad calcem part 5.reſ.Dianæ.* niſi ea ſpe deliquerint vt illudant iuſtitiæ. *vt in d.c.27.* ſed ſi contra in habitu incedens delinquat, habitumque deindimittat; à ſæculari etiam puniri poſſe. quia iam ei ſubeſt, nec reus eſſe deſijt: non tamen idem erit ſi momentanea tantum ſit dimiſſio, citra mentē in laico habitu manendi. vt diuertiſſe non dicitur vxor, quæ ſtatum redijt. & de ea videtur intelligenda declaratio Interp. *apud Dian.p 1.t.2.r.32. 33. 79.* ſed an in fraudem gabellarum promotus ſine animo clericandi, ab illis eximatur? Vide *citatos à Dian p.1.t.2.r.43.* non videtur præpoſtera priuati intentio ſacro-politicos effectus publicos impedire. ordini facta conceſſio etiam priuatim immeritos comprehendit.

9\. Et delinquens habitu dimiſſo, quem poſtea reſumit:

10\. Contrà, ſi in habitu clerici delinquat, & illum firmiter deponat.

11\. An in fraudem gabellarum promotus ab illis eximatur?

Jn exilium laicus damnatus, ſi fiat clericus; an iam pœnæ ſubijci poſſit ab eodem Judice, nō ſeruans exilium? & dicendum eſt pœnas, quæ ſine miniſterio Iudicis incurruntur, obtinere: ſed, ob mutatum per tonſuram forum, Iudicem ſæcularem amplius non poſſe cognoſcere, aut ſtatuere de clerico. & pro executione pœnarum ipſo iure incurſarum, requirere debere Judicem eccleſiaſticum: qui in his executionem; in illis etiam cognitionem exhibet. *Vid.Marth.de iuriſd.p.4.caſ.176.Dian.p.1.t.2.r.118. M.Ant.Gen.in prax.c.9. Baſſæi flores v.clericus.n.18.vbi de omnibus huiuſmodi variationibus.*

12\. Poſt relegationem ordinatus incidit in pœnas, quæ ipſo iure ob regreſſum incurrūtur: non quæ per ferendā ſententiam. nec amplius cognoſcit ſæcularis.

Litis pendentia coram vno Iudice non tollit iuriſdictionem alterius: ſed coram illo excipiendum eſt: neque hic per cenſuras & alter per caſſationes poteſt procedere. *Ceuall.de cognit.per viol.p.2.q.155.*

13\. Litis pendentia neutrius tollit iuriſdictionem: ſed de ſuper excipiendum eſt.

CAPVT XXV.

Inuentarij, ceſsionis, pactionis creditorum, euictionis cauſa clericus an coram ſæculari trahi poſsit?

1. Vocari poteſt clericus ſignificatiuè non imperatiuè à laico, ad inuentarium confici videndum.

INnentarium ſi faciendnm eſt, *iuxta l.fin.C. de iure deliberand.* vocari ad illud debent creditores nominatim, ſi ſciantur: per edictum ignoti. cum inter creditores eſt clericus; quæritur, an coram Iudice ſæculari cum reliquis comparere debeat, an totã inuentarij confectionem, tanqnam magis dignus trahat ad Iudicem eccleſiaſticum? an ipſi ſaltem non præiudicetnr in foro ſæculari? de hæreditate quidem agi poteſt, vbi degit hæres: ſed & vbi ſita eſt hæreditas; ſeu illius pars maior: *l.1.C. vbi de hæred.*

2. Citationem iuridicam leges ciuiles nõ exigunt in inuentario.

ſed cum de iure confectio inuentarij non ſit actus indicialis; adeoque non iuridicè citari; ſed certiorari tantum oporteat creditores: nec præſentiam Indicis exigat repertorij confectio, ſed tantum notarij & teſtium: *d.l.fin. §. fin autem in verb. impleatur ſub præſentia tabellariorum cæterorumque qui ad huiuſmodi cõfectionem neceſſarij ſunt: puta*, inquit gloſſa *teſtium, legatariorum, & creditorum:* ſequitur vt quis priuilegio inuentarij gaudeat, *ex d.l fin.* certiorari tantum clericum, vt reliqnos, oportere.

3. Clericus ſi de fraude hæredis queritur, illius forum ſequitur.

qui ſi fraudem hæredis poſtea velit arguere, debet ſequi forũ hæredis, ſeu ſitę hæreditatis. ſed quoniam enaſci ſolent ex inuentario plures qnæſtiones; ſolet confici authoritate Iudicis; & impetrari à Principe literæ, quibus ei etiam authoritas detur citandi non ſubditos. *ex edicto 1611. art. 30. & ſeqq.*

4. Vt edicta hic decernant?

quæ moribus noſtris per ſequelam etiam comprehendent clericum. quod æquitatem habet in ea ſenteutia, quæ in cauſis realibus tradit clericum etiam ſequi forum rei ſitæ, dum illa magis agitari videtur, quàm perſona. *Vide citat. à Diana p.1.t.2.r.20. Marth. de iur. p.4.c.38. Cenallos de cog. per viol. p.2.q.78.*

5. Edicta generalia an arctent clericos?

Citationcs laicorum, aut monitiones per edictum omninm ſua intereſſe pntantium, an arctent clericos? Vide Marth. *de iur. p.4. caſ.37.* & qnæ mox diximus de edicto pro inuentario. &c.

6. In ceſſione debitoris clericos certiorari per laicum poteſt.

In ceſſione bonorum clericus inter reliqnos creditores non mutat cauſæ conditionem. cnm ceſſio fieri poſſit in iure, & extra ius: & *ſufficit*, inquit lex finalis, *D. de ceſſ. bon. & per nuntium, vel per epiſtolam id declarari.* certioratione ergo dumtaxat, non citatione iudiciali eſt opus, vt debitor priuilegio miſerabili fruatnr. ſi fraudem illius clericus velit argnere; ſequatur oportet forum rei.

7. Pro lite cõtra emptorẽ mota clericus venditor ſtare coram ſæculari cogi non poteſt.

De euictione clericus vbi conueniri debear, controuerſum eſt. *apud citatos à Fachinæo controuerſ. lib. 2. c.37. Cenallos de cog. per viam viol. p.2. q.45. Dianam p. 3. t.1. reſ. 22. Fragoſ. Regim. reip. l.2. diſp. 4. memb. 4. n.352.* & quidem, ob priuileginm, cauſam coram ſæculari inſtitutam aduerſus laicum ad forum ſuum reuocare non poſſe, patet ex l. venditor *D. de iud.*

8. Sed neque is cauſam ad eccleſiaſticum extrahere.

neque iuriſdictionis formam ob authoris perſonam immutari: *l.1.C. vbi in rem actio.* cæterum clericnm, cui denuntiata lis eſt, cuique euictionis ea propter periculum imminet, *d.l.1.* nolentem defendere non cogit Iudex ille ſæcularis: cùm ſit extra eius poteſtatem: ſed adeundus eſt eccleſiaſticns: qui id iubeat. vt fecit apud Cenallos Vicarius Toletanus. ſi emptor experiri noluit, denuntiatione contentus, aut à Iudice iuſſus, & deinde condemnatus eſt; de indemnitate aget coram eccleſiaſtico, ſequereturque forum rei.

9. Sed nec quia is venditor à Iudice nõ ſuo cogi poteſt coram eo iuri ſtare.

Enimuero quod de clerico diximus, vt cogi nõ poſſit à Iudice ſęculari ad ſuſcipiendã defenſionẽ cauſæ em-

ſæ emptoris coram eo motæ, rationem habet generalem. quia etſi venditor ſit ſæcularis, ſub eius tamen territorio domicilium non habẽs, ad huiuſmodi defenſionem, aut præſtandam euictionem ab eo cogi non poteſt. quoniam ea ex empto actio eſt perſonalis. quo in genere extra territorium ius dicẽti impunè non paretur. *l. fin. D. de iuriſ. om. Iud.* à qua regula leges hanc ex empto actionem non excipiunt.

10. Denunciari tamen ei poteſt.

Denuntiare quidem debet emptor actionem ſibi eſſe motam, vt poſtea ſibi nõ negetur actio de euictione: *c. fin. X. de empt.* ſed habeat denuntians regreſſum. *l. 29. 53. 55. 63. D. de euict.* idq; iure Romano ab ipſo emptore teſtato fiebat. *l. de teſt. 40. & ibi latè Alciat. D. de verb. ſignif.* praxis induxit, vt ſuas ipſe literas ſeu nuntios mittat Iudex ad venditorem, vt de lite mota certioretur. quã ſi monitionem contempſerit, proteſtari licet emptori aduerſus vẽditorem; & Judici dare declarationem emptori præſtiti officij per factam denuntionem. *Dambaud. in prax. ciuil. c. 134. nu. 11.* iubere autem vt defenſum veniat, aut ad euictionem condemnare, non poteſt. quippe nec ius dicere extra territorium.

11. Et citatus non comparens, dici contumax aut damnari non poteſt.

Sed &, ſi venditorem in ius coram ſe vocauerit, non comparentem declarare contumacem non poteſt. *contumaces*, inquit lex *cõtumacia. 53. D. de re iud. non videntur, niſi qui cum obedire deberent, non obſequuntur: id eſt qui ad iuriſdictionem eius, cui negant obſequi, pertinent.* non pertinẽt autẽ qui extra territorium ſunt: & illos excipit eadẽ lex ab ijs, qui tribus edictis vocati alioquin facti eſſent contumaces. notoriũ ergo cum ſit venditorem extra territorium huius Judicis degentem, ab eo ad mox dictos effectus citari non poſſe, non parere poſſe impunè, *d. l. fin.* adeoque non comparere, ac proinde nec contumacẽ fieri: *d. §. contumaces.* idem ergo de clerico, qui ad tribunal, & Iuriſdictionem ſæcularem non pertinet, dicendum venit.

CAPVT XXVI.

Negligentia Iudicis Eccleſiaſtici, vel eius abſentia non tollit exemptionem cleri.

1. Supplet eccleſiaſticus defectum laici in reddenda iuſtitia, non contra.

DEfectum dilatæ iuſtitiæ per Iudicem ſæcularem, ſupplet eccleſiaſticus. *c. licet c. ex tranſmiſſa X. de for. compet.* non contra clericus trahitur ad Judicium ſæculare. *c. qualiter. X. de iud.* quia minor non corrigit maiorem: ſed contra. *c. cum ſcimus. 9. qu. 3.* & generaliter errantem eccleſiaſticum non corrigit ſæcularis. *c. vnam ſanctam. de maior. & obed. in extrauag. comm. de qua diximus ſupra.* eoq; Conc. Trid. *ſeſſ. 24. c. 20.* cauſas omnes ab Ordinario vult terminari intra biennium à die motæ litis: alioquin liberum eſſe adire Iudices ſuperiores. addit tamen *alias competentes.* non vtique ſeculares: ſed, vt proſequitur *in §. legati* ſuperiores eccleſiaſticos.

2. Non obſtat c. ſi quis 11. q. 1.

Obijcitur quidem c. ſi quis *cum clerico. 11. q. 1.* ſed ſumptum eſt illud ex anthenticorum iure ciuili: cuius fauor, etſi acceptetur, non obligat ad prejudicium: quod eccleſiaſticæ libertati inferre non potuit Princeps ſæcularis. ſed debet omnis oppreſſus ad ſuperiorem eccleſiaſticum appellare, etiam Papam. qui rès intricatas remittit ad Synodos prouinciales annuas. *c. omnis oppreſſus. 2. q. 6.*

3. Nec c. 1. X. de regular.

Obijcitur c. 2. *X. de reg.* vt ſi quis tonſus fuerit ante pubertatem inſcijs parentibus, vel poſt ipſe per vim parentes vel ipſe reclamet apud Epiſcopum, Principem, aut miſſum dominicum: alioquin in clericatu permaneat. quod caput ſumptum eſt ex Concilio Moguntino: eoque perperam Martha *de iuriſdict. p. 4. caſ. 147. num.* 18. nomine Principis Papam intelligit.

4. Per vim tõſus reclamat apud Epiſcopum vel Principem.

neque enim miſſum dominicum eo nomine excludit. facit ergo Cõcilium poteſtatem huiuſmodi iniuriam paſſis reclamandi vel apud eccleſiaſticum Iudicem, vel ſæcularem. Princeps ergo eo loci dicitur territorij dominus hæreditarius. ſub titulo Comitis, Ducis, aut ſimili. miſſi autem dominici erant Iudices territoriorum non hæreditarij: ſed ad vitam, vel tempus dumtaxat prouincijs dati. ea porro optio datur hanc iniuriam paſſis; quia in quæſtionem vocatur ipſa cauſa fundandæ iuriſdictionis eccleſiaſticæ. *iuxta l. pen. D. ad municipal* tametſi planius dicatur correcta eſſe illa loca per d. c. qualiter *de iud.* quoad defectum negatæ iuſtitiæ: per *c. ſi iudex de ſent. exc. in* 6. quoad cognitionem ſuper tonſura: quoad ſuſceptionem religionis per c. 19. *ſ.* 24. *de regul. Conc. Trid.* quamquam dici poſſit in d. c. 2. non agi de examine iudiciali; ſed de prote-

5. Seu poteſt proteſtari, non ideo iudicialiter cauſam ibi inſtituere.

ſtatione ſuper vi, aut defectu ætatis; ne per anni lapſum tonſura habeatur pro ratificata: & excludatur querela: quæ alioquin vbi inſtituenda ſit, ibi non dicitur. quem ſenſum etiam ſubminiſtrat c. cum *virum. X. de regul. in verb. cum eam non conſtet euidenter contradixiſſe*: ad quam dirigitur forma reclamationis *d. c.* 2.

6. Ne quidem in cauſis mixtis defectum eccleſiaſtici ſupplet laicus.

An ſaltem in cauſis mixtis defectus eccleſiaſtici Iudicis per ſæcularem ſuppleri poſſit? diſputatur: & verius eſt, ne poſſit. propter præuentionem. quæ facit perſeuerantiam in eodem foro, ſeu fori linea, & prædicamento, ſi primus Iudex ſibi defuerit, vt quidam vocant. *l. ſi quis poſtea D. de iud. vide Martham de iuriſdict. p.* 4. *caſ.* 146. *& caſ.* 147.

7. Quomodocumque agatur hæc obtinent.

Quod negligentia eccleſiaſtici Iudicis non ſuppleatur per laicum: *d. c. qualiter & quando X. de iud.* non tantum obtinet vbi de iuſtitia partibus exhibenda agitur; vt in *d. c. qualiter.* ſed etiam in criminalibus: ſiue ſit accuſator aliquis, ſiue denuntiator, ſiue negligat inquiſitionem ex officio. neque enim ideo canones clericum redigunt ſub iuriſdictionem laici. vt contra ſtatuunt vt eccleſiaſticus poſſit defectum ſæcularis in exhibenda iuſtitia ſupplere: aut mandare etiam ſub cenſuris ſæculari, vt iuſtitiam exhibeat, aut etiam quoad crimina munere ſuo fungatur. c. final. *ne cler. vel monach. neg. ſecul. in 6. citati à Diana p. 3. t. 1. reſ. 25.*

Similiter qui ſuperiorem in regno non habet clericus, non ideo coram ſæculari poteſt conueniri. vt quidam volunt apud Ceuallos *de cog. per viol p. 2. q. 23. n. 14. Diana p. 4. t. 1. r. 73. &* 80. tum quia Iudicis eccleſiaſtici defectus per ſæcularem non eſt ſupplendus: vt ibidem admittit *ex Farinacio.* argui autem tãtum hic poſſit defectus ſuperioris eccleſiaſtici. & ex propoſito Concilij *Trid ſ. 6. c. 3. ſ. 14. c 4. & 5. & alibi*: at nunquam non patet aditus ad Papam. quod ſi autem res eam moram non patiatur; rectius dicitur ceſſare exemptionem canonicam, vt quis ſubijciatur Epiſcopo loci; quam Judici ſæculari. vt ille quaſi Sedis Apoſtolicæ delegatus procedat potius, quam vt clericus coram ſæculari cauſam dicat. Facilius enim redit res ad naturam ſuam, quam degeneret. Si autem quæratur de Epiſcopo qui ſuperiorem non habet in regno, vt vbique terrarum id occurrit, nullus canon eam exceptionem facit. manendum eſt ergo in regula. 8.

8. Nec ideo ſæculari clericus ſubditur, quod ſuperiorem in regno non habeat.

CAPVT XXVII.

De clerico lite pendente quid attentante, & qui emancipatur.

1. Clericus attentaos ſtare iuri debet quoad attentata poſt cœptum iudicium.

ATtentante aliquid clerico lite pendẽte coram laico, idem laicus attentata decernit reuocanda. quia

da. quia vbi acceptum eſt iudicium ibi finiri debet. *l. vbi acceptum. D. de iud.* quamuis executio reuocationis ab eccleſiaſtico poſtulari deberet. cæterum clericus incompetenter à laico citatus, ſi quid de facto videatur attentare; quoniam Iudex competens non eſt, nec lis pendere,

2. Sed vite ceptum.

nec attentari dicitur. *clem. ſin. vt lit. pend.* non ergo Iudex ſæcularis in clericum aliquid poterit ſtatuere, cum ſua non ſit iuriſdictio: nec inde procedere, aut accipi poſſit iudicium aduerſus clericum. *Vide Ceuallos de cog. per viol p. 2. q. 80.*

3. Vt clericus emancipari poſſit apud laicum.

Emancipatio fieri debet apud Judicem competentem. eius vtique, qui emancipat. *l. 1. & quæ citantur à gloſſ. in verb. triumuiris C. de emãcipat. liberor.* poteſt ergo clericus emancipari apud Judicem laicum: quin &, tanquam ſit actus voluntariæ iuriſdictionis, apud eccleſiaſticum. *Marth. de iuriſdict p. 4. caſ. 108.*

4. Donationis inſinuatio apud vtrũque iudicẽ.

Donationis inſinuatio ex eadem ratione apud vtrumque Judicem fieri poteſt. *Marth ibid. caſ.* 109. ſed apud nos, vt dominium transferatur, rei immobilis traditio debet fieri coram iudice rei ſitæ.

CAPVT XXVIII.

De reconuentione clerici.

1. Vt regulariter clericus coram laico reconueniri poſſit.

CLericum reconueniri poſſe coram laico magis obtinuit. quod iniquum ſit cuius quis in agẽdo obſeruat arbitrium eum contra ſe Judicem dedignari: & mutuæ petitiones eodem iure cenſeri debeant. *c. 2. X. de mutuis petit.* & reconuentio ferè induat naturam defenſionis, exceptionis, ſeu compenſationis à conuento propoſitæ. non tamen ſuper re ſpirituali ſed neque iniuria, crimine, quamuis de eo ciuiliter ageretur. *arg. c. vn. de cler. coniug. in 6. vt volunt citati à Marth. de iur. p. 4. caſ. 190. vid. Ceuallos de cog. per viam viol. p. 2. q. 68. Fragoſ. Regim. reip. l. 2. d. 4. § 4. n. 4.*

2. Etiam in cauſa feudali

Reconueniri in cauſa feudali an clericus poſſit? communis quæſtio eſt; etiam ad laicos pertinens. & vt poſſit ex mutua petitione feudataria, admittitur: ſed an ex cauſa non feudataria? controuertitur: negat Minſing. *obſ. cent. 4. obſ. 90. & ex eo Marth. de iuriſd. p. 4. caſ. 184.* quod reſtrictam ad cauſas feudales tantum iuriſdictionem habeant curiæ pares: quę vt nec à volentibus prorogari poſſit coram alio, abſque domini conſenſu; ita nec coram hoc alia quæſtio per reconuentionem introduci. contra affirmat Gail. *obſ. lib. 1. obſ. 1. num. 57.* eo quod ſint Iudices ordinarij, habentes ex lege iuriſdictionem conſuetudinario quidem feudorum nunc iure probatam: primordialiter tamen magis priuatorum conuentio eſt. quinimo admittitur reconuentio coram delegato: *in c. 1. X. de mut. petit.* tametſi delegati reſcriptum ad ſolas cauſas reſcripto commiſſas extendatur. *c. 34. 35. & tot. tit. X. de reſcript.* quæ ſententia æquior videtur: ex regula cuius in agendo quis obſeruat arbitrium, eundem coram ſe Iudicem habere non debet dedignari. *l. cum Papinianus C. de ſent. & interloc.* quam rationis ordinem videtur vocare d. c. 1. *X. de mut. petit.* & d. lex cum Papinianus, aliæque indiſtincte loquuntur: & reconuentio naturam induere videtur exceptionis, vt diximus.

CAPVT XXIX.

De clerico poſſeſſionis, vel rei cauſa conueniendo.

POſſeſſoria iudicia ferè paſſim in tribunalibus regijs agitantur. quaſi poſſeſſio facti ſit; ac ſuper eo competens eſſe poſſit ſæcularis: & vt quieta ſit reſpublica, vt conſiderat Couuar. *pract. quæſt. c. 35. num. 2. verſ. 6.* ne ſuper poſſeſſione contendentes ad arma proſiliant. quo-

1. Iudices regij hic de poſſeſſorio cognoſcunt inter clericos, etiam de beneficijs: etſi id cum iure ſcripto non ſatis conueniat.

rum cura imprimis regia eſt, & quamuis beneficiorum poſſeſſio ſine titulo eſſe non poſſit, in hoc tamen iudicio ille non penitius examinetur: ſed tantum vt coloratus ſit ſufficiat. quamquam etiam præſertim in poſſeſſorio retinendæ, vtriuſque titulos examinent Iudices ſæculares, ponderent, & ſecundum apparentiorem iudicent. vt in petitoria cauſa Iudici eccleſiaſtico relicta, plenius diſcutiatur. quæ praxis procul dubio eſt contra legem *nulli C. de iud.* quæ vetat alium ſuper poſſeſſione, alium ſuper principali quæſtione Iudicem poſtulare. quam legem etiam obſeruari vult c. *1. X. de cauſ. poſſeſſ.* ita tamen, vt qui reum conuenit ſuper poſſeſſorio coram Iudice ſuo, ea ſibi adiudicata; ſi eſt alterius fori, coram eodem non teneatur reſpondere de proprietate. *c. fin. X. de iudic.* vt regula continentiæ cauſæ non diuidendæ impotentior ſit illâ, quæ actorem iubet ſequi forum rei. ad quam rationem *in d. c. fin.* Poteſtas florentina ſuper poſſeſſorio eligendi rectorem aduerſus communitatem de ſigna cognouerat: & perperam etiam cognoſcere volebat de proprietate, in iudicio ſæculari: quod ibidem improbatur. & à petitorio quidem beneficiorum aliarumque rerum ſpiritualium iudicio abſtinent quidem Iudices regij; ſed quòd inter clericos cognoſcant de poſſeſſorio, qui alias coram ipſis conueniri non poſſunt, ſatis quidem aduerſus ius eſt. quod etiam docet Couar. *pract. q. c. 35.* ſed adeo hîc obtinuit, vt & poſſeſſorium inter clericos de beneficio iudicium nec mixti quidem fori videatur, nec vnquam ferè coram eccleſiaſtico tractetur.

2. Clericus dum durat miſſionis iudicium coram laico ſtat; non poſtea.

Immiſſus in poſſeſſionem clericus à Iudice ſæculari ex edicto d. Adriani, aut ſimili; ſi finitum eſt Iudicis officium, ea ve inſtantia peracta, conueniri deinceps debet coram eccleſiaſtico: & futurus actor forum illius ſequi: ſi autem non eſt finitum; vt quando mittitur tantum in poſſeſſionem, vt tædio affectus debitor compareat, coram eodem Iudice cauſa debet peragi: obtinuit tamen multis locis vt poſſeſſoriæ quæſtiones apud Iudicem ſæcularem agantur. quamuis enim ſola poſſeſſio non faciat quem ſubditum, *l. libertus. §. ſola. D. ad municipal. l. cum neque. C. de incolis lib. 10.* trahit tamen poſſeſſorem ad Iudicem rei ſitæ. *l. fin. C. vbi in rem act.* quia res ipſa potius conueniri videtur, quàm perſona *l. loci corpus. §. ſi aliter fundus. D. ſin reg. l. qui aliena. § ult. D. De neg. geſt. l. Imp. D. de public.* eoque iudicia huiuſmodi realia coram Iudice rei ſitæ paſſim admiſſa ſunt. *d. l fin.* & quamuis iudicia poſſeſſoria ſeu interdicta factum etiam hominis reſpiciant, adeoque & in perſonam ferri videantur, tamen quia circa rem verſantur, eodem ferè ſpectare videntur. Vſu tamen ad Principes trâſlata ſunt. quaſi ad hos quies publica imprimis pertineat: ne quis armis abutatur, vt diximus. quod extenditur etiam à practicis ad cauſas poſſeſſorias beneficiorū. quamuis res ſpirituales non ſubſint laicis. *c. 1. & 2 X. de iud.* & aduerſetur clem. *vn. de cauſ. poſſ. & prop clem. vn. de ſequeſt. poſſeſſ. vide Martham de iur. p. 4. caſ. 38. Layman in Theolog. mor. l. 4. t. 9. c. 2. nu. 10. Diana p. 5. t. 1. r. 23.* & in eo, qui contemnit Eccleſiæ authoritatem, aliquid videtur admitti in c. petimus 11. *q. 1.* ſed non via regiâ ipſa poſſeſſionis ratio, quæ de ſpiritualitate participat in rebus ſpiritualibus, quatenus conſideratur vt iuſta, vtique ex titulo ſpirituali, non vt nuda detentio. & illo modo eſt laicus poſſeſſionis ſpiritualium incapax. *l. cauſam. X. de praſcript.* ſi vero non de iuſta poſſeſſione eſt quæſtio, ſed nudo facto turbationis, poſſet ſæcularis cognoſcere. *Layman ibid. num. 13.* vbi & *num. 12.* rectè explicat l. naturaliter. *§. 1. D. de acq. poſſeſſ.* quod proprietas

3. Principis cura ſpectat ne poſſeſſiones armis vindicentur cum nudum factum inſpicitur.

prietas & poſſeſſio nihil commune habeant quoad acquiſitionem: ſed bene quoad cognitionem. *d.l. nulli.*

Ratione rei non feudalis, an clericus coram Iudice ſæculari conueniri poſſit, grauiter diſputatur de iure. *Auth. vt clerici apud proprios Epiſcopos conueniantur ad eos* remittit; *ſi quis,* inquit, *habet aduerſus eos quamlibet pecuniariam cauſam: & Auth. ſtatuimus C. de Epiſc. & cler. ciuilem & criminalem.* de praxi porro paſſim obtinuit, *Ceuallos de cog. per. viol p. 2. q. 54.* vt conueniri poſſit coram Iudice, ſub quo res ſita eſt: quæ Iudicem faciat competentem: etiam illius, in quem aliâs iuriſdictionem non habet. *l. fin. C. vbi in rem actio.* quaſi res potius quàm dominus conueniatur. vt diximus. ideoque in cauſis etiam rerum eccleſiaſticarum Archiepiſcopus parochiæ, de qua contenditur, aditur. *c. ſane. X. de for. compet.* & priuilegiati etiam cognoſcere debent Ordinarium rei ſitæ. *c. volentes de priuil in 6.* in Brabantia bona amortiſata ad cognitionem eccleſiæ ſpectant: etiã contra laicum. *ex Concordatis. a. 1541.* Cõſtitutio tamen Martini V. & Vrbani VI. *quam refert P. Matth. Sept. Decret. de for. cõp. c. 1. & 2.* neque in reali, neque mixta, neque perſonali permittit clericum à clerico coram laico conueniri: ſed hæc ſententia ſupponit vtique clerici, eccleſiæve rem immobilem non eſſe à ſæculari Iudice exemptam, ſcilicet non amortiſatam. alioquin nec illa videri poſſit conueniri coram laico cui non ſubſit: eoque nec illius cauſa dominus, ſed à praxi in realibus vix recepta videtur. *Argentræus ad conſuet. Brit. art. 44. not. 2. vbi tamen n. 1. de Pontificibus Rom. nimis magiſtraliter loquitur.* & loca quæ citat ſingula ſuam ſolutionem habent. tametſi fatendum ſit *cum gloſ. in c. 11. ſi cleric. X. de for. compet.* ſæpè ab Aula Rom. reſcripta exire in materia reali & ſucceſſionum; ſed ſubreptitia: vt ipſi Pontifices ſæpius reſcripſerunt *in ipſis decret.* quæ citat Argent. & nominatim ſe explicat *Innoc. in c. nouit. X. de Iud.*

4. In actione reali an clericus corã laico conueniatur?

De cenſibus patrimonialibus, à clerico debitis, cognoſcere Iudicem eccleſiaſticum, eo argumento, quod in ciuili & criminali cauſa exemptus ſit; contrà, quod realis cenſuum quæſtio ad ciuilem pertineat, multi volunt. *apud Marth. de iur. p. 4. caſ. 152.* ſed praxis magis recipit, vt & ſæcularis ſit competens. quod maiorem rationem habet in cenſibus dominicis: vt pares curiæ cenſualis cognoſcant. ſicut in feudis etiam canones receperunt. *c. ex tranſmiſſa cum ſeqq. X. de for. compet. c. cæterùm. X. de iud.* quia clerici exemptio iuri dominii nullatenus debet præiudicare; neque directo dominio penes laicum adhuc exiſtenti: cuius ratione moribus inducta eſt iuriſdictio in emphyteuticis, & cenſualibus bonis; ſicut in feudis: in allodialibus autem ea non obtinet; quia optimo maximo iure poſſidentur; ſed tantum illa, quæ ex iure publico naſcitur.

5. An ratione cenſuũm patrimonialium?

In mixtis actionibus, an clericus coram laico conueniri poſſit, acriter diſputatur quidem; & earum natura excutienda eſt. vt ſi perſonales ſint, nõ poſſit. quia citra controuerſiam in his Iudicem eccleſiaſticum adeundum eſſe expeditum eſt. ſin autem reales ſint; recurrit controuerſia an ratione rei clericus coram laico, ſub quo ſita eſt, conueniri poſſit. *de qua diximus ſup.* ex eoque augetur, ſi plures ſint cohæredes, aut conſortes, qui de familia erciſcunda; communi diuidundo, finibus regundis agunt: in quibus idem Iudex, eademque cauſa omnes trahit. *l. 1. D. quibus de rebus ad eundem Iudicem eatur.* Et hæ quidem natura reales magis videntur. præſtationes autem, quæ intercurrunt, perſonales. eoque magis vſu obtinuit, vt coram laico rei ſitæ agantur etſi diſſentiat Marth. *de iuriſdict. p. 4. caſ. 142.* quod ſi autem

6. An in actionibus mixtis?

tem perſonales eſſent; vt ſunt indiuiduæ, actor ſequi deberet forum rei; & alioquin magis dignus traheret minus dignum.

7. Diuiſione hæreditatis?

Diuiſio hæreditatis, rerumve communium iure ciuili à Iudice fit ſingulis partes aſſignando. *l. 7. §. cùm de vſufruct. D. communi diuidundo.* vel diuiſas ſorti committit. *l. 2. C. quando & quibus quarta pars.* iure canonico videtur ſenior diuidere, iunior eligere. *arg. c. 1. X. de paroch.* quod & vſurpatum ab Abraham & Loth. *Gen. 13.* vbi autem canones legibus ſunt contrarij, ſi interueniat perſona clerici, canones eſſe ſequendos ait Martha, *de iur. p. 4 caſ. 189*, quamquam vix illud admittat praxis. quæ ſucceſſionum regulas per mores, aut leges rebus ſcriptas, illa exceptione turbari non patietur.

De emphyteutarum vtili dominio cognoſcere quando directum eſt penes Eccleſiam, vel ſtatuere non ſpectare ad laicos, ſuadere videtur *ex c. quæ in eccleſiarum. X. de conſtit.* vbi de ſtatuto, & de quo quis ſtatuit etiam cognoſcit. *c. 2. de conſt. in 6.* neque ſolum ad effectum ne laicus Eccleſiæ præiudicet: quia d. c. quæ in, arguit de poteſtate, non tantum de præiudicio. quare vbi eccleſia de directo, etiam de vtili dominio ſtatuere poſſe videbitur: propter connexionem. *arg. c. quanto. X. de Iudic.* Vide deciſ. *Rotæ. 19. Ian. 1611. 28. May 1621. ad calcem 5. part. Reſol. Dianæ.* & hæc quæſtio fundamentaliter cohæret controuerſiæ quæ Venetis fuit cum Paulo V. & ſanè maior eſt inter directum & vtile dominium connexio, quam inter proprietatem & poſſeſſionem; & tamen harum continentia diuidi vetatur. *l. nulli. C. de Iudic. Vide quæ dicimus 7. lib. 4. c. 62.*

8. Finium regundorum?

Finium regundorum iudicio clericus in quantum agitur de re ipſa, coram Iudice rei conueniri ſolet. *ex l. 1. C. vbi in rem actio. l. 3. in verb. iuſſione rectoris prouinciæ C. finium regund.* quod ſi autem de præſtationibus perſonalibus agitur, coram eccleſiaſtico conueniendus eſt. contendit tamen Ceuallos *de cogn. per viol. p. 2. q. 128.* ſæculari Iudici terminorum inhiberi potuiſſe, ne aduerſus eccleſiaſticos in controuerſia terminorum procederet.

9. An leges de finibus latæ clerici ſequantur?

Quæritque ibidem an eccleſiaſticus de terminis cognoſcens, ſententiam poſſit exequi, appellatione & nullitatis quæſtione reiecta? Vt admittit lex regia. quaſi lex regia in foro eccleſiæ non obtineat; ſed eccleſiaſticus ſecũdum canones procedere debeat: *c. quod clerici. X. de for. compet.* qui ab hac materia appellationem non remouent. nihilominus in quantum rebus & finibus lex ſcripta eſt *d. l. ſi quis.* non dedignantur canones leges imitari. *c. 1. & 2. X. de noui oper. nunc. c. ſi in adiutorium. d. 10.* & vt ius ciuile Romanorum, ſic & leges regias, atque edicta illius etiam derogatoria in forum eccleſiaſticum admitti eadem æquitas ſuadet: ſi priuilegia non lædant.

In cauſis realibus, ſeu alijs, quibus poſſit clericus coram laico cõueniri: ſi tamen conuentus fuerit coram eccleſiaſtico; rectè actum erit. *l. final. C. de iuriſd. om. Iud.* quippe perſona eius ſemper ſubiecta manet eccleſiaſtico: quamuis quibuſdam ex cauſis etiam ſubijciatur laico: ſeu priuilegio fori nudetur, vt clericus in minoribus non ferens habitum, vel Eccleſiæ non adſcriptus. *Riccius prax. clr. deciſ. 607.* & ita Diana *p. 3. t. 1. r. 48.* ait S. Cõg. reſpondiſſe. nec vllus textus, aliter clericos abdicat; niſi per degradationem, & ſecutam traditionem brachio ſæculari. quare perperam ait Ceuallos *de cog. per viol. p. 2. q. 23.* eccleſiaſticum vim facere procedendo in realibus contra clericum: ſeu ratione officij, ſeu adminiſtrationis. & de caſibus, quos ibidem facit, ſingulatim alibi diximus: & ipſe Ceuallos *ibid. q. 32*, in confra-

10. Et, ſi actori lubet, etiam coram Eccleſiaſtico.

11. Neque crimine ſubiectio amittitur, neque alias eorum etiam, qui fori priuilegio non gaudent.

ter.

ternitatibus laicorum admittit;vt quamuis Iudex laicus ſit competens; non prohibeatur eccleſiaſticus illas viſitare, & decernere. *iuxta c.8.& 9.Conc.Trid.ſeſſ.22.*quod etiam derogat omnibus conſuetudinibus Ordinarij excluſiuis.

12. Executio in bonis clerici vt fiat?

Non igitur Iudex ſæcularis in perſonam clerici, aut mobilia,quæ perſonæ conditionem ſequuntur communi opinione,ſententiã executioni mandare poteſt: ſed requirere debet Iudicem eccleſiaſticum. *l.à diuo pio.§.ſententiam.D.de re iud.*an poſſit aduerſus rem immobilẽ ſub ſe ſitam? pendet ab ea quæſtione, an res immobilis patrimonialis clerici eximatur à iuriſdictione ſæculari, ſicut clericus? de qua re alibi. requiſitus autẽ eccleſiaſticus ſententiam exequitur:niſi appareat eſſe nullam.*l.ſi ſe non obtulit.§.condemnatum.D.de re iud.l.ſi cum nulla.D.eod.l.1.C.de reſtitut.rei iud.*omnia autem acta reuoluere requiſitus Iudex non debet.*l.à diuo Pio.§.ſi poſt addictum.D.de re iud.Vide ĩ lib.4.c.3.27.*

13. Et cum beneficio. c.Odoardus,

Clericus, qui ſoluendo non eſt, gaudet beneficio c.Odoardus *de ſolut.*ne vltra quam facere poteſt, cogatur ſoluere.inſtar militis. *l.miles.D.de re iud.* relinquitur ergo ei tantum ex bonis, quanto opus habet, ne egeat.*l.in condemnatione.D.de reg. iur.* non ergo in carcerem agi poteſt. vt communiter traditur *in. d. l.miles.*nec cogi bonis cedere; minus fructibus beneficij; ipſum etiam beneficium nec volens reſignare poteſt,ſine ſuperioris authoritate. *c.admonet. X. de renunciat.* nec is admittere poteſt, niſi conſtito, quod aliunde commodè viuere poſſit; ſi ad illum titulum eſt ordinatus;aut is illi ſubrogatus ſit.*Conc. Trid.ſeſſ.21.c.2.*

14. Iure Rom. poſſeſſio non tranſit in hæredẽ, ſecus per mores.

Iure Romano hæres non ſuccedit in poſſeſſionem defuncti, ſine reali apprehenſione. *l. cum hæredes. D.de acquir.poſſeſſ.* ſecus obtinet iure Galliæ,& Burgũdiæ. *le mort ſaiſiſt le vif.*vt ſub eo titulo tractatũ ſcripſit Tiraquell. vnde etiam defluxit ad Belgas, poſtquam Burgundi Principes hic imperare cæperunt. vti hanc conſuetudinem recens inductam, & verbum *ſaiſina* nouum inuentum dicit Euerard. *conſ.136.* quod alij noſtro idiomate dicunt, *den dooden erft den leuenden.* Gudelinus legem vocat continuationis dominij. *Iur. nouiſſ. lib. 2. c.18. ſub fin.* Jac.autem Curt.*coniect.t.1.lib.1. c.6.* ſignificare vult verbum *eruen*, hæredem; eoque illud axioma ſignificare hęredem in poſſeſſionem collocari. niſi rectius dixeris hæreditatem capere.vt illud,*eruen*,explicat Euerard. *conſ.141.* deuolui hæreditatem,& inueſtiri. moti autem fuerunt maiores optima ratione:vt ſcilicet hæredibus competerẽt interdicta ſine apprehenſione ſingulorum corporum,aduerſus alio iure poſſidentes, quam relicto à defuncto.quod in Belgis tantum admittit Curtius *ibid. c.7.* pro Gallis etiã aduerſus poſſidentes ex voluntate defuncti. quod & Antuerpienſes hodie vſurpant.ad exemplum fortè legatariorum, quibus etſi vindicatio competat;per manum tamẽ hæredis accipere legatum leges volunt. *l.1.D.quorum legat.* de qua conſuedine iterum latè Kinſſchot. *reſp.1.*vti & Caſſanæus *ad Conſuet.Burg.§.1.de ſucceſſ.num.1.2.3.4.* per ſaiſinam ſuſtinet ceſſare titulum *C. de edicto D. Adrian.toll.*quamuis communẽ ſententiam eſſe in contrarium patet ex ijs,quæ habet Tiraquell.*d.tr.p.2.declar.7.n.13.* & Euerard.*vbi ſup.*ſaiſinã & aditionem eiuſdẽ dumtaxat virtutis eſſe dicit: Bellon. *ſupput.Iur.c.15.lib.4.* nec aliud intendere quam diſponere aduerſus d.l.cũ hæredes: & Bellon.*c.19.n.6.& ſeqq.*ſtricti iuris eſſe, & stricte interpretandam.

Rectè ergo,vt *ex d.l.1.*legatarius rẽ legatam in manum hęredis redactã, mox vindicat; ita & hæres ſcriptus hæreditatem petet,& prouiſionale judiciũ ex edicto *D.Adr.toll.*inſtituere poterit.nã & hoc cõpetit contra 15. Scriptus hæres conuenit agnatum poſſeſſorem ex edicto D. Adrian. toll.

hęredem ab inteſtato poſſeſſionem nactum. *gloſſa in l.2.C.de edict. D.Adriani toll.* & conſtat *ex l.vlt.C.eod.in fin.* vbi dicitur beneficium illius legis eſſe perpetuum, niſi præſcriptũ ſit cauſæ principali: quare neceſſarium eſt, vt hæredes illi ab inteſtato poſſederint; ſactoque hæreditatis poſſeſſionem (ſine qua præſcriptio non procedit) apprehẽderint. verb.legis, *ſiue qui miſſus eſt, ſiue qui antea detinens* &c. *niſi tantum temporis effluxit, quod poſſit vel poſſeſſori, vel qui miſſus eſt* &c. & *ibid.gloſſ.in verb.legitimè,& in caſu poſitione.*

17. Sic & ſaiſitum. Poſſeſſione ergo actuali hæredis nulla eſt ratio vt potẽtior ſit ſaiſina.

Neque per id videbitur illuſoria reddi conſuetudo: nõ magis, quam ratio d.l.1. aut vt prætor dat bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas. tametſi alioqnin vnum beneficium conſumit alterum. *Cuiac.in Paratit.C.de edicto D.Adriani tollend.*

18. An coram Eccleſiaſtico, qui cognoſcat de validitate teſtamenti? Itaque nonnullibi obtinet, vt eccleſiaſtici Iudices etiã inter laicos cognoſcant de validitate teſtamentorum: ſit ergo hæres ab inteſtato declaratus per Iudicem ſæcularem eſſe ſaiſitus; conueniatur coram eccleſiaſtico ſuper validitate teſtamẽti, quod *in prima ſui figura ſine omni vituperatione appareat*, eoque *ex l.vlt.C.de edict.D.Adriani toll.* ille petat per prouiſionem declarari à Iudice eccleſiaſtico illud pro valido haberi, & effectum ſortiri debere: cum beneficia legum ciuilium etiam in foro eccleſiaſtico ſint recepta: *c.1.& tot.tit.X.de noui oper.nuntiat.* dicendum erit iuſtam eſſe, legitimamque petitionem: tametſi ſeculares ægrè tolerabunt, vbi omnia iudicia poſſeſſoria ſolis ſibi competere exiſtimãt. ſed hoc ipſum aduerſus rationem legum eſt; quæ cauſæ continentiam in petitorio à poſſeſſorio vetant diſtrahi. *l.nulli.C.de Iud.*

Si obieceris iure non cognoſcere Iudicem eccleſiaſtieum de temporalibus inter vtroſque laicos; reſpõdeo nudè id verum eſſe: ſed agimus hic vbi ſiue ex intẽtione canonum, ſiue ex conſuetudine de validitate teſtamẽti cognoſcit eccleſiaſticus: ideoq; poteſt is incidẽter cognoſcere de quo non poteſt principaliter.

Quamuis materia incidens fuerit temporalis. *c.prudent. X.de donat. inter vir.& vxor.* cum & alioqnin dignius trahat ad ſe minus dignum. *c.ſolitę.c.illud X.de maior.& obed.c.3.X.de conſecr.Eccl.vel alt.*

CAPVT XXX.

De clerico feudi poſſeſſore.

FEudi poſſeſſor clericus hodie eſſe poteſt, & ſeruire per ſubſtitutum: imo & Epiſcopus. *c.inter dilecto. X.de fid.inſtrum.in verb. Leuitardi Comitis quondam Epiſcopi. vbi Bald. Marth.de iur.p.4.c.97.* taliſergo poſſeſſor conueniri poteſt corã domino feudi. *c.cęterum. X.de iud.c.vn.de ſtat.reg.in 6.* modo conſtet eſſe tale. quando enim controuertitur rei qualitas, in qua iuriſdictio fundatur, cognoſcit Iudex rei, quẽ actor ſequi debet: ſicut clericus laicũ cõuenit coram ſæculari: quamuis rem dicat eſſe eccleſiæ, ſi id laicus negat. *c.ſi clericus laicum. X.de for. compet.* ſic quamuis in Brabantia quæſtiones ſuper bonis amortiſatis ſpectẽnt ad Iudicem Eccleſiaſticum; ſi tamen amortiſata negentur, cognoſcit ſæcularis ſuper amortiſatione. 1. Clericus feudi poſſeſſor corã domino feu curia cõueniri. 2. Si quæritur an feudum ſit, cognoſcit iudex rei.

Feudali in cauſa feudi dominus eſt Iudex competẽs, ſeu illius curia aduerſus clericum etiam, & Eccleſiã. *c.6.7.X.de for.comp. Fragoſ.Regim. reip.l.2.d.4.§.4.n.5.* vtique de proprietate: non tamen de poſſeſſione: ſed hæc quæſtio, vt deferri fere ſolet per mores ad Concilia Principum, ita mero iure intẽtari coram eccleſiaſtico volunt citati *à Dian.p. 3.t.5.r.59. Vide quæ diximus ſ.c.28. ex c.fin.X.de iud.* Sed quid ſi de crimine feloniæ agatur ad effectũ amittendi feudi? latè quærit Marth *de iuriſ. p.4.caſ.89.* citatis in vtramque partẽ authoribus: & verius videtur in cri- 3. Dominus ſeu eius curiæ eſt iudex competens in cauſa feudali. 4. Etiam quoad feloniã clerici.

crimine adnerſns leges fendi commiſſo, vt ſi rem feudalem eſſe negauerit; ſi iniuriam domino fecerit; ſi arcana reuelauerit; periclitantem deſeruerit; infidelis fuerit; coram paribus canſam agendam eſſe: ex claris feudi legibus: & *c. cæterum. X. de iud. c. ex tranſmiſſa. c. verum. X. de for. compet.* indiſtinctè in cauſis feudalibus clericũ ad pares Curiæ remittentibns. cæterum ſi agatur de crimine, v.g. læſæ Maieſtatis, vbi per cõnſequentiam irrogatur confiſcatio bonorum, (pone feudi dominum ipſum Principem eſſe aut à ſupremo Principe etiam ius fiſci habere) tunc clericus coram Iudice ſuo Eccleſiaſtico eſt conueniendus, & damnandus, antequam feudi dominus manum apponat rei feudatariæ. nam perſonam clerici tangere non poteſt: ſed neque adhuc poſſeſſorem vi deijcere, ſed vti requiſitione Iudicis Eccleſiaſtici. *Marth. ibid.*

5. Non aliũd crimẽ, quod feudum nõ ſpectat.

6. Felonia clerici patrimonium illius ſpectat; in Eccleſiaſticis tantum fructus quoad eius tempus amittuntur.

Enimuero feudi amiſſio, ex felonia clerici, ad patrimonium illius pertinet. nam bona eccleſiæ ob clericorum delictum fiſco non applicantur. *clem. nolentes. verſ. nec ſciente. de hæret.* ſi tamen ad clerici v.g. Abbatis ſolius, menſam pertinet feudum, *eo,* inquit *§. fin. de Capitulis Corradi. lib. 2. feud.* viuente, *& Eccleſiaſticum beneficium vel honorem habente, ad Regem pertineat: poſt mortem vero eius, (vel amotionem) ad ſucceſſorem eius reuertatur.*

7. Ex inficiatione iniuſta ad feudi amiſſionem coram Paribus agitur: an feudalis res ſit cognoſcit ordinarius.

Dixi, ſi negauerit rem feudalem eſſe. huiuſmodi enim inficiatione feudum amittitur. cæterũ ſuper ipſa inficiatione non feudi dominus, ſed Iudex ordinarius cognoſcit, an res ſit feudalis. *arg. c. ſi clericus laicum. X. de for. comp. Marth. ibid. n. 26.* poſtquam autem determinatum erit feudalem eſſe, coram paribus quæretur an inficiatio fuerit digna cõmiſſi pœna: an aliqua iuſta ignorantia feudi excuſet amiſſionem.

8. Ad fines oſtendẽdos clericus ad curiam vocatur.

An autem clericus feudatarius à directo domino vocari in curiam poſſit, vt feudi fines oſtendat? & dicendum eſt teneri clericum fines oſtendere, agnita conditione feudi, vt reliquos: & iuri ſtare, citra proteſtationem. quæ pro contumacia accipitur, & vergit ad amiſſionem feudi. *Marth. de iuriſd. p. 4. caſ. 183.*

De reconuentione in cauſa feudali diximus *ſup. c. 26.*

9. Cuique domino de ſuo feudo clericus reſpondet; non alieno.

Diuerſos feudorum dominos clericus habens, an ſub vno de omnibus conueniri poſſit? communis etiam laico eſt quæſtio; & dicendum eſt, non cenſeri cauſarum continentiam: quę radicem vnam, rationemque exigit: ſed diuiduas illas eſſe *l. cum eiuſdẽ in fin. D. de ædil. edict.* adeoque cogi non poſſe ſub vno feudi domino de omnibus cauſam dicere. *Marth. de iuriſd. p. 4. caſ. 189.*

10. Etiam ſuper feudali pignore.

In actione pignoratitia ſuper feudo clericus coram paribus curiæ conuenitur; in quantum realis illa eſt: in quantum autem perſonaliter agitur, ſeu ex contractu pignoris, magis decet vt inſtituatur actio coram Iudice ordinario Eccleſiaſtico quoad clericum: ſæculari, quoad laicum. ſed ſi ſuper validitate ipſius contractus, an licitus, an vſurarius ſit, quæſtio oriatur; ad Eccleſiaſticum pertinet. & vt alibi diximus generaliter de vſuris; & quotieſcumque queritur an actus, peccatũ; an licitus ſit? item quis ſenſus ſit *c. 1. X. de feud. c. 1. in fin. c. 8. X. de vſur.* nũcupatim an, ſi feudum ſeruitium nullum debeat; ſi non annuum, ſed fortnitum aliquando, aut impar fructibus; an nihilominus feudi dominus fructus percipere, & in ſortem non imputare poſſit. quod ſi reali actum ſit ad reſtitutionem pignoris, & oriatur quæſtio de fructuum rationibus ſubducẽdis, tanquam acceſſoria ſeqnetur conditionem principalis: & clericus de illa; vbi de hac, reſpondebit. *Vide Marth. & citatos de iur. p. 4. caſ. 191.*

11. An feudalis contractus vſurarius ſit, cognoſcit Eccleſiaſticus.

12. Ab Epiſcopi Paribus appellatur ad ſuperiorem Curiæ dominum: ab Officiali ad Metropolitanum de iure.

Appellatio ab Epiſcopi Curiæ paribus (nam per hos iudicare debet: *c. fin. ne cler. vel monach. in 6.*)

 defer-

deſertur ad Curiam ſuperiorem: ſi autem ipſe iudicat, ſeu eius Officialis, ad metropolitanum. *c. romana § debet. de appell. in 6.* de quo alibi diximus vix vſu id recipi. quaſi non iudicet, vt talis. *Vide Marth. de iur. p. 4. caſ. 198. Vide ĩ hoc lib. c. 79.*

13. A Rege S. Aplicæ vaſallo an appellctur?

A rege aut Principe vaſallo an appellĕtur ad Papam *arg. c. ad apoſtolicæ. de ſent. & re iud. in 6.* Vide Martham *de iur. p. 4. caſ.* 199. pendet ab inueſtituris, aut indicijs ſubiectionis reſeruatę, vt ſunt cenſus, homagium ligium, & tributa. *c. omnis anima. X de cenſ.*

14. Feudale fidelitatis iuramentum ſi quæritur an ſit validum cognoſcit eccleſiaſticus.

Feudale fidelitatis iuramentum ſi quæritur an valeat, merito ad Iudicem Eccleſiaſticum deſertur cognitio: non tantum reſpectu iurantis, qui ſpiritualiter obligatur; ſed etiam hæredum: an in eos transfuſa ſit obligatio obſeruandi contractus. *vid. Marth. p. 4. caſ. 192. c. intellecto & tot. tit. X. de iureiur. c. venerabilem. § idem etiam X. de elect.*

15. Prælatus vaſallus an prius Papæ, an Regi obſequatur.

Ex cauſa feudi fidelitatiſque obligati prælati an prius Papæ, Epiſcopo, an Regi, Principive obedire, ſeu accedere teneantur? rectè ait Diana *p. 3. t. 1. r. 6.* vinculum ſpirituale præualere temporali. *c. ſolitæ. X. de maior. & ob.* contingit tamen ex cauſa periculi quod ſit in mora, præſumpto ex reuerentia aſſenſu, ſæcularem ptius adeundum eſſe, quam eccleſiaſticum. alioqnin generale eſt, vt vocatus à duobus Judicibus ptius accedat eum, qui eſt maior.

16. Feudalis obligatio reuelaodi quæ faciant ad pernitiē domini, nō ſpectaţ ad ſcientiam pœnitentialem.

Vaſallus non reuelans ſecreta, quæ intellexit vergere in pernitiem domini, amittit feudum. *c. 1. § præterea. qua ſit prima cauſa beneficij amittendi.* quod tamen nullatenus extendi poteſt ad ſcientiam, quam habet feudi poſſeſſor ſacerdos ex confeſſione ſacramentali: quæ nullo caſu reuelationem permittit, ne maieſtatis quidem in crimine. ratio eſt in *c. ſi ſacerdos. X. de off ordin.* quia non ſcit niſi ex purè Dei, non humana ſcientia. vt ne quidem ſi imaginaremur Papam mandate reuelationem, obedire liceret. quoniam obuiaret iuri diuino: atque obedire oportet Deo magis quam hominibus. *Marth. de iur. p. 4. caſ.* 194.

17. Priuilegiū non excuſiendi niſi in quantum facere poſſit habent dominus & vaſallus clericus.

Exceptionem in quantum facere poſſit competere clerico aduerſus Dominū, & Domino aduerſus clericum feudi poſſeſſorē *ex c. unic. de not. feud. l. 2. & c. Odoardus. X. de ſol.* deducit Marth. *de iur. p. 4 caſ.* 186.

18. Et ad paria ducuntur.

Dominum & vaſallum ad paria duci, niſi in quibus eſt ratio diſparitatis, in Eccleſia ſeu clerico examinat Marth. *de iur. p. 4. caſ. 187.*

19. Clerici non rectè vaſalli dicuntur.

Vaſallos ideo clericos non dicendos tanquam obſides, clientes, ſeruitores; ſed potius fideles, ſalua dignitate. *arg. leg. fin. § fin. verſ. ſedendi. C. vbi ſenat.*

20. Feuda Eccleſiæ communem regulam ſequuntur.

Feuda Eccleſiæ conceſſa non dicuntur exempta, ſed ſequuntur aliorum regulam illiuſque curiæ à qua dependent. *Marth. de iur. p. 4. caſ.* 193.

21. Etiam in nouis legibus feudalibus condendis. dūmodo iuri Eccleſiæ nō præiudicetur.

Feudorum iuriſdictionem Princeps minuere non poteſt, quaſi ex contractu competentem: quem Princeps debet ſeruare, ſicut priuati. iuriſdictionum autem terminos à ſe libere conſtitutos, liberè poteſt figere, & refigere: cauſas committere, & auocare; ſubijcere litigantes, & eximere: iubere iudicare, & vetare: iuriſdictiones autem ex contractu competentes non poteſt auferre: niſi qua plenitudine poteſtatis, ex cauſa publica, alicui ſua bona poteſt auferre: ex publico compenſanda. attamen legem condere vt poſſit pro directione iuſtitiæ; tum generalis, tum feudalis; ſupremitati Principis auferri non poteſt. quæ in omnibus actibus, & contractibus cenſetur excepta. vt tamen Eccleſia feudataria per nouas leges minimum lædatur. *Marth. de iur. p. 4. caſ. 190.* 196.

22. An Princeps aduerſus feloniam, clericum reſtituat?

Aduerſus feloniam an Princeps reſtituere poſſit, in præiudicium dite-

directi domini? *Vide latè Marth. de iur.p.4.caſ.195.*

23. *Vacans Imperium an administret Papa, & vacante Papatu illius feuda Imperator?*

Vacante Jmperio adminiſtratio ad Papam pertinet. *c. ſi fratrum. ne ſed.vac.in extrauag.Ioan.XXII.* quamuis conſtitutio Caroli IV. Comiti Palatino Rheni illam tribuit. ſed vereor ne hæc magis ſeruetur, quam illa; aut c. licet *de for. compet. clem. paſtoral. §. fin. de ſent. & re iud.* an autem vacāte Papatu feuda papalia poſſit adminiſtrare Jmperator? *Vid. Marth. & citatos p.4: caſ.197.* & iure quidem ordinario vt mortuo prælato adminiſtrat Capitulum; ita & mortuo Papa non deeſt Cardinalium collegium. alioquin vbi feudum ea lege conceſſum eſt, vt mortuo vaſallo fructus ſpectent ad dominum, donec ſucceſſor fidelitatem iurauerit, admitti poteſt, vt Jmperator manum admoueat; ad terras autem nominatas in clem. *vnic. de iureiurand.* extendere non poteſt.

24. *Feudum antiquum an vt nouū Eccleſiæ concedat?*

Feudum antiquum Eccleſia an in nouum concedere poſſit? aut contra nouum iure antiqui? *Vide c.2.X.de feud. & ibi dd. Marth. de iur.p. 4.caſ.200.*

CAPVT XXXI.

De retractu.

1. *Ius retractus actiuū clerico cōpetit, an & paſſiuum?*

IVs congrui ſeu retractus clericis actiuè concedi deciſum eſt *in c. conſtitutus. X. de in integrum reſtitut.* an etiam paſſiuè aduerſus illos exerceatur? controuerſum. *Diana p.3. tract.3. reſ.43.* & rectè quidem negare videretur Diana, ſi ex ſolo laicorum ſtatuto, quaſi priuilegium concederetur: quod illo vti in fauorabilibus, nō vti poſſint in odioſis: at vero d. c. conſtitutus retractum agnoſcit iuris eſſe conſuetudinarij. adde & natum ex ſimili diuino poſitiuo. *Leuit. c.25.* hodieque vbique ferè gentium receptum. eoque non iam odioſum ſed fauorabile: & ferè non in perſonam; ſed rem dari: vtique vt res vendita retrahi poſſit, oblato per agnatum pretio. adeoque cum ea qualitate res iure affecta ad emptorem clericum venerit, non poteſt videri iniuria, ſi cogatur retrahenti remittere.

Qua eadem ex cauſa, quod ius conſuetudinarium retractus reale ſit, ſi quæratur, vbi clericus ſuper eo conueniri debeat? reſpondendum eſt, vbi in rem actio exerceri debet. eoque per conſuetudines paſſim præſcripta eſt huiuſmodi actionis inſtituendę formulæ: quomodo deſiderium ſuum agnatus proponere debeat, coram Iudice rei ſitæ: quomodo offerri pretium: quomodo denuntiari emptori. quæ niſi ſtrictè ſeruetur, intelligitur retrahens iure ſuo cadere. 2. *Conuenitur vbi in rem actio exerceri debet.*

CAPVT XXXII.

Clerici exemptio an ceſſet in clerico turbante iuriſdictionem laici, corteo, ſæuis & enormibus immixto, læſa maieſtate, violatore pacis, & quid de bonis, & accuſatione?

REpetita hic volumus quæ c. 7. & ſeq. dicta ſunt. Porro iuriſdictionem ſuam turbantes poteſt Iudex eccleſiaſticus etiam per cenſuras coërcere. *c. dilecto. de ſent. excom. in 6. c. ſignificaſti X. de off. deleg.* M. Ant. *Gen. in prax. c. 11.* id etiam firmat in offendentibus curſores curiæ eccleſiaſticæ. vt omnibus magiſtratibus conceſſum dicitur iuriſdictionem ſuā defendere pœnali iudicio. *l.1. D. ſi quis ius dicenti non obtemperauerit.* eoque Ceuallos *de cog. per viol. l. 100. nu. 5.* negat eccleſiaſticum vim facere procedendo per cenſuras, aduerſus laicum turbantem ſuam iuriſdictionem. Sed 1. *Iudex eccleſiaſticus coërcet laicos iuriſdictionem ſuam turbantes.*

I 3

2. Hîc recurritur ad Principem.

hîc ex edicto *4.oct.* 1540.quomodo recurrendum ſit ad regia Concilia diximus *in Iur. pont. nou. anal. de for. comp.n.25.& ſeqq.* quod autem id inferat Guttier. ex eo, quod contrariorum eadem ſit diſciplina, & Reges clericos regiam iuriſdictionem turbantes poſſint expellere, ex facto quidem procedit: cum habeant manum armatam, non iure.

3. Non coërcet laicus clericum.

M. Ant. Gen. in prax. c.*76. vt alibi diximus.& diſertè ſtatuit Vrbanus VI.4. id.dec.1362:quam conſtitutionem refert Petrus Matthæus in ſeptimo decret.de for. comp.c.2.* eoque prætextu vſus eſt Henricus II. Angliæ Rex aduerſus Thomam Cantuarienſem. *de qua re latè Baron. in Annal. Monomachia & Dialogus Richardi Brunæi.*

4. Niſi vis fiat ac ſeditio.

Quod ergo turbans iuriſdictionem regiam, ſeu cuiuſuis Iudicis, clericus ex ciuili quidem iure *l. ad dictos C. de Epiſc. & cler.* coërcetur per Iudicem ſæcularem: ſed & agit de his, qui per vim damnatos eximunt ſupplicio: etſi tanta fuerit, vt bellum videatur, mandat deferri ad Imperatorem: & ſcire Epiſcopos ad culpam ſuam redundare, niſi clericos, & monachos ſuos cohibuerint. Vt ex huiuſmodi caſu ſingulari non rectè ſtatuatur regula communis: minus derogatio canonum clericos eximentium, ſine huiuſmodi exceptione. præterquam, quod ſi priuato liceat vim vi repellere, multo magis id permiſſum ſit Iudici, executionem ſui officij vi, & iudicio defendere. cum etiam prætor edixerit; *Ne quis eum qui in ius vocatur eximat. D. eo tit.* quanto magis rite damnatum ad iudicium ductum? tueri ergo ſæcularis iuriſdictionem ſuam poteſt; non punire clericum. *Dian.p.4.t.1. r.77.*

5. Clericus vt trahat correum laicũ, non contra.

Correus cum laico clericus laicum trahit, vt coram Eccleſiaſtico conueniri poſſit. *c. Ioannes. X. de teſtam c.per tuas. X. de arbit & quæ plura citat Marth.de iur.p.4. caſ.118. Ceuallos de cog.per viol.p.2.q.69.* ita tamen, ſi res ſint indiuiduæ. *vt ibid.nu.* 8.*& ſeqq.* quod idem in clerico & laico criminis correo deducit Marth.*caſ. 119.per legem Aithales. D. de falſ. ac alias.* Neque obeſt lex *ſi quis vxori in princ. D.de furt.* vt vxor furti non teneatur, ſed rerum amotarum: & qui opem tulit, furti teneatur. neque filius patri teneatur furto, vt opinatur *ibid.* quoniam diſpar in vxore, & opem ferente ratio, nomen actionis, & criminis diuerſum facit: alios effectus identitatis non tollit. adeoque cum inter ſe perplexum eſt vtriuſque negocium, eaque cauſæ continentia, vt diuidi non rectè poſſit; merito ad eundem Iudicem magis dignus trahet minus dignum. alioquin ſæcularis Iudex, quamuis clericum ad ſe trahere non poſſit; reum laicum non omittet. *Ceuallos com.q.897. num.567.* quamuis ex Scacia ait Diana *p.3.t. 1.r.1.* S.Cong. cenſuiſſe clericum & laicum violentiæ mulieri illatæ reos, ad eundem Iudicem miſſos.

6. Clericus ſæuis, & enormibus ſe immiſcenis, ter monitus, vt laico ſubdatur?

Sæuis & enormibus clericus ſe immiſcens non eo ipſo ſubditur Judici ſæculari: ſed ſi ter monitus non ſe corrigat; incedens in habitu, & tonſura. *c. in audientia in verb. tertio commoniti. c. in audientia, in fin. c. contingit.eod.c.fin.X & clem.1.de vit.& honeſt. cler.* eoque refert Martha *de iuriſdict. p. 4. caſ. 135. & citati apud Dian.p.3.t.1.r.vlt.* prinilegia Principibus conceſſa trinæ monitionis nonnihil derogatoria. quæ ſi ex lege competerent; ex priuilegio poſtulari non deberent.

Neque obſtat c. perpendimus. *de ſentent. excomm.* cum factum *ibidem* propoſitum reprobetur, cum pœnitentia cõpetens ininngi mandatur; & rei ſatisfactionem obtulerant: vt in ſupplemento narratur: iniuriâ ergo, non iure feciſſe ſe agnouerant. *Vid.Dian.p.1 t.2 r.23.* & de religioſo profeſſo, enormibus immixto, plenius *r.129. & Ceuallos de cog.per viol.p.2.q.75.*

Læſę Maieſtatis crimine an clericus

7. Clericus læſæ maieſtatis reus. ricus Principi obſtringatur? odioſa quæſtio eſt. *Vide citatos à Dianap.1. t.2.r.19.* certum eſt hoc crimen non committi niſi à ſubdito: *clem.paſtoral. §.cæterum.verb. non ſubſuit. de re iud.* ſiue origine, ſiue domicilio. *argumento à contrario ſenſu d. clem. in verb. continuum & notorium domicilium habens.* atqui clerici dicuntur etiam domicilium habere in dominio, & iuriſdictione Principum. *c. fin. in verb. qui ſub ipſius iuriſdictione. de off. deleg. in* 6. videri poterunt ergo in hoc crimen incidere. ſed domicilium reſpectu clerici non ſubijcit illum, niſi ſuperiori Eccleſiaſtico. Vbique terrarum iure ſunt exempti. neque verò res, quas clericus poſſidet, quamuis feuda, perſonam clerici ſubijciunt: ſed naturæ ſuæ illã relinquuntur. vt ſecundum cõtractus, & inueſtituras, quæ imperium non tribuunt, cedant. *d clem. §. denique* iure ſane verius eſt hoc crimen vindicari per Iudicem Eccleſiaſticum, non laicum. *c. ſi quis laicus.* 22. *q.* 5. vbi degradari præcipitur. quod etſi Martha *de iur. p.*4. *caſ.* 133. *nu.*33. de verbali dumtaxat intelligat: quod in pœnis benignior ſit interpretatio facienda: *c.* 49. *de reg. iur. in* 6. & conſpirantes honore clericali tantum priuentur: *c. coniurationem. cum ſeqq.* 11. *q.* 1. tamen ſi in perſonam ipſius ſupremi Principis commiſſum ſit delictum, merito degradatio actualis infligitur: & curiæ ſæculari traditur: ob delicti nimiam grauitatem. *Vide citatos à Diana p.3.t.1.r.16.r.30.* eoque recidit in poteſtatem Iudicis ſæcularis, qui antea illum attingere non poſſit. & vero canones hoc crimen, quantumuis graue, & quamuis propriè loquendo, maieſtatis eſſe daretur, diſertè non excipiunt. & *in c. imprimis.* 2. *q.* 1. Stephanus Epiſcopus de crimine maieſtatis accuſatus fuit, cognouerunt Epiſcopi: & delegat D. Gregorius. cum in regno Neap. monachus curiæ vrbem prodere moliretur Clemens VIII. cauſam Nuncio, & Conſiliario regio clerico commiſit. *Marc. Ant. Gen. in prax. c.* 73.

Non diffiteor, ſi dicamus exemptionem cleri non eſſe à iure diuino, & eccleſiæ ordinatione; ſed magis priuilegio Principum: videri poſſe in ſuam ipſorum perſonam machinaturos clericos intentione Principum comprehenſos non eſſe: & diſputare hîc nolim; an finis ſpiritualis poteſtatis eccleſiaſticæ hoc in caſu neceſſariam exemptionem faciat: neque an praxi contrariæ, pluribus Europæ locis, ſpecialioribus vijs obſiſti deberet; quam per generales canonum, aut Bullæ cœnæ reprobationes: ſanè quomodocumque exemptionem ſuſtineamus, manet tamen fomes aliquis ſuperioritatis regiæ, & ſubiectionis clerici, qua parte eſt ciuis; naturali ratione ſubditus; quamuis, vt clericus, priuilegio exemptus: aliuſque à clerico debetur reſpectus naturali Principi, quam Regi externo.

8. De bonorum clerici confiſcatione ob læſam maieſtatem. Quoad bona vero, præſertim feudalia, non ita impreſſa eſt illis ſanctitudo, ſicut perſonis character clericalis: eoque ſi propius attingi illa contingat à Iudice ſæculari, quam perſonam, minus oppugnat rationem exemptionis. quam ſi, quoad perſonam: per hanc ceſſare diceremus legem *quiſquis. C. ad leg. Iuliam. Maieſt.* ad quam rationem etiam expendendum eſt, quod ait gloſſa *in c. ſatis peruerſum. diſt.* 56. *alijque citati à Marth. de iuriſdict. p.*4. *caſ.* 133. *nu.* 18. filium clerici, tanquam non ſubditi, non teneri ex d. l. quiſquis, quatenus filij reorum læſæ maieſtatis infames etiam fiunt; & pœnam ad poſteros etiam tranſmittunt. infames etiam per canones habentur. *omnes,* inquit c. infames. 6. *qu.* 1. *quos Eccleſiaſtica vel ſæculi leges infames pronuntiant: vel qui contra innocentes Principum animos ad iracundiam prouocant.* ſed omiſſa hac odioſa ſubtilitate in criminibus,

quam-

9. Cognoſcit Iudex Eccleſ. de crimine. quamuis grauiſſimis, exaudiri æquum eſt illud Ioannis Papæ *in c. ſi Imperator diſt. 96. non à legibus publicis, non à poteſtatibus ſæculi; ſed à Pontificibus & ſacerdotibus omnipotens Deus chriſtianæ religionis clericos & ſacerdotes voluit ordinari, & diſcuti*, quæ eo magis recipienda ſunt, dum non perſona Regis offenditur, ſed authoritas; infringendo v. g. eius ſaluum conductum; *de quo Marth. de iur. p. 4. caſ. 134.* vel eius dumtaxat conſiliarios, officiarios &c. offendendo.

10. Accuſator clericus vt in cauſa ſanguinis eſſe nō poſſit, oti neque poteſt de calumnia a laico condemnari; ſed in expenſas litis. Accuſator clericus eſſe non poteſt in delictis grauioribus. *c. his à quibus. 23. quæſt. 8. c. ſacerdotes. 2. quæſt. 7.* ſub pœna carceris: *d. c. de his.* & irregularitatis, ſi ſequatur pœna ſanguinis. *c. ſenten. X. ne cler. vel monach.* nec vnquam ad vindictam publicam, ſed ciuilem dumtaxat iniuriæ reparationem. *c. poſtulaſti. X. c. prælatis de homicid. in 6.* ſub proteſtatione, quod non exigat vindictam ſanguinis. quæ tamen proteſtatio non iuuat teſtem clericum. quia iure prohibetur contra laicum recipi eius teſtimonium in foro, ſed tantum in Eccleſia. *c. teſtimonium 11. q. 1.* & fauorabilius eſt permitti clerico actionem, ne damnum faciat; quam teſtimonium, quo ſe immiſceat rei alienæ. quod adeoque ei prohibitum eſt ſine prælati licentia in ciuilibus negocijs, & cauſa iuſta. ſed ſi eccleſiæ, ſuam, vel ſuorum cauſam proſecutus, licitè accuſauerit, vel aliàs illicitè ſe obtulerit; quærunt an de calumnia puniri, vel in expenſas damnari poſſit? *citati apud Marth. de iuriſdict. p. 4. caſ. 136. nu.* 10. & de calumnia quidem puniri ne poſſit, iuſtè recipitur: propter exemptionem clerici, & ea, quæ ſupra diximus de clerico delinquente coram Iudice laico: quoad vero expenſas, æquius eſt vt poſſit. quia, etſi ea condemnatio pœna ſit temerè litigantium; tamen cohæret cauſæ partium, de qua qui cognouit Iudex, vnicuique ſuum per ſententiam tribuere debet: non minus hac in cauſa; quam quotieſcumque clericus actor ſecutus eſt forum laici.

Publicatio bonorum clerici, ſi ex delicto facienda eſt, quæritur cui ſit applicanda? fiſcum habere Eccleſiam apertè dicitur *in c. nolentes. de hæret. in clem. in verb. fiſco etiam Eccleſiæ applicare. c. excommunicamus. §. damnati. l. ſi quis presbyter. C. de Epiſc. & cler.* vbi, atque alibi inter bona diſtinguitur, vnde nam ſint profecta. & latè tractat Marth. *de iuriſd. p. 4. caſ. 137. Fragoſ. Regim. reip. l. 2. d. 4. §. 4. m. 11.* hic ſufficiat, ob delictum clericorum attingi non debere bona eccleſiæ. *d. clem. nolentes.* ipſorum bona ex ſtipendijs eccleſiæ quæſita, applicantur Eccleſiæ. *d. §. damnati.* qui tamen loquitur generalioribus verbis: *bona damnatorum*, inquit, *ſi laici fuerint conſiſcentur: ſi vero clerici; applicentur Eccleſijs, à quibus ſtipendia perceperunt.* ſed an generalitas illa reſtringenda ſit per illam deſignationem *à quibus ſtipendia* (quo verbo tam fructus, quam diſtributiones ſignantur) *receperunt*, an vero, non cauſa ibi applicationis inuatur; ſed tantū deſignatio ad tollēdam inter eccleſiam originis, domicilij, delicti, beneficij controuerſiam, vt maneat ceterorum regula, *ex d. l. presbyt.* vt bona cedant Eccleſiæ: exceptio in ijs, quæ d. lex proſequitur? & verius eſt præter d. eccleſiarum diſtinctionem omnia relinqui priori iuri. de quo benignius Martha *vbi ſupra*, quam praxis admittat. 11. Clerici bonorum publicatio, vt fiat, & cui applicetur?

Violator pacis clericus bannitur, proſcribitur, viginti libris punitur. *§. ſi clericus de pace tenend.* ſed illa conſtitutio merito irrita cenſetur *Marth. de iuriſdict. p. 4. caſ.* 140. neque enim criminaliter puniri clericus à laico poteſt. obſtantibus œcumenicis canonibus. neque in eo tantum prolabitur; ſed & mox in principio probationem indicit per duellum: contra ius diuinum: explica- 12. Clericus pacis violator quomodo & à quo puniendus?

plicatum etiam per eccleſiæ canones. *tot. tit. X. de purgat. vulgar.* ideoque ſecus hodie in Camera Imperij ſeruatur vt refert *Gail. de pace pub. l. 1. c. 1.* vt qui ab Imperatore feuda ſeu regalia habent in ijs puniantur, non banno & pœnis laicorum, ſimplices vero clerici coram ſuo ordinario conueniantur. idque habeat conſtitutio hodierna ſuper pace publica. quare etſi in cauſa fractæ pacis declinatoria exceptio locum non habeat; ſecus tamen fit in clerico. *idem c. 11. nu. 6.* ſicut etiam his negatur accuſandi facultas in cauſa fractæ pacis: ex ratione eorum quæ mox *num.* 10. diximus: clericis autem Imperij Principibus conceditur. *Gail. ibid. c.* 8. ſed per canones pacis violarores deponuntur. eandemque pœnam comminatur Alexander III. Epiſcopis, qui non allaborant quantum poſſunt, vt pax turbata coaleſcat. c. 1. X. de treuga. *Vide Ceuallos de cog. per viol. p. 2. q. 77.* cogita, quid ſenſerit de illis, qui arma cient, & ipſi pugnant.

CAPVT XXXIII.

De cognitione rerum ſacrarum. De ſacramentis.

A Christo inſtituta eſſe omnia nouæ legis ſacramenta; per eadem omnem veram iuſtitiam vel incipere, vel cæptam augeri, vel amiſſam reparari; non omnes chriſtianos omnium eſſe adminiſtros; receptoſque eccleſiæ catholicæ ritus aut contemni, aut ſine peccato à miniſtris pro libitu omitti; aut in nouos alios per quemcumque etiam eccleſiarum paſtorem mutari non poſſe, ſub anathemate definitum eſt à Concilio *Trident. ſeſſ. 7. in canonibus ibidē propoſitis.* vt tractatio hæc ſit ſacroſancta, ſpiritualis; & quæ ſubijci omnino nequeat laicæ poteſtati. adeò quidē, vt quamuis matrimonium etiam

1. De ſacramentis rite adminiſtrandis omnis cognitio ſacra.

contineat contractum humanum, eoque cenſeantur illius miniſtri ipſimet contrahentes; tamen & antiqui canones illius iudicium ſolius eccleſiæ eſſe declarauerint. *c. multorum.* 35 *q.* 6. *c. auditis. de præſcript. c. accedent. de exceſſ. prælat. latè Couar. de mat. c. vlt.* §. 12. ac denique Concilio *Trid. ſ.* 24. *de mat. can.* 12. detonnerit his verbis; *ſi quis dixerit, cauſas matrimoniales non ſpectare ad Iudices eccleſiaſticos anathema ſit.* non tantum quoad hæreticorum doctrinam, quæ matrimonium ſacramentum eſſe negat, ſed etiam quoad iuriſdictionem, vt ne quidem de eo cognaſcat laicus, quatenus eſt contractus ciuilis, nunc factus altioris naturæ. *Diana p. 7. t. 1. r. 24.* vt ne quidem incidenter coram laico cauſa matrimonialis tractari poſſit. *c. tuā. de ord. cognit. c. lator. qui filij ſunt legit. c. penult. de in integrum reſtitut.* vti nec quælibet ſpiritualia *c. contingit. X. de arbit.* ſolius ſit eccleſię impedimenta matrimonij ſtatuere. *Sanches late de matr. l. 7. diſp. 1. n. 3. Diana p. 5. t. 1. r. 16. Pontius de matrim. l. 7. c. 2. num. 3.* ſed & hic illo rectius, quod eo ipſo, quod ea materia à Chriſto ſacra facta eſt, iam extra iuriſdictionem, & poteſtatem ſæcularem ſit: cum ille poteſtatem admitteret, niſi ſibi eccleſia reſeruaſſet. *Diana p. 2. t. 2. r. 127. & latius p. 7. t. 1. r. 23. 24. 25. 26.* vnde & quædā à iure ciuili vetita, aut permiſſa, canones correxerunt. *Vide Azor. Inſtit. mor. p. 1. l. 5. c. 20.* & quæ iure ciuili ſtatuta ſunt, reprobarunt. *c. fin. X. de ſecund. nupt. & quæ citauimus in Conſult. can. de ſponſal. & matrim. conſult.* 11. eaque ſententia manifeſtè proponitur à Concilio *Trid. ſ. 24. de reform. matr. c.* 1. dum decidit matrimonia clandeſtina liberè contracta, rata & vera eſſe matrimonia, *quamdiu*, inquit, *Eccleſia illa irrita non fecit*: non Principes. eoque irritat, & inhabiles reddit contrahētes citra formā d. c. 1. ideoque & ſolius eſt eccleſiæ de matrimonio cognoſcere. quia cuius eſt legē

2. Singulatim etiam matrimonij cuius hic multi caſus.

K ferte,

ferre, eiuſdem eſt interpretari: cuius canones condere; eius & explicare. *l. omni innouat. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* cuius ſtatuere; eiuſdem & cognoſcere. ſtatutum enim, interpretatio, & cognitio vires ſumit à poteſtate ſtatuentis: eidemque commenſuratur. *Euerard. conſ.* 136. *num.* 20.

3. Vt neque circa acceſſoria matrimonij ſæculares ſtatuant, ſi quod hæc principali impedimẽtū creent.

Sicut ex defectu poteſtatis Principes ſtatuere nequeunt matrimonij impedimenta; aut pœnis diſpenſationes pontificias impedire; *ibid. r.* 17. ex eademque cauſa infert Pontius *vbi ſup. n.* 4. ita neque circa acceſſoria matrimonij ſtatuere poſſe Principes ſæculares: ſi ex eo acceſſorio impedimẽtum fieret principali: ſin minus, neque ſubſtantia matrimonij tangatur; poſſe: v. g. circa dotem, illius lucrum, donationes inter coniuges, ſponſalitiam largitatem, & ſimilia. *Diana vbi ſup.* Vt filia nubat de cõſilio Caij, quod, vt pater, *L. Titio centum. §. 1. D. de condit. inſt. l. 2. C. de Inſt. & ſubſt.* ita ſtatutum decernere poteſt. *citati à Martha de iuriſd. p. 4. c. 1. c. 70. num.* 12. ita, ſi non nupſerit, habeat hoc illudve lucrum: *auth. cui relictum. C. de indict. Vid. Martha ibid. num.* 17. ne ſecundo nubens ſuccedat filia: *ex Baldo ibid.* 27. Vnde cenſenda ſunt & hæc ſtatuta inualida; ne qua extra territorium nubat: *Diana & citati p. 2. t. 2. r.* 56. ne forenſi non ſuſtinenti onera ciuitatis: *Curt. ſen. apud Marth. d. c. 70. n.* 22. ne intra tempus luctus: *c. fin. X. de ſec. nupt.* ne poſſint filijf. nubere ſine conſenſu patris *citati apud Marth. d. c. 70. n. 5.*

4. Non autẽ ſi iuuent intentionẽ Eccleſiæ, vt in matrimonijs filiorum, ſine parentum conſenſu.

Non in eodem mox gradu ſunt edicta, vel ſtatuta pœnam imponentia filijsfamilias, ſi ſine parentum; minoribus, ſi ſine tutorum authoritate matrimonium contraxerint, quod, vt ait Concilium *Trid. d. c.* 1. Eccleſia illa matrimonia ſemper deteſtata fuerit. quatenus tamen pœnæ reſtringantur ad illa matrimonia dumtaxat, quæ eccleſia fuerit deteſtata. vt nullatenus videantur officere libertati matrimonij, ſed tantum pœnis adiectis iuuare eccleſiæ deteſtationem. ideoque edicta hic Caroli V. 1540. & Philippi IV. 1623. à pœnis excipiunt illos, quorum cum parentes aut tutores irrationabiliter diſſentirent; Magiſtratum adierunt, qui cauſa cognita iudicium parentum, tutorumve corrigendo, fecerit contrahendi facultatem. de his egimus *in Notitia Iuris Belgici de ſponſal. in Iuris Pont. nou. anal. eodem tit. nu. 5. & Conſult. can. eod. conſ.* 12. de controuerſia autem ex iure, vide citatos *à Diana p. 2. t. 2. r. 74. 104. Marth. de iuriſd. p. 4. cent. 1. c. 70. Fragoſ. Regim. reip. l. 2. d. 4. §.* 2. Diximus autẽ ſub magiſtratu debere comprehendi & eccleſiaſticũ. quod iuuat d. ratio, quod ad illum propius ſpectet interpretari eccleſiæ deteſtationem, vbi locum habeat, vbi non habeat.

Eodemque modo cenſendum eſt de ſtatutis pœnam imponentibus clandeſtinè contrahentibus: non quidem nullitatis; quia illa eſt extra poteſtatem laicam; vt diximus, ſi circa ſacramẽti ſubſtantiam ordinatur; ſed cauſam lucri alicuius nuptialis, aut ſimilis. ideoque edictum Bleſenſe irrogans nullitatem ob omiſſas denuntiationes, eſt irritum. quia ad ſolam eccleſiã id ſpectat. *d. c. 1. de reform. mat. Trid. in verb. quamdiu Eccleſia illa irrita nõ fecit*: Eccleſia autem tantum illa irritauit, quæ ſine parocho, & teſtibus; non quæ ſine denuntiationibus fierent. quod autem ex iure vetere mutatum non eſt, incorrectum maneat oportet. quia tamen & illa prohibuit *d. Concilium Trident. & Lateranenſe*, ſi ſtatutum pœnam tantum temporalẽ adiungat ad iuuandam eccleſiæ intentionem, tanquam exequendo decretum eccleſiæ; non ita poteſt improbari. *Ceuall. de cognit. per viol. p. 2. quaſt.* 19. etſi diſſentiat Martha *de iuriſdict. p. 4. cen. 1. c.* 71. ſed rectius Sanches, *de matrim. l. 3. diſput. vlt.* vbi 5. In clandeſtinis.

etiam

etiam ait Iudicem ſæcularem clandeſtinè contrahentes ab Eccleſiaſtico punitos, ſed non ſatis, poſſe condignius punire. *arg. c. 2. X. de maled. d. c. felicis. X. de pœn.* quod generatim negat Diana *p. 1. t. 2. r. 107. ob l. ſenatus. D. de accuſ.* vtique cũ lex aut canon aliter non expreſſit: aut vt puniat vterque Iudex ſecundum qualitatem iuriſdictionis: vt vnus canonicas, alter temporales pœnas imponat. ſed de hoc alibi.

6. Obligatis contrahere tergiuerſantibus Si nulla cauſæ cognitione opus ſit.

Pari ratione ſi agatur de mera coactione ſponſorum, vt progrediantur; vide citatos à Diana *p. 2. t. 2. r. 130.* vel coniugum diuertentium, vt regrediantur: *c. non eſt. X. de ſponſal.* ſæcularis, brachio ſuo Eccleſiæ decreta iuuando, poterit pœnas infligere: dummodo ſanè nihil iuris miſceatur: id eſt nullatenus de iure obligationis ſponſalium, aut iure diuortij, tanquam iure, vel iniuriâ facti, ab vlla parte proponatur. Vnde nec ſuper ſponſæ ſequeſtratione ſtatuet. *Dian. ibid. r. 131. Vide c. accedens. X. de procur. de quo egimus in Reſponſ. de Iudic. r. 2. M. Ant. Gen. in prax. c. 25.*

7. An de facti meri quæſtione, an contractum ſit?

Vnde cum de mero facto, an ſcilicet de facto, non autem an ritè ſit contractum matrimonium, quæritur; ſatis quidem probabile eſt mixtæ cognitionis eam controuerſiam eſſe. *Vide Martham & citatos p. 2. c. 8. n. 16. & ſeqq. & Sanches d. diſp. vlt. l. 3. de mat. Fachin. controu. l. 1. c. 44. Fragoſ. Regim. reip. l. 2. d. 4 § 13. n. 141.* verius tamen de iure ſolius Eccleſiæ eſſe. nam quod ex Marci deciſione Martha dicit in quibuſlibet merè eccleſiaſticis articulis ſuper mero facto cognoſcere laicum; aduerſatur c. ſi Iudex *de ſentent. excommun. in 6. § fin.* vbi & facti eſt quæſtio, an quis ſe publicè pro laico geſſerit; pro tali reputatus fuerit; & tamen cognoſcit Eccleſiaſticus: & interim *quiuis proceſſus Iudicis*, inquit, *penitus conquieſcat*: minus verum eſt, quod dum de ſucceſſione agitur, poſſit de incidenti Iudex ſæcularis cognoſcere: quia contradicit c. tuam *X. de ord. cognit. c. cauſam. quæ. & 2. X. qui filij ſint legit.* vbi agitur de ſucceſſione; & Eccleſiæ tribuitur cognitio matrimonij, vnde ſucceſſio dependet. ſed neque verum eſt, quando non inter coniuges, ſed tertios incidenter agitur de matrimonio, poſſe cognoſcere ſæcularem. vt iterum vult Martha *d. c. 8. n. 16.* quia non deſinit ſpiritualis eſſe quæſtio, quotieſcumque de ſubſiſtẽtia matrimonij quæritur; ex eaque quæſtio ſæcularis dependet: nec tollitur incapacitas laici. & in d. c. cauſam non inter coniuges, ſed inter tertios, & nepotes de matrimonio aui quærebatur. & *in d. c. tuam* de matrimonio matris, & alibi paſſim *tit. qui fil. ſint legit.* Et hæc hodie minus controuerti debent, cum non amplius ex ſolo partium contractu, ſeu conſenſu oritur matrimonium; ſed eſt ſeruanda forma Concilij Trid. *de mat. ref. c. 1. ſeſſ. 24.* multa exigens; vt naſcatur matrimonium ijs ex facto ſeruatis: quæ inſtituto, & materia, & obiecto ſunt ſpiritualia. accedit quod Concilium *Trident. de matr. can. 12.* anathematizat eos, qui negant cauſas matrimoniales ad Eccleſiam ſpectare: at eæ dicuntur non tantum cum de iure, ſed & cum de facto quæritur: *c. forus. X. de verb. ſignif.* quodque idem Concilium *ibid. c. 10.* ait, *res ſancta eſt matrimonium, & ſanctè tractandum*, ideoque videtur, non in prophanis iudicijs.

8. An de poſſeſſorio coniugij?

Multo magis dicetur ſolius eſſe Eccleſiæ cognitio, quæ de poſſeſſione coniugij inſtituitur. quippe iuſtificari ea debet ex titulo, qui ſpiritualis eſt, & ſacramentalis: quò pertingere non poteſt laicus. *Molin. tract. de rit. nupt. l. 2. diſ. 10. num. 19. citatus à Diana p. 1. t. 2. reſol. 55. VVameſ. cent. 1. conſ. 42. nu. 9.* etſi diſſentit Theſaur. *def. 117. & Martha p. 2. c. 8. num. 38. & citati. Gutier. can. qq. l. 1. c. 34. num. 45.* alijque. incapaces enim ſunt laici huiuſmodi

ſpiritualis cognitionis non tantum incidenter; *d.c.tuam*, ſed etiam ſummariè diſcutiendæ. *Dian. d. t. 2. r.* 110. vt nec per viam delegationis, niſi Pontificiæ ex certa ſcientia, capaces fiant. *idem r.* 12. & quamquam in poſſeſſorio retinendæ, vel recuperandæ beneficij aliter paſſim ſeruetur; mero tamen iure ſecus cenſendum diximus *in Iur. pont. nou. anal. de cauſſ. poſſ. & prop.* Imo an quis ex habitu, & tonſura ſit in poſſeſſione clericatus, non rectè iudicatum apud Paponem rectè ait Diana *p. 3. t. 1. r. 10. 15.* aduerſus d.c. ſi Iudex. quod eo magis obtinet, quod cenſura veſtis clericalis ad eccleſiaſticum Iudicem ſpectet. *c. clerici & tot. tit. de vit. & honeſt. cler. Diana p. 3. t. 1. reſ. 63. diximus ſupra c. 18. num. 5.* ſed & ſola clericatus poſſeſſio exceptionem declinatoriam tribuit: donec ſuper quaſi proprietate pronuntietur. *Vide Dian. p. 3. t. 1. r. 48.*

9. An de temporali acceſſorio ſpiritualis?

Porro temporale acceſſorium rei ſpiritualis, eccleſiaſticæ cognitionis fit per cauſæ continentiam: quæ diuidi non debet. *l. nulli. C. de iud. qui de matrimonio*, inquit c. prudent. *X. de donat. inter vir. & vxor. principaliter cognouiſtis, & de dote, quæ eſt cauſa incidens, acceſſoriè cognoſcere valuiſtis, & ſententialiter definire.*

10. De puellæ ſequeſtratione, pro libertate matrimonij.

Huc etiam pertinet, vt ſequeſtratio puellæ, de cuius matrimonio, & ad eam neceſſaria libertate, diſputatur, ad Iudicem eccleſiaſticum ſpectet. *Diana & citati p. 1. t. 2. r. 131.* adeo, vt ſi cuius potentia timeatur, extra locum domicilij educi, & loco tuto ſequeſtrari queat. *ibid.* Spectat huc etiam vt laſciuiæ quæ circa matrimonium fiunt compeſcantur. Sic Concilium Laodic. can. 53. non oportet, inquit Chriſtianos euntes ad nuptias plaudere vel ſaltare; ſed venerabiliter cœnare vel prandere, ſicut chriſtianos decet. *Notum eſt*, inquit Auguſtin. *l. 3. aduerſus Parmen. omnibus nugaces & turpes ſaltationes ab Epiſcopis ſolere compeſci.* eaque in re valde laboraſſe Auguſtinũ refert Baron. In Ann. ad ann. 418. quare & Concilium *Trid. ſeſſ. 24. de mat. c. 10.* ſolemnitates nuptiarum certis temporibus prohibet; quibus permittit, *Epiſcopi*, inquit, *vt ea qua decet modeſtia, & honeſtate fiant, curabunt.*

11. De adminiſtratione ſacramentorum ſtatuit ſolus eccleſiaſticus.

De ſacramentorum adminiſtratione ſtatuere ſolius eſt eccleſiæ. ideoque & Apoſtoli prædicauerunt, baptizauerunt, & manus impoſuerint, non obſtantibus prohibitionibus Iudæorum, & paganorum. quare nec prohibere laici poſſunt, ne viaticum ſacerdos peſte infecto miniſtret. quia obedire oportet Deo magis, quam hominibus, vt reſponderunt Apoſtoli *act. c. 4.* ſeparari tamen à ſanis rectè ſolent infectis miniſtrantes: vt ipſi infecti. *c. de rectoribus. c. tua X. de cler. ægrot.* ſed à ſuis ſuperioribus iuſſi, non à laicis. qui in eos mandandi poteſtatem non habent. *c. certum c. imperium d. 10. Vide Marth. de iuriſdict. p. 4. caſ. 73.*

12. Quid de peſte infectis adminiſtrandis?

13. Damnatis ad mortem?

Damnato ad mortem & confeſſio pœnitentialis, & communio permittenda eſt: & cadaueri ſacra ſepultura. *c. quæſitum c. fures. 13. q. 2. c. 2. X. de furt. c. ſuper eo. de hæret. in 6. clem. 1. de pæn. & remiſſ. c. his qui. 26. q. 7. c. quod in te X. de pænit. & remiſ. auth. vt cum de appellat. cognoſc. §. id minus.* Vide libellum Chifletij, quem inſcripſit *Conſilium de ſacramento Euchariſtiæ morte damnatis non denegando.* vbi latiſſimè id proſequitur. eoque Cenallos *de cog. per viol. p. 2. q. 98.* vim non facere ait Iudicem eccleſiaſticum, laico ſub cenſuris vetantem, ne ante reum morti tradat, quam confiteri, & communicare permiſerit. cogere enim ſic poteſt ad obſeruantiam canonum, qui ad ſalutem animarum inuenti ſunt. *c. licet. de iureiur. c. fin. de for. compet. in 6. c. fin. de except. c. decernimus. de ſent. excomm.* id quod etiam decretum eſt apud nos edicto Principis *ad Synodum prouinc. Mechlin. 1607. art. 10.* etiam conſuetudine, ſicubi ſit contra-

ria

ria, non obſtante: & in Hiſpania
edicto Philippi II. 1567. ſed ſepul-
tura morte punitorum *edict. 3. Feb.*
1611. prohibita eſt: & ad exem-
plum, terroremque aliorum cada-
uera iuſſa relinqui in furca. quæ
corporis punitio animæ ſalutem
non impedit. eoque Regibus talem
legem ferre, vbi rei-publicæ expe-
dit, permittendum eſt: non qua
viaticum denegetur extremo ſup-
plicio afficiendis. *d. clem. 1. de pænit. & remiſſ. V. Iuſtitiarios. Couar. l. 2. c. 1. n.*
11. *Chifflet d. conſil. c. 7. & fin.*

14. Diuortium fieri nequit, ſine iudicio Eccleſiæ.

Diuortium non poteſt facere
coniux ſine iudicio eccleſiæ. *c. porro X. de diuort.* ne quidem ob cauſam
morbi ſuperuenientis *c. 1. X. de coniug. leproſor. non debet*, inquit, *alter ſine
altero eſſe diutius.* ſed cogit eccleſia
cohabitare. *c. literar. de reſt. ſpol* ſed
diuertens ad exiguum tempus eo
non pertinet. vt *ex Deciano conſ. 33. n. 2. Ceuallos de cog. per viol p. 2. qu. 103.*
vbi tamen quod ait vim facere ec-
cleſiaſticum, procedētem per cen-
ſuras; cum Eccleſia tantum admit-
tat exhortationem; non ſatis con-
uenit cum d. c. 1. cum Iudex arbi-
tratur alterum ſine altero eſſe diu-
tius: eoque ſubiungit d. c. 1. hæc
verba; *quod ſi mandatum tuum ſeruare
contempſerint, vinculo excommunicatio-
nis adſtringas.* tametſi in caſu lepræ,
ſi induci non poſſint, promittentes
continentiam tolerat. cognoſcit
ergo eccleſiaſticus non ſæcularis,
niſi forte de mero facto. *Fragoſ. Regim. reip. l. 2. d. 4. §. 13. n. 141.* etiam
aduerſus turbantes matrimonia &
detinentes; ne coniuges cohabi-
tent. *c. non eſt. de ſponſal. fragoſ. ibid. n.*
142.

15. Rerum ſacratarum vindicatio coram iudice eccleſiaſtico.

Iconomachi in res ſacras, ſta-
tuas, imagineſque ſacras ſęuientes,
vaſa ſacra, calices, campanas, abſtu-
lerunt, vindicari ab Eccleſiarum
ædituis poſſunt, & detēcatores co-
ram Iudice Eccleſiaſtico, & laico
conueniri. quippe in rem agitur: &
res ipſa magis conueniri videtur,
quam dominus: *l. 2. C. vbi in rem act.*
poteſt vindicatio ſeu quæuis in rē
actio inſtitui coram Iudice rei ſitæ.
l. fin. C. vbi in rem actio ergo & peti
vaſa ſacra, calices, campanæ ſacro
oleo delibutæ, diuino cultui deſti-
natę. adeoque ſicut quæ ſemel Deo
dicata ſunt, non ſunt ad profanos
vſus retrahenda: *c. quod ſemel. de reg. iur. in 6.* ita poteſt ſacra illorum pe-
titio inſtitui coram tribunali etiam
Eccleſiaſtico. tanquam foro com-
petenti rei ſacræ. *c. cum ſit generale. X. de for. compet.* quemadmodum & in 16.
in fauorem eccleſiæ eſt introdu-
ctum, vt malefactores ſuos, qui ſa-
crilegi ſunt cēſendi, venerabilium
locorum Rectores poſſint, ſub quo
maluerint Iudice conuenire. *d. c. cum ſit. c. conqueſtus. X. de for. compet.*
vti etiam apud gentiles ſuper ſi-
milibus rebus Pontifices adiban-
tur. *l. oſſa. 8. D. de relig. & ſumpt. fun.* &
Cicero Orationem pro domo ſua,
à Clodio nulliter conſerata, non
in Senatu, non pro roſtris, non
apud Quirites; ſed apud Pontifices
dixit. idque à maioribus diuinitus
dicit inſtitutum: petitque vt non
tantum ſententijs, ſed manibus
quoque ſuis in ſedibus ſuis eum
collocarent. Reuerentia nihilomi-
nus rerum ſacrarum etiam legibus
curæ fuit *l. nemo deinceps, C. de Epiſc. aud. & tit. Nemini licere ſignum ſaluato-
ris Chriſti humi vel in ſilice ſcul-
pere.*

Qui & malefactores ſacrilegos coërcet.

17. Sacrilegos uterque iudex ſuo modo.

Sane crimen ſacrilegij canones
mixti fori eſſe declarant. *d. c. cum ſit c. quiſquis. 17. q. 4.* itemque Concor-
data Brabantiæ ann. 1541. *§. de cri-
mine ſacrilegij in verb. quo vero ad pæ-
nam canonicam Iudex Eccleſiaſticus co-
gnoſcet, & puniet.* prima autem pars
pœnæ canonicæ eſt, vt iniuſtè abla-
ta reſtituantur. *c. fraternitas. 12. q. 2. c. in leg. ibid. c. de viro. c. pecunia. 17. q.*
4. non enim dimittitur peccatum,
niſi reſtituatur ablatum. & peccati 18.
venia non datur, niſi correcto. *vt in
regulis Iuris.*

Inter eos non tantum auferens, ſed & detinens, contrectās.

In ſacrilegium autem incidit
non auferens tantum; ſed & con-

 tre-

trectans; ſciens aut monitus detinens, inuito domino, aut aliter, quam voluit dominus, rem alienam, ſacramve, in reatu eſt, & minas patitur c. in ſancta. *c. veſtimenta. de conſec. d. 1. in verb. ne pro talibus præſumptionibus iratus dominus plagas imponat populo ſuo.* vt hi etiam qui non peccauerint plagas patiantur, & verb. *ne vltio, quæ Balthaſar Regem* (non is ſacra vaſa abſtulerat; ſed detinebat, & abutebatur) *percuſſit, ſuper tranſgredientes veniat.* &c. Vide quæ vlterius dicimus ſ. c. 57.

19. Si bona Eccleſiæ eſſe negentur, ſequitur actor forum rei. Quod ſi porro res eſſe Eccleſiæ negetur, rigor iuris eſt, vt actor ſequatur forum rei; & laicum coram ſæculari conueniat. *c. ſi clericus x. de for. comp.* quemadmodum & in dictis Concordatis Brabantiæ, ſi bona negentur eſſe amortiſata, cognoſcit deſuper laicus. vt cum alicuius iuriſdictio certam qualitatem exigit, prius debet conſtare de qualitate, in qua illa fundatur. *Gail. de Pace publ. c. 13.* cum ergo laicus conueniri niſi certis in cauſis coram Iudice Eccleſiaſtico non poſſit; debet conſtare huiuſmodi eſſe cauſam, ob quam dies ei dicatur coram eccleſiaſtico.

CAPVT XXXIV.

De immunitate Eccleſiæ.

1. De immunitate Eccleſiæ cognoſcit eccleſiaſticus. Expreſſit id Greg. XIV. in ſua conſt. DE immunitate Eccleſiæ Iudex eccleſiaſticus cognoſcit; tam ex veteribus canonibus, *c. ad Epiſcopos. 17. q. 4. diximus in Iur. Pont. nou. anal de immun. Eccleſ. nu. 7.* quam ſingulatim ex conſt. Greg. XIV. *edita ſuper confugientibus ad Eccleſias incip. cum alias.* etſi non id vbique ſeruatum ante. ex Boerio diximus, quod & docet Chriſtinæus *dec. 15. num. 3. v. 1. dec. 57. vol. 2. d. 46. n. 16. d. 40 n. 9. v. 1. d. 55. nu. 7. & ſeqq.* Gregorius porro XIV. reuocatis omnibus in contrarium priuilegijs, immunitatem vult ſeruari: exceptis quibuſdam caſibus ibidem narratis. quorum aliquo allegato ad inſtantiam Iudicis ſæcularis ab Eccleſiaſtico extrahitur confuga, & carceri mancipatur: donec Epiſcopus cognouerit an immunitate debeat gaudere. eiuſque ſententia obtinet appellatione remora. Eoque & caſus propoſitus à Ceuallos *de cog. per vial. p. 2. q.* 101. an ſcilicet laicus occiſor clerici per ſæcularem Iudicem potuerit extrahi, per Iudicem eccleſiaſticum cognoſcēdus fuit neque reperitur exceptus in d. conſt. Greg. XIV. eaq; non admittit argumentū à maiori vel idētitate cauſæ, & porro c. fin. *de immun. Eccl.* vt per Eccleſiam non defendantur qui committunt in eccleſiam, eoque magis in clericum; non eſt porrigendum extra ſenſum d. c. fin. qui conſiderat eundem actum: in eoque ſpem immunitatis. ſi modo tamen non concurrat qualitas homicidij per Greg. excepta, aſſaſini, proditorij &c. Cognoſcere autem debet Judex Eccleſiaſticus & decidere de crimine immunitate indigno: neque ſufficit contumacialis ſententia: ſed Bulla requirit, vt conſtet de crimine, nec aliter tradi reum Brachio ſæculari permittit. S. Congreg. *Declarat. ad calcem Part. 5. Reſol. Dianæ num.* 42.

Poſtquam igitur ſuperuenit d. Conſt. Gregor. XIV. pro vniuerſali Eccleſiæ regimine, & Dei honore, reuocans ad vnam formam omnia priuilegia, non videtur rationi conſonum ſeceſſionem ab ea facere, eiuſque diſpoſitionem non ſeruare. 2. Greg. XIV. Conſt. ſeruanda.

3. Quouſque ſe immunitas extendat extra Eccleſiam? Eodem pertinet ea immunitas Eccleſiæ, quatenus conceditur non tantum muris ipſius, ſed etiam toti ſpacio quod intra 40. paſſus à matrice Eccleſia, 30. ab alijs continetur. quæ ferè cœmiteria erant, aut clericorum habitacula. quæſitum eſt, an ſi ædes elocatæ ſint laicis, immunitatem retineant? & retinere

tinere rectè cenſuerunt Decianus, Ambroſinus, & Bonacina apud Dianam *p.3.t.1.reſ.71.* quia rei impreſſa eſt ea qualitas; neque per accidentariam habitationem laici mutatur. *Vide quæ dicimus infra de aſylo.lib. 2.c.15.*

4. Omnis indecentia ab Eccleſiis abeſſe debet. Ad immunitatem Eccleſiarum etiam ſpectat, ne lites in illis agitentur. Domus Dei domus orationis eſt. *Matth.21.* eam decet ſanctitudo. *Pſalmo 92. & 75.* omnis debetur reuerentia. *c.decet.de immun. in 6.* abeſſe debet omnis conclamatio, ſeditio, impetus vniuerſitatum, aut ſocietatum, conſilia, placita, ſeu publica parlamenta, profana, vana, fæda colloquia; & quæcumque turbare officium, aut oculos diuinę maieſtatis poſſunt offendere. vt & in eccleſijs nec non earum cæmiterijs ceſſent venditiones, nundinarum, & fori tumultus, iudiciorumque ſæcularium ſtrepitus, ac

5. Iudicia, ſtrepitus forenſis. præcipuè criminalium. *c.decet. de immun.in 6.Conc.Trid.ſeſſ.22.de celeb. miſſar. §. deambulationes. abſurdum eſt enim,* inquit Lucius III. *in c.cum Eccleſia.X.de immun.Eccleſ. & crudele ibi iudicium ſanguinis exerceri, vbi eſt tutela refugij conſtituta.* eoque proceſſus Iudicum ſæcularium ibi exercitus, & lata ſententia omni caret

6. Præſertim ſanguinis. firmitate. *d.c. decet. §. ordinarij.* debentque Ordinarij huiuſmodi Iudices compeſcere. *d.§.ordinarij. Bulla Pij V. inc. cum primum a.* 1566. *apud Barboſ.de offic.paroch.c.13.n.37.* etiam ſub anathemate. *d.c. cum Eccleſia.* adeo vt nec in domibus eccleſiarum placita fieri poſſint. *c. 1. X. de*

7. Prohibenda etiam in domibus Eccleſiarum. *immun.Eccleſ.* Sed neque ſterni accubitus in eccleſia poſſunt. *c. non oportet. cum ſeqq. 42. diſt.* non comediæ aut ſpectacula edi, non chori ſæcularium, aut cantica puellarum *c. cantantes 92. diſt.* non ſaltationes, conniuia, pernoctationes fieri. *Barboſ.de Offic.paroch.c.13.* nō ſupellectilia; niſi ob repētinam neceſſitatem inferri. *c. reliqui. X. de cuſtod. Euchar.*

8. Synodi celebrantur in Eccleſia, & iudicia Eccleſiaſtica. Dicunt canones ſæcularem Iudicem non poſſe iudicia exercere in eccleſijs. Si quidem eccleſiaſtici Synodos celebrare ſolent in eccleſijs. *c. præceptum. 2. q. 2.* in Synodis olim frequentibus etiam cauſæ ſingulorum examinabantur; non tantum canones generales ſanciebantur. *d.c.præceptum.* ad ſanctitudinem domus Dei pertinet non tantum generatim decernere, quæ ſancta ſunt, ſed etiam lapſos iudicijs emendare. quare reprehenditur Epiſcopus Cantuarienſis, quod res eccleſiaſticas non in eccleſia, ſicut eſt canonicum, & honeſtum; non etiam in palatio, non in camera ſua, ſed in camera Regis, contra debitum iuris, & pontificalis officij dignitatem tractaret. *c. qua fronte. X. de*

9. Non hodie forenſia quæ expulſere mundare non parum eõ traxerunt. *appell.* ſed cum hodie ratio iudiciorum eccleſiaſticorum non tam ſit ſancta, quam antiquitus; ſed & in illa irrepſerint forenſia vitia rabularum; vt ſæculares Iudices in publicis locis domos conſtituere iubentur, in quibus placitum teneant; *d.c.1.* ita & ratio ſuaſit, & vſus obtinuit vt fori eccleſiaſtici exercitium habeatur non in eccleſijs, ſed domibus eccleſiarum, palatijs, cameris, ædibuſue Epiſcoporum.

10. Ethnici iudiciam Eccleſia non exercuerunt. Igitur ad immunitatem eccleſiæ pertinet vt iuriſdictionem ibi non exerceat ſæcularis. quin imo eandem reuerentiam exhibuerunt gētiles Romani ſuis delubris. refertq́ue Valerius *maximus lib.1.c.1.* Fabium dictatura, & Gaium magiſterio priuatos, quod quæſtiones etſi paruas audijſſent in templo; Gaium conſulatu Galliæ, & Scipionem Corſicæ priuatum eadem ex cauſa. extat epiſtola Iuliani apoſtatæ, *apud Zozomanum l.5.c.15.* qua Preſidem vetat templum ingredientē ne ſatellitium præcedat: additque rationem, *ſimul,* inquit, *vt ingreditur limen delubri, priuati perſonam induit.* & religioſè ſanxit auth. *de ſanctiſſ. Epiſc. §. ſi quis tam ſacra.col.9.* infe-

11. In templo facta clerico iniuria grauiter punienda.

inferentem clericis iniuriam in templo, cum ſacra myſteria celebrantur, verberibus, vel exilio puniendum: ſi & ipſa myſteria turbauerit, capite.

12. Nec poteſt Eccleſiaſticus permittere, vt ſæcularis iudicia in templo exerceat.

Sed & rectè cenſuerunt Interpretes non poſſe Iudicem eccleſiaſticum facultatem facere ſæculari, vt cauſarũ cognitionem exerceat in loco ſacro. *Ioannes And. in d. c. decet*, cum ratio reuerentię Deo debitæ aduerſetur. quæſitumque eſt an vniuerſitas academica negocia ſua illic poſſit tractare? dicendumque eſt ſpiritualia poſſe; & quę ad reformationem pertinent, laureaſque emeritis dari, & ſimilia fieri, quæ ab eccleſiaſtica authoritate proficiſcuntur. *c. 1. X. de magiſt.* eoque vniuerſitatem, quę regia dumtaxat, non pontificia authoritate inſtituta ſit, & gubernetur;

13. An academica illic poſſint tractari?

negocia ſua tanquam ciuilia in eccleſijs tractare permitti non oportet. *d. c. decet. §. ceſſent.* quare & ſcholares ſi coëant in templo ad tractanda ſæcularia, perperam fecerint. *Ioann. And. ibid.* vbi admittit tamen, vt laici coëant pro re ſacra in eccleſia: v. g. pro cultu alicuius ſancti, vel confraternitate inſtituenda.

14. An rite Pontifex ſæcularia iudicia in templo habita irritet, & qua poteſtate?

Quærunt denique cum iuriſdictiones ſint diſtinctæ, an non videatur Gregorius X. *in d. c. decet* falcem miſiſſe in meſſem alienam? quod Iudicum ſæcularium ſententias irritet; reſponſumque eſt tum ratione loci ſacri, tum peccati iuriſdictionem competere. *Ioan. And. ibid. vt & notatur in c. 1. de vſur. in 6.* ſed & d. pœnam adijci æquum eſt ex regula iuris quod ea quæ contra ius fiunt, debeant pro infectis haberi; & legiſlator congruam legi pœnam poſſit adijcere, & Iudex pœnali iudicio iuriſdictionem ſuam defendere. & quamuis ſæcularis ea pœna videatur; fini tamen ſpirituali ſubſeruit, & eò ſe ſpiritualis ideo authoritas extendit. *iuxta dicta lib. 1. c. 2.*

Per rationes *d. c. decet*, inſertas rectè etiam dicamus admittendum hodie non eſſe quod olim ſtatuit Iuſtinianus *nouell. de mandat. princ. c. 12. public.* vt tributorum ſolutio fieret in ædibus ſacris. quippe & hoc ad menſas nummularias pertinet: quas Chriſtus in templo euertit. *Matth. c. 21.* non ad ſanctitudinem, quæ decet domum Dei; vbi recolendum eſt glorioſum nomen quo ſaluos fieri credentes oportet.

15. Tributorum ſolutio an hodie in templo fieri poſſit?

Ad ſeruandam loci ſacri reuerentiam etiam ſpectat quod Paſqualig. *quaſt. moral. can. q. 175.* refert Vrbanum VIII. 30. Ianuarij 1642. excommunicaſſe quoſcumque quomodocumque ſumentes in eccleſia tubacum in dioceſi Hiſpalenſi. & grauitas pœnarum, & ratio clericalis honeſtatis, actuum prophanorum, & indecentium, tetri odoris infectionis, proborum ſcandali, rerum ſacrarum irreuerentiæ, quæ allegat Vrbanus, faciunt, vt etſi pœnæ ibi præſcritæ non obtineant alibi, non deſinat tamen ſui naturâ eſſe prohibita tubaci in eccleſia ſumptio.

De immunitate eccleſiarum vide Dianam qui ſuarum Reſolutionum Partes fere omnes incipit à tractatu de Immunitate eccleſiaſtica.

CAPVT XXXV.

De ædificandis aut ædificari prohibendis Eccleſijs.

1. De ædificandis Eccleſijs pertinet ad ſolam Eccleſiam ſtatuere.

COnſtanſtinus magnus à Silueſtro ad fidem conuerſus chriſtiãnis vbique locorum & fabricare eccleſias permiſit, & prædia attribuere. permiſit iterum; ſed modum præſcripſit Juſtinianus *in authentica vt nulli fabricare liceat oratorij domos, & in auth. de eccleſ. tit.* ſingulatim ne ſine præuia Epiſcopi licentia & deſignatione id fieret. & quidem ſtatutum id fuit in Concilio

lio Aurelianenſi. *c.nemo.de conſecrat. diſt.* 1. & iam ante ne ſine Romani Pontificis aſſenſu id fieret. *c.de locorum.& ſeqq.ibidem.* ſed forte id non pro orbe vniuerſo ſed prouincia Romana. & quidem Dioniſius Papa parochias diſtinxerat, eccleſias, & cœmiteria tribuerat; excedi vetuerat. *c.Eccleſias.13.q.1.* & plures baptiſmales in vna terminatione eſſe Concilium Toletanum. *c.plures.16. q.1.* Eccleſias, oratoria, capellas, Alexander IV. ab exēptis in locis exēptis ſine Papæ; in non exemptis, ſine diœceſani licentia vetuit conſtrui. *c.4 de priu.in 6.* Conc. *Trid.de regul.c. 3.in fin.* nec exempta ſine Epiſcopi licentia permiſit. de ſecutis Pontificibus plura diximus *in iur.pōt.nou. anal.de regul.n.35.& ſeqq.* cuiuſmodi Eccleſiæ ordinatioues adeo amplexi ſunt pijſſimi Imperatores Carolus, & Ludouicus; vt publica lege, id profeſſi nec ſibi licere, fieri prohibuerint. vt illam ex Baronio recitat Diana *p.1.t.2.reſ.61.* his verbis; *placuit nobis; vt (ſicut ab Epiſcopis, & reliquis ſacerdotibus, ac Dei ſeruis admoniti ſimus) ne capellæ in noſtro palatio, vel alicubi, ſine licentia Epiſcopi, in cuius eſt parochia, fiant.* & Veneti quidem inter cetera quod eccleſias aut monaſteria conſtrui vetuiſſent, in ſua ditione, à Paulo V. admoniti, increpiti, interdictique fuerūt alij. Principes id etiam ſibi licere nonnulli putauerunt: ſed non cum huiuſmodi peruicacia. alioquin aduerſus eam ſibi poteſtatem arrogantes latè & ſeuerè ſcribit Tuſcus *V. libertas Eccleſ.concl.342.num.75.& multis ſeqq.*

2. Agnouerant id pij Impp.

Neque vero Theodoſius *in l. nemo C.de relig.* quam ſibi obijcit Diana, circa eccleſiarum conſtructionem quidquam ſtatuit. agit enim ibi tantum de corpore humano ſepulto ſine Auguſti licētia ad alium locum non tranſferendo. quod pridem & ab ethnicis ſtatutum erat. *l. oſſa.D.eod.* & agitur illis titulis non de eccleſijs; ſed religioſis tantum locis. qualia fiebant ſola corporis humani illatione. eaque violari, tractarive indecenter crimen erat læſæ religionis. quod olim grauiſſimè puniebatur. *l.1.& tot.tit.C.de ſepulc.violat.*

3. Non de eo agit Theodoſ. in l. nemo de religioſ.

Rectè etiam Diana *eodem tract. reſ.128.* non ideo Principibus hanc tribui poteſtatem; quia finis bonus eſſe poſſit: ne vetera loca egeſtate deficiant, & multitudo perniciem adferat: quoniam d.c.nemo ea omnia demādat Epiſcopo. & *in c.omnes* ſingulatim ea cura Epiſcopi prouidentiæ defertur. quod etiam fecit Clemens VIIJ. Paulus V. *in ijs conſtitutionibus, quas vbi ſupra citauimus.* ac deinde Gregorius XV. 17. Auguſti 1621. Vrbanus VIIJ. 28. Auguſti 1624. S. Cong. 21. Junij 1625. *vt citat Barboſa in Collect. DD. ad Conc. Trid. ad d.c.3.n.18.& ſeqq.n.31.& ſeqq.*

4. Nec finis bonus licentiam parit laico.

Enimuero ſi Principes, non authoritate ſua ſtatuendo, ſed præfati ſe id facere ad faciliorem executionem canonū eccleſiaſticorum, cōſtitutionūque apoſtolicarum, quicquā decreuerint, accipienda erunt illorū edicta pro præſtatione brachij, quo gladium exerūt ad defenſionem Eccleſiæ. Vide infra *lib.2.c.16.* aut forte in materia interdictorum: *vt in c.1. 2. 3. 4. X. de noui oper. nunc.* eoque quando Epiſcopi *ex c. ad audientiam. X. de Eccleſ. ædific. Conc. Trid. ſ.21.c.4. ſeu alijs canonibus* id permiſerint, aut Papa legem laxauerit, ſeu aliquibus gratiam fecerit; oportet vt & ceſſet lex executiua dumtaxat, ſæcularis. *argument. l. quod iuſſit. D. de re iudic. l. iudicium. D. de iudic.*

5. Niſi in ſequendo, & exequendo decreta Eccleſiæ.

Iterum ad reuerentiam eccleſiarū ac Dei pertinet, vt eccleſia ſarta tecta ſeruetur. eam curā ſacerdotum eſſe dubitari non poteſt. *c.1.X.de offic. archid.* an etiam aduerſus laicos deſuper Judex eccleſiaſticus ſtatuere poſſit? diſceptarunt aliqui. *v. Marth. de iuriſd.p. 2. c.48.* ſed ratio euincit, vt cauſâ rei ſacratæ perſonæ laicorum cōueniri coram Epiſ-

6. De reparandis Eccleſijs Eccleſiaſticus ſtatuit, etiā in laicos.

copo poſſint. & demum deciſa nunc ea res eſt per Concil *Trid.ſeſſ. 21.c.7.* vt poſſint, parochianique ordine ſubſidiario, *vt ibi*, cogi ad eccleſiarum reparationē. accedit cauſa debiti ſacra, quod cum in parochiali eccleſia debeant ſumere ſpiritualem cibum, aliaque recipere ſacramenta, teneantur ſartam tectam, ordine ſaltem ſubſidiario, ſeruare.

7. Item de deſtruendis, transferendis &c.

Igitur an ædificandæ nouæ, reparandæ veteres; an ſi nimia egeſtate, qui deberēt contribuere, laborent; omittendæ, transferendæ, aut deſtruendæ *iuxta Conc. Trid. ſeſſ.21.c.7.* ad Epiſcopum, ſeu eccleſiaſticum Iudicem ſpectat; non ſæcularem; niſi in ſubſidium, auxiliumve.

8. Eccleſias coguntur laici ab Epiſcopo reparare, ubi tenentur.

Porro Concilium *Trid. ſ.21.c.7.* in defectum eorum, qui fructus ex Eccleſijs parochialibus percipiunt, ad illarum reparationem Epiſcopi *parochianos*, inquit, *omnibus remedijs opportunis cogant*. eoque apertè eccleſiarum reparandarum cognitionē, executionemque, vt tam aduerſus laicos, quā clericos Iudici eccleſiaſtico defert; executionem tamē aduerſus laicos opportuno remedio faciendam inſinuat: adeoque ſecundum diſpoſitionē *c.3.ſ.25.* eiuſdem Concilij. quamuis nōnullibi in praxi regia Concilia adeantur. *Ceuallos de cog. per viol. p.2.q.99.* & per veteres canones, ſi alias negotia, quæ generaliter dicuntur eccleſiaſtica, ab eccleſiaſticis non ſæcularibus ſint tractāda; multo maximè in ipſis eccleſijs id æquum ſit obtinere. *c. decernimus. X. de iud.* vbi & iūgitur, vt prælati ſuo marte illa, *non laicorum*, inquit, *iudicio diſponant: nec propter illorum prohibitionem Eccleſiaſticam dimittant iuſtitiam exercere.*

9. Eccleſiaſtica negocia, magis eccleſiæ, à clero diſponenda.

10. Etſi iure ciuili curæ ædium ſacrarum ad magiſtratū ſæcularem etiam pertineat,

Eccleſiarum reparationis cauſa clericus an à Iudice ſæculari cogi poſſit? Iure quidem ciuili: *l. ſi in aliquam verſ. ædes ſacras. D. de off. proconſul. l. hereditas. in fin. D. de petit. hered.* ad Principem, ſæcularemve Iudicem, atque etiam eccleſiaſticum pertinet cura ædium ſacrarum. Vnde plerique hanc mixti fori faciunt *Pecquius de repar. Eccl. c.28.* qui tamen *ex Ripa c.20.* negat ad ſæcularem pertinere quantum quis ex clero contribuere teneatur; ſed ad ſuperiorem eccleſiaſticum. porro iure canonico tam perſonæ, quam eccleſiæ ad ſolum Iudicem eccleſiaſticum pertinent. etiam ex contentione Ambroſij cum Theodoſio. qui ad Jmperatorem palatia; ad Epiſcopum Eccleſiam pertinere aſſeruit. *c. conuenior. 23.q.8.* niſi fortè recurſu ad Principem opus ſit, ob contumaciam potentiamque aduerſarij. *iuxta c. nec licuit. diſt. 17. c. petimus. 11.q.1.* quemadmodum Synodus prouinc. Mechlin. *1607. tit. 23.* quæ Romæ probata eſt, recurrit ad Principem: quo contentionibus ex diuerſitate conſuetudinum, & prouinciarum obuiam iretur. eo etiam intuitu, quo promptius obedirent laici actores, & decimarum poſſeſſores. Vnde ſecutum eſt Regulamentum ann. 1611. ſeu edictum ann. 1614. *de quo latè diximus in Iur. pont. nou. anal. de reparand. Eccleſ. & in Not. Iur. Belg. de ſacroſanct. Eccleſ.* quod pro dubio interpretando vult ad Regis Concilium recurri. quaſi eius ſit legem interpretari, qui tulerit. alioquin, huiuſmodi circumſtantijs excluſis, nec de re ſacra cognoſcere, nec leges ferre ſæcularis poteſt. In c. filijs *& nepotibus. 16. quæſt. 7.* beneficiario quidem male verſante, Metropolitanus in rebus Eccleſiæ aditur; eoque male officium præſtante Rex aditur: vtique non additur Regem iudicialiter Metropolitanum coacturum: ne ergo alijs canonibus aduerſemur, dicēdum eſt commonitione vſurum Regē, cuius reuerentia defectus emendetur; aut papalis authoritas imploretur. ad quā patroni, de quibus ibi agitur, difficili & ſumptuoſo recurſu grauādi non erant. præſertim in illo ſæculo nōdū diſpoſitis per omnia regna veredis:

11. Vt D. Ambroſius reſpondit ad Imperatorē palatia, ad Epiſcopum Eccleſiam pertinere.

12. Recurritur ad Principē pro ſubſidio, & faciliori executione

13. Vt Princeps prouideat non iuriſdictionaliter.

redis:& clarioribus verbis opus foret ad tribuendam iuriſdictionem in clerum:ad tollendam exemptionem à primis eccleſiæ Concilijs tributam. præterquam quod ille canon non ſit Concilij œcumenici;ſed prouincialis Toletani dumtaxat.

14. Pro ampliandа eccleſia cogi tur quis ſuum fundum vendere,ſed à quo Iudice? Pro ampliatione eccleſiæ cogitur quis vendere vicinam domum, ſeu fundum.*arg.legis ſi quis ſepulc. D. de religioſ.& ſumpt.fun. ita tamen*; inquit, *vt Iudex etiam de opportunitate loci proſpiciat,ne vicinus magnum patiatur detrimentum.* arbitrium hoc ſpectare ad Iudicem eccleſiaſticum, non ſæcularem ait Marth. *& citati p.4.c.171*.praxis magis habet, vt eccleſiaſticus & ſæcularis côueniant, dum reus & fundus ſæcularis eſt,ne forum huius ſequi oporteat. eſt enim alioquin certi iuris ad ſolum Epiſcopum ſpectare deſignationem Eccleſiæ.

15. De pollutione eccleſiæ cognoſcit Iudex Eccleſiaſticus. De pollutione eccleſiæ vtique cognoſcit Iudex eccleſiaſticus: ſicut de conſecratione.contrariorum eadem eſt diſciplina polluitur eccleſia effuſione ſanguinis, *c.vnic.d. Eccleſ.conſecrat.in 6*.vel ſeminis, *c.ſignificaſti. X. de adult.* & aſperſione aquæ benedictæ reconcilianda dicitur. *ibid.* vbi mulier coram Epiſcopo erat crimen confeſſa,ideoque DD.negant,dum occultum eſt,reconciliationem requiri.ne quidem ſi duobus vel tribus notum fuerit. *Abbas ibid.*ſed nec requiritur, vt ſit manifeſtum.quia *in c.1*.correus ne-

16. Punit vtrumque. gabat adulterium,nec aliter probabatur, & tamen indicitur reconciliatio.mixti autem fori punitio erit, tanquam pollutio ſit ſacrılega, & in loco ſacro admiſſa, & ad diuinam irreuerentiam pertinens. quare vt templorum cura clero commiſſa eſt; ita hoc crimen etiam in laico vendicare poteſt. nec non & ſæcularis Iudex in ſibi ſubdito.

CAPVT XXXVI.

De iure ſepulcrorum.

Mixta cauſa videri poteſt cognitio ſepulcrorum. In quantum familiaria aut hæreditaria ſint, *iuxta l.familiaris.D.de religioſ.*quatenus.circa illa vim paſſus quis eſt, aut ius inferendi mortuum quæſiuit:*l.monumenta.C.de legat.* ſæcularis cognoſcere poteſt:ſed in quantum locus eſt religioſus,& extra cômercium *d.l.monument.*ad notionê Pontificum, ſeu Principis olim ſpectabat.*l.oſſa & tot.tit.D.de relig.*in quantum autem agitur de chriſtiana ſepultura, & ſacra; ſicut omnis ſuper illa pactio ad ſimoniam ſpectat, *c. quaſita cum 3.ſeqq.13.q 2.*ita ſolus eccleſiaſticus de re ſacra debet cognoſcere,vt tali.*c.2.& 3.X.de iud.* in quãtum vero ad honores,arma,vel inſignia ſuſpendenda pertinet,cum non diſputatur an illi cõpetant, ſed cui;neque cum eccleſiâ controuertitur;ſed inter hæredes aut familiares ſeu conſanguineos;ad Iudicem ſæcularem cognitio poteſt pertinere. vt de patronatu diximus. iſque defendet tam memoriã defunctorum, quam iura liberorum, hæredumve.*l. Quintus.§. Pomponius D.de annu.legat.Vide Martham de iuriſd.p.2. c.41.*de vi, ſpolio, & poſſeſſorio ſepulcrorum cognoſcere Iudicem ſæcularem latè tradit Ceuallos *de cog.per viol.p.2.q.94.* 1. Ciuiles de ſepulcris quæſtiones ad laicum. 2. Sacræ ad Eccleſiaſticum pertinent.

De ſepultura ſacra,an alicui concedenda ſit,an neganda;non eſt dubium quin decernat & ſtatuat eccleſia.cui traditæ ſunt claues regni cœlorum. 3. Præſertim an alicui ſit neganda an permittenda.

De cadaueribus punitorum etiam decretum eſt, vt in loco ſacro ſi pœnituerint ſepeliãtur. diximus ſupra.c.33. & communionem dari vt ſæculares permittant ex edicto ad Synodum Mechl.*ar.10.*& regula eſt cui cõmunicamus viuo cõmunicamus defuncto.cui innititur d.c. 4. Quid de ſepultura punitorum?

quæſitum. 17. q. 2. ſed vbi edicta ſunt, aut conſuetudo firmata vt cadauera ad exemplum in rota, furca, paribulo relinquantur; vt hic eſt edictum 3. Febr. 1611. & à Romanis vſurpatum, vt probat Greg. *Toloſ. in ſynt Iur. can. l. 1. t. 15. in ſcol.* non poterit eccleſiaſticus vindictam criminum etiam in defuncto impedire; neque ex furca iubere deponi, & ad ſacram ſepulturam deferri.

5. Epiſcopus cognoſcit, & ſtatuit de conſuetudinibus, ſeu iuribus funeralibus.

Epiſcopos de laudabilibus circa funerandum conſuetudinibus cognoſcere, & ſtatuere poſſe, etiam quoad laicos, decretum eſt in œcumenico Concilio ſub Innocentio III. celebrato. *quod refertur in c. cũ laicis X. de reb. Eccl. nõ alien. c. ad Apoſtolicam §. 2. X. de ſimon prauas,* inquit, *exactiones fieri prohibemus, & pias conſuetudines præcipimus obſeruari: ſtatuentes vt liberè conferantur Eccleſiaſtica ſacramenta: ſed per Epiſcopum loci* (nota) *veritate cognita compeſcantur, qui malitioſè nituntur laudabilem conſuetudinem immutare.* Ordinario ergo à iure data eſt facultas compeſcendi eos, qui laudabilem conſuetudinem nolunt obſeruare: *veritate,* inquit, *cognita:* partes ergo etiam audire, & ſuper conſuetudine probationes recipere ad Iudicem Eccleſiaſticum pertinet.

6. Præſertim ſi & eo modo inuenienda ſit congrua parochialis.

Quam communem eccleſiæ deciſionem ſingularis circumſtantia non parum iuuat eo loci, vbi Ordinarius pro inuenienda parochi neceſſaria vitæ ſuſtentatione circa iura parochorum aliquid decernit. cum ratio illius decreti œcumenici ea ſit; quod ſacramentorum & ſacramentalium adminiſtratio ſpiritualis ſit; nec pretio æſtimabilis: & tamen ſecundum Apoſtolum 1. *ad Corint. c. 9. qui in ſacrario operantur, quæ de ſacrario ſunt, edunt; & qui altari deſeruiunt, cum altari participant; ita & Dominus ordinauit ijs, qui Euangelium annuntiant, de Euangelio viuere* Ordinatio etiam hæc domini data erat ijs, qui erant euangelizatori, adeoque eius ordinationis interpretatio, & cura ad eccleſiæ præſides ſpectat.

7. Quã Trid. et curandũ quomodocumque committit, etiam per ſymbola parochianorum.

Sicut etiam poſt veteres canones Concilium Trid. *ſ. 24. c. 13.* portionem congruam parochorum curandam committit Epiſcopis, in verb. *curabit Epiſcopus.* vbi deficientibus beneficijs decimis, primitijs, curat redigi congruam, *etiam per parochianorum ſymbola & collectas, aut qua alia commodiori ratione ei videbitur:* adeoque dicendum eſt, ſi commodior ei videatur, congruam parochorum & miniſtrorum eccleſiæ inuenire per aſſignationem huiuſmodi iurium, eleemoſynarum, aut ſtipendiorum pro ſingulis operis in huiuſmodi functionibus præſtitis; id ei eſſe permiſſum, modumque victus de Euangelio præſcribere, ex Dei ordinatione ijs, qui euangelizant.

8. Quod hic ſine illa exceptione receptum.

Et quidem Concilium Trid. hic à Rege receptũ eſt ſine exceptione decreti d. c. 13. quamuis in edicto *ad Concilium prouinc. Mechlin. art.* 16. pro faciliori executione, non ad derogationem d. c. 13. mandetur Concilijs, & Magiſtratibus, deficientibus alijs medijs, per ſymbola & collectas redigere, quod congruæ portioni deeſſe Ordinarius declarauerit.

9. An Princeps in iſtiuſmodi rebus ſtatuere poſſit?

An autem Princeps in rebus iſtiuſmodi eccleſiaſticus quippiam poſſit ſtatuere, aut ordinationes facere: ſi ad veteres canones prouocemus, negatiua reſponſio nullam habet dubitationem. *c. bene. & ſeq. diſt.* 96. & in terminis de mortuarijs ſtatuere ſæcularibus interdicitur *c. fin. X. de reb. Eccl. non alien.* vnde quærit Diana *in reſ. moral. p. 1. t. 2. de immunitat. Eccleſ. reſ.* 64. an Principes, ſi per aliqua ſtatuta diſponant de his, quæ ad funera, & exequias pertinent; faciant contra libertatem eccleſiaſticam, & ſint excommunicati? reſoluitque, cum pluribus quos citat, diſponere non poſſe Principes de his, *quatenus ſpectant,* inquit,

quit, *ad clerum, cultum diuinum, aut animarum ſalutem, puta de numero miſſarum, de candelis, de eleëmoſyna clericorum, & de eorum numero, vel religioſorum, qui debent comitari funus, & ſimilibus.* refertq́ne in regno Siciliæ agitata ſuper huiuſmodi iuribus controuerſia, Proregem nihil voluiſſe innouari.

Porro in Brabantia in Concordatis *inter Carolum V. & Epiſcopum Leodienſem initis anno* 1541. (quæ etiam agnoſcit Wameſ. *conſ. can. t. 2. conſ. 434.*) *§. in cauſis mere eccleſiaſticis* refertur cauſa iuris funerandi, anniuerſariorum, ſepulturæ, oblationum, & aliorum debitorum ad cauſam ſeruitij Eccleſiaſtici, ita quod *Iudex etiam Eccleſiaſticus*, inquiunt, *etiam contra laicos poterit cognoſcere in petitorio* adeoque ſtatuere, & regulamenta facere. *per ea quæ allegat Euerard. conſ.* 136. *n.* 20. adeoque eadem concordata deſiderant *in fin. d. §.* per Ordinarium prouideri aduerſus exactiones, *quæ fiunt in ſacramentalibus*, inquiunt, *iuribus funerandi, anniuerſarijs, ſepulturis, & alijs iuribus ſpiritualibus.* Ad eccleſiaſticum ergo pertinet de huiuſmodi iuribus ſtatuere, & cognoſcere etiam de ſtipendijs officiariorũ. *Vide Fragoſ. Regim. reip. l. 2. d. 4. § 4 memb 9.* Id quod etiam iuuat ratio, quod ea, quæ ad pietatem pertinent, ad iuriſdictionem Epiſcoporum referantur. vt plura ſunt ſub tit. *Codicis de Epiſcopis & clericis, de Epiſcopali audientia, & diuerſis capitibus quæ ad ius curamq́ue & reuerentiam pertinent Pontificalē*: præſertim quæ originem ſuam debent literis ſacris, & Eccleſiæ. *Conuar. var. lib. 3. c. 3. in princ. Abbas & dd. in d. c. cum ſit generale.* quia ſicut ciuilium legum debet eſſe ciuilis executor, ita ſacrarum, & eccleſiaſticarum Iudex Eccleſiaſticus. *c. ſicut.* 11. *q.* 1. officia autem quæ defunctis præſtantur, originem habent à literis ſacris, & ordinatione Eccleſiæ. *cauſ.* 13. *q.* 2. *per tot.* eccleſiaſtica hæc dicuntur, & ſpiritualia ſunt. *c. in noſtra. c. ſacris. c. fraternitatem. X. de ſepult. clem. dudum. §. vero. eod. extrauag. ſuper. eod. in commun.* adeo vt ea cognitio, an quid prauitatis habeant, priuatiuè dicenda ſit eſſe cognitionis eccleſiaſticæ. *dd. in d. c. cum ſit generale.*

CAPVT XXXVII.

De beneficiorum prouiſione, an aliqua mixtæ authoritatis eſſe queat?

NVllatenus electionibus, prouiſionibus, collationibus inueſtituris Epiſcoporum, aliorumque Eccleſiaſticorum iure immiſceri poſſe laicos multis tractatur apud Mártham *& ab eo citatos de iuriſdict. p. 2. c. 33. & c. 40. & Chokier vindiciar. libertat. eccleſ. p. 2. c. 3. 4. 5.* neque mixti fori eſſe, niſi fortè ex priuilegijs apoſtolicis, de quibus ibidem latius. *diximus aliquid in Iur. pont. nou. anal. de elect. n. 1. in Conſult. can. de præb. conſ.* 4. ſed & eadem priuilegia de collatione, ad iuriſdictionem trahi non poſſe: Marth. *d. c.* 40. *n.* 17. *& ſeqq.* quinimo verba collationis ad præſentationem, nominationē, ſimilemve legitimũ modũ aptum perſonæ, cui conceduntur, & ſubiectæ materiæ, ciuili modo, & ſecundum intellectum legis eſſe accipienda. *ibid. n.* 23. 24. 25.

1. Electionibus vt laici ſe immiſcere non poſſint.

2. Niſi ex priuilegio.

Conceſſum eſt etiam multis Principibus vt in locis limitaneis, nonniſi inde oriundi, non ſuſpecti, imo grati debeant eſſe promouendi. de ſuſpectis citati *apud eumdem Mártham d. c.* 40. *nu.* 26. 27. de regnicolis, vt non per Principum placita, ſed priuilegia apoſtolica ea qualitas exigatur, citati *apud Dianam p. 3. t. 1. reſ.* 26. apud Belgas eſt conceſſio Leonis *X. 2. Id. Iun.* 1515. Carolo Principi facta, ne in his ditionibus de dignitatibus poſſint aliqui, *niſi de locis*, inquit, *tuæ ditioni ſubiectis exiſtant, aut tibi grati, & accepti, de alijs lo-*

3. Vt conceſſum multis ne exteri prouideāt.

cis oriundi, prouideri. Et vt gratiæ exſpectatiuæ,& reſeruationes ſpeciales ijs tantum ſuffragentur, qui alienigenæ, aut extranei non fuerint, niſi ex conſenſu ipſius Principis, nec cuiquam monaſteria, aut dignitates, vllave beneficia ſæcularia, aut regularia commendari, mãdata apoſtolica de prouidendo dari, recipi vel admitti poſſint. hæc omnia inquam à Leone obtinuit
4. Non ſua authoritate ſanxerunt. Carolus: non ſua autboritate ſanxit. idemque exinde obtinuit Philippus. II. Albertus pius & Iſabella, & poſt huius mortem obtinuit Philippus IV. extra exſpectatiuas, reſeruationes, commendas, & mandata apoſtolica, de minoribus beneficijs Leo non diſpoſuit. neque de collatoribus ordinarijs agit, niſi quoad dignitates principales, in quibus quoad electores ipſos non alia eſt reſtrictio, quam vt electio ſeu prouiſio fiat perſonis ditioni Caroli ſubiectis; aut ei gratis & ac-
5. Conceſſionum intellectus. ceptis, ſi aliunde oriundis: quoad Pontificem autem; vt ad abbatiales dignitates, & monaſteriorũ præfecturas, vt nec illis præfici, vel *de quorumcumque*, inquit, *perſonis quouis modo prouideri poſſit, niſi habitis prius per nos aut Sedem eandem intentione, & conſenſu tuis, de perſonis idoneis ad huiuſmodi dignitates, & regimina promouendis.* ita vt monaſterijs authoritate Apoſtolica quouis modo prouideri non poſſit, niſi habito conſenſu Principis.: quouis modo, inquam.: adeoque nec per collationem, nec per electionis confirmationem, aut aliâs. verbum quidem, *prouidere*, generale eſt; *Rebuff. de benef. in form. Vicariatus. num. 50.* ſed dubij vitandi cauſa additur, *quouis mo-*
6. Priuilegiũ nominandi ad nouos Belgij Epiſcopatus, &c. *do.* In erectione autem nouorum Epiſcopatuum Belgij non perſonæ Philippi II. tantum, qui illam impetrauit; ſed perpetuò futuris Belgij Principibus conceſſa eſt nominatio perſonarum, idonearum ad vacantes ſedes Epiſcopales. aliud indultum cum perſona Principum exſpirat, & de nouo impetrandum eſt. porro inter has diuerſarum dignitatum ſæcularium quidem, & regularium, atque prouiſionum neceſſariarum formulas, non ſatis diſtinguunt aliquando ſcribæ; nominationem, præſentationem, indulta, regalia, ius patronatus coniungendo; illorumque clauſulas confundendo. vnde etiam dum nec omnes indulta legunt; energiam capiunt; vel clauſulas diſtinguunt; contingit vt collatores ſeu electores ſæpè neſciant quã habeãt libertatem; quam extra alienigenas, qui grati eſſe debeant, & accepti, (neque enim illa epitheta ad oriundos ſpectant; & arbitriũ viri boni admitterent quoad eos, quos ſpectant, non ad ſingularitatem perſonæ reſtringunt) intactam ordinarijs collatoribus, aut electoribus, qui authoritate Romana non egent, reliquit. & dubirent plures, 7. An præſcriptio in his valeat? au longo nunc vſu præſcriptum dici queat, vt poſſit Princeps vti facultate per poſſeſſionem, aut præſcriptionem acquiſita, ſupra quam concesſerit indultum? ad cuiuſmodi quæſtionem negatiuè reſpondet, pluresque citat Diana, *p. 3. t. 1. reſol. 65. Vide Marth. de iuriſd. p. 2. c. 33. 40.* quod res ſpiritualis præſcribi vetita ſit à laicis, ſpiritualium incapacibus. adeo vt & conſuetudo immemorialis, quæ à iure improbatur, vim priuilegij non aſſumat. *Martha d. c. 40. num. 20 & ſeqq.* quemadmodum etiam priuilegia & conſuetudines non proficere declarantur, vt quouis titulo regalia, guardia, cuſtodiæ, aduocatiæ, defenſionis, vacantium Epiſcopatuum fructus ad aliquos deferantur. *c. generali. c. quia ſæpe. de elect. in 6. c. ſtatutũ eod. in Clement.* quamuis nõ vno loco ſecus fiat. & de ſuis priuilegijs, ſeu regalibus, patronatibus neminem niſi ſuos ius dicere, cognoſcere Reges, Principeſque permittãt. cum, ſi quod dubium emergeret, iure interpretatio ſpectaret ad

ad concedentem; eumq́ue ſolum. *c. cum veniſſent. X. de iud.* De huiuſmodi collationum nominationumq́ue abuſibus, & vindicta vide *Chokier vindic. lib. Eccl. p. 2. c. 3. 4. 5.*

8. Nominatus à Rege ante confirmationē non conſequitur adminiſtrationem de iure.

Porro Prælati immediatè ſedi Apoſt. ſubiecti extra Italiam concorditer electi ante confirmationem habent adminiſtrationem; *ex c. nihil. X. de elect.* diſpenſatiuè, eoq́ue *ibidem* gloſſa id negat extendi etiam ad ea, in quibus ſit eadem ratio. *ex c. in cauſis. X. de re iudicat.*

Vnde inferendum eſt prælatos hîc à Rege nominatos non conſequi effectum concordis electionis: quoniam id in priuilegijs nominandi non eſt expreſſum: & ſolent eligētes apud commiſſarios trium ſinguli nomina proponere: & poſt literas nominationis Regiæ, ſæpe non ſequitur alia electio; aut, cum literæ habeant velle Regem, vt nominatus aſſumatur, non illa eſt ea electio, quam canones liberam, & canonicam eſſe volunt, & d. c. nihil, concordem. Vt, quamuis omnes in ſequelam literarum dicantur eligere, inſpicienda ſint tamen rerum primordia: *l. denique. §. ſi quis. D. de minor. l. procuratorem. D. mandati. in verb. vniuſcuiuſque enim contractus initium ſpectandum, & cauſa.* Hæc autem principium habet neceſſarium. & quamuis de priuilegio ſecus dicendum foret; tamen effectus adminiſtrationis relinquendus eſſet ſuæ cauſæ: non literis regijs concedenda adminiſtratio; quaſi iure regali; vbi ea ab antiquo non competijt; tanquam proficiſcatur ea authoritas à principatu ſæculari.

CAPVT XXXVIII.

De iure patronatus, regalia, & aduocatia.

1. Cauſa iuris patronatus per connexionem quaſi ſpiritualis.

CAuſa iuris patronatus *ita coniuncta eſt, & connexa ſpiritualibus cauſis, quod non niſi Eccleſiaſtico iudicio valeat definiri.* ita Alexander III. *in c. 3. X. de iudic.* eoq́ue dicitur competentem ſuper iure patronatus non eſſe Iudicem ſæcularem: cauſamq́ue huiuſmodi mixti fori non eſſe cenſendam. quamuis enim quaſi mixta videatur ex cauſa ſpirituali, & temporali; vt quæſtio adulterij inſtituta ad diuortium *in c. tua. X. de procurat.* tamen ſpiritualis cauſa dignior trahit ad ſe minus dignam. *c. in dubijs. X. de conſecrat. Eccleſ. vel altar.* & quæ in ſpiritualibus decernuntur, locum dicuntur habere in connexis. *c. fin. in princ. de iudic. in 6. clem. 2. eod.*

2. Cum acceſſoriè in litem venit cognoſcit etiam ſæcularis.

Nihilominus Judex ſæcularis per conſequentiam de iure patronatus cognoſcere poteſt; dum iudicat de feudo, cui annexum ſit; aut vniuerſitate bonorum, cui adhæreat. *c. ex literis. X. de iur. patron. Abbas & DD. in d. c. 3. Ceuallos de cognit. per viol. p. 2. q. 44.* & ſic accipienda ſunt Concordata Brabantiæ *§. de iure vero patronat.* vtique cum certum eſt ius patronatus; ſed incertum eſt, cuius ſit; quemve cum bonis ſequi debeat, non vero dum quæritur an aliquod ius patronatus competat; an vero libera ſit eccleſia, vel beneficium. *Vide citatos à Martha de iuriſd. p. 2. c. 41. n. 11. & ſeqq.*

3. Non ſi per ſe, quamuis inter cohæredes laicos.

Quando vero competit ius patronatus ſine reſpectu aliquorum bonorum, & inter hæredes quæritur, cui competat; vel pro qua parte? magis videtur competens eſſe Iudex eccleſiaſticus, tum propter cauſam d. c. 3. tum quia inuentum eſt ius patronatus ab eccleſia, cōceſſum per canones ob fundum, ædificium, aut dotem: reſeruatur hæc conferentibus per Epiſcopos, & ſecundum æquitatem neceſſitatis, aut vtilitatis Eccleſia ſuper eo decernit. *vt tot. tit. X. de iur. patronat.* etiam quoad ſucceſſionem. *clem. 2. de iur. patronat.*

4. Nec de priuatione, niſi acceſſoriè.

Exiſtimant etiam quidam cognoſcere laicum poſſe de iure patronatus; ſi agatur de priuatione: & credunt

credunt caſum eſſe in c. ſignificauit. 41. *X. de teſtib. citati à Martha à bi ſup. nu.* 8. vbi cauſa patronatus commiſſa fuit Iudici Sabinenſi, quem vt credamus fuiſſe ſæcularem, animaduertendum eſt tamen fuiſſe in Patrimonio Eccleſiæ: vt illud recenſetur in literis Ottonis Imp. relatis à Baron. *in Annal. ad ann.* 900. & commiſſionem profectam fuiſſe à Papa, cui leges ſcriptæ non ſunt; vt conſequentiam non faceret, quod à Papa alicui committitur; quaſi alijs iure competat. at vero nec fuit illic cognitio cauſæ patronatus commiſſa Iudici Sabinenſi; ſed dumtaxat receptio teſtium; & ex eorum dictis conficiendum publicum Inſtrumẽtum: nulla autem deciſio Judici Sabinenſi fuit delegata. articulus autem huiuſmodi non exigit omnem qualitatem, quę requiritur in Iudice cauſæ principalis. *c. ſuper quæſtionum. X. de off. deleg. Weymſ. ad conſt.* 24. *Conc. Trid. conſt.* 1 *n.* 21. *Vide ſ l.* 2. *c.* 23.

5. De vi, ſpolio, poſſeſſorio.

Porro de vi, ſpolio, ac poſſeſſorio patronatus ad Iudicem etiam ſæcularem ſpectare cognitionem latè deducit Ceuall. *de cogn. per viol. p.* 2. *d. q.* 94. *Vide quæ ſ. de cauſa poſſeſſoria in beneficijs diximus.*

Regaliæ nomen ins regium præ ſe fert. cuius cognitionem ad eo regiam eſſe contendunt, vt non tantum illam eccleſiæ negent; ſed etiam Iudicibus regijs, ſolo Parlamento Pariſienſi excepto. *Le maiſtre tract. de Regal. c.* 12. *Papon. arreſt. lib.* 2. *tit.* 3. *arreſt.* 14. *Charond. Reſ. lib.* 10. *reſp.* 1. *in fin.* quod ſi origo regaliæ adſcribatur priuilegijs pontificijs, vt fit ab aliquibus, *Le maiſtre c.* 1. *ibid. Boët. de regal. tetigimus in Iur. pont. nou. anal. de elect. num.* 3. æquum erit, vt ad S. Pontificem cognitio pertineat. *c. cum veniſſent. X. de iud.* qui autem dicunt proficiſci à regia corona, vſu, præſcriptione, conſuetudine immemoriali; vt varias opiniones refert Arn. Ruzæus *tract. Iur. Regaliorum in princip.* ſolum Regem

6. Si ex priuilegio profecta eſt, Eccleſiæ eſt cognitio; ſi ex fluxu coronæ, regia.

habere volunt arbitrum, ſeu Parlamentum: quod olim cum Rege corpus regni repræſentabat. quod quia non recognoſcit ſuperiorem: ſua in cauſa, ſeu Regis, ius dicit eodem poſſeſſionis iure, quo Rex eſt in poſſeſſione regaliæ: cui titulus non ſit neceſſarius. quamuis nullus ſatis idoneus ab ijs adferri poteſt, qui reijciunt priuilegium. ſiue quo beneficiorum collatio laico competere non poteſt. vtpote ſpiritualis. quemadmodum apud Boetium Bonifacius VIII. *beneficiorum*, inquit, *collatio ſpiritualis eſt ſecus credentes hæreticos reputamus.* Et vt refert Le maiſtre *d. c.* 1. in contentione cum Bonifacio à Francis recurſum fuiſſe ad Anglos; & illos ab his edoctos, quatenus regaliâ vterentur, imitatoſque: ita velim etiam Francos inſtrui deciſionibus apoſtolicis, quæ latæ fuerunt aduerſus Conſuetudines Anglicanas, in contentione S. Thomæ Cãtuarienſis cum Henrico II. *vt ex Baronio in Annal. Eccleſ. ſ lib.* 2. *c.* 3. *retulimus.* ibi reperient Regem Franciæ maiori tunc pietate magis ſtetiſſe à partibus Archiepiſcopi, quam Regis Henrici. De regalia regni Siciliæ Vide Dianam *p.* 7. *t.* 10. *miſcel. r.* 1. de huiuſmodi vſurpationibus quidam capiunt etiam illud Ezech. *c.* 46. *Ne depopulamini vltra Principes populum meum; ſed terram relinquite Domini Iſraël ſecundum ritus ſuos.*

Aduocatia etiam eccleſiarum initio inuenta ad protectionem eccleſiæ, multis omnino locis verſa eſt in iuriſdictionem, non tantum aduerſus eos, qui eccleſias grauant; ſed ipſas eccleſias, earumque prælatos & miniſtros. De eiuſmodi abuſibus Vide Chokier *Vindic. lib. Eccleſ. p.* 2. *c.* 6. 7. 8.

CAP.

CAPVT XXXIX.

De decimarum cognitione.

1. Iure diuino in lege vetere, præcepto Eccleſiæ in noua decimæ debẽtur, ideo cognitionis ſunt eccleſiaſticæ.

DEcimę, vt ex iure diuino proficiſcuntur legis veteris; & eccleſiæ præcepto in lege noua. *c. paroch. c. tranſ. c. tua X. de decim. c. decim. 16. q. 7. Cõc. Trid. ſ. 25. c. 12. & alibi paſſim in iure canonico*, adeoque ſub peccato m. debentur. *c. cũ non ſit. X. de dec.* & pœna incumbit non ſoluentibus paupertas: *c. reuertimini. 16. q. 1.* infirmitas: *c. decimæ. ibid.* excommunicatio: *d. c. 12. ſ. 25. Trid.* eccleſiaſticæ ſepulturæ priuatio *c. prohib. X de dec.* diſſuadentes decimarum ſolutionẽ excommunicantur, *c. 1. de decim. in 6. cle. cupientes. de pæn.* vt & Prędicatores & Minores in certis diebus requiſiti ſuper debita ſolutione decimarũ in ſermonibus & cõfeſſionibus populum non monentes. *d. c. 1. d. clem. cupient.* Igitur cũ ex fonte iuris diuini, & eccleſiæ præcepto fluat obligatio decimarũ, dum eius ſit de lege cognoſcere, cuius eſt ferre; Eccleſiæ erit ſuper iure decimarũ cognoſcere. *c. dudum. X. de decim. Fragoſ. Regim. reip. l. 2. d. 4. n. 266. Barboſ. de offic. parochi c. 28. §. 4. & ibi citati. Rebuff. latè de decim. q. 10. n. 3. 35. & ſeqq.* vbi refert hanc decretalem; *ſententias ſuper decimis à Conſulibus datas, præſertim cum ſanctorum patrũ inſtitutionibus obuient, irritas decernas*, & *n. 35. & ſeqq.* cõtendit ne quidem Iudices laicos de decimis infeudatis cognoſcere, niſi ex priuilegio; quod *n. 39.* Philippo Regi Franciæ olim conceſſum ait. alij ſimplicius, vt decimarũ illarum poſſeſſionẽ; ita & cognitionẽ laicã faciũt. *Modern. Imbertus, citati à Couar. pract. q. c. 35. n. 2. v. 3.* quibus ipſe adeo accedit, vt & priuatiuè ad Iudices laicos deferat: & nuncupatim in regno Granatenſi. ideo quod Ferdinando catholico illius regni decimæ ſint conceſſæ. ait etiã inter eccleſiaſticos cognitionẽ infeudatarum decimarum in prætorio tractari. ſed enimuero ea ratio id non conficit. quia priuilegij interpretatio ad concedentem pertinet. *c. cum veniſſent. X. de Iud.* eoq; videmus *in tit. de dec. & alibi* tã Conc. Lateranenſe. quam Pontifices ſtatuiſſe quam plurima de decimis infeudatis.

2. Quid de infeudatis?

3. De poſſeſſorio ſpolio decimarum?

Igitur, ſi de facto agitur, poſſe cognoſcere Iudicẽ laicum rectè dicitur: vt ſi de furto, ſubtractione, iniqua ſolutione agatur, *Rebuff. ibi. n. 3. Barboſ. vbi ſupra.* non rectè negatur quin & Iudex eccleſiaſticus aduerſus laicum cognoſcat. quoniã vergit talis cõtractatio ad ſacrilegiũ: quod mixti eſt fori. *vt deducit Marth. de iuriſd. p. 2. c. 43. n. 18. & ſeqq.* vnde & nõ ſoluentes decimas laici adiguntur per cẽſuras ad illarum ſolutionẽ. vt rectè Couarruuias probat. *per c. peruenit. c. nuntios. c. cum homines. c. de terris. X de decim. clem. 2. de iudic.*

4. De fructibus cognoſcit laicus.

Quin etiã, ſi de fructibus decimarum agatur, cognoſcit Iudex ſæcularis. temporales ſiquidẽ ſunt; vẽdi, locari, & alias in cõmercium deduci poſſunt. & ait Couarr. *vbi ſupra v. 5.* conductorẽ decimarum poſſe eccleſiaſticum declinare; quia cũ illo non agitur quæſtio decimarum; ſed mercedis promiſſæ in conductione: nec ſibi apparere rationem, qua ad Iudicẽ eccleſiaſticum ſpectare hæc cauſa poſſit: at vero ſit conductor, quem vocãt, partialis; decimã frumenti conducat 100. modijs; hi ipſi nonne locatoris manent potius, & operam ille pro reliquis addicit, vt fructus colligendi per cõductorem maneant in dominio Eccleſiæ? non ſoluẽs, rem eccleſiæ detineat; ſacrilegium cõmittat; ab vtroque Iudice cogi poſſit, vt res ſua eccleſiæ reſtituatur? ſi pretio; quaſi fructus decimarum empti videãtur, & in dominium conductoris tranſire; non videbitur cenſeri poſſe ſurrogatum illud eſſe in locum rei Eccleſiæ, eius naturam eatenus ſapere, vt cognoſcere de eo Eccleſiaſticus Iudex poſſit? præſertim vbi vſus id probauit. vt prorogationem hac in re lex regia admittat.

5. De conductionis mercede etiam Eccleſiaſticus.

6. Quam religioſa antiquitas!

Adeo quidẽ religioſus olim Phi-

lippus IV. Rex Franciæ an. 1303. in hac materia fuit, vt ordinarit ne Iudices regij de petitorio non tantum; ſed neque de poſſeſſorio decimarum cognoſcerent. *vt citat idem Rebuff. num. 5.* vbi in fine ſubiungit, quam hodie contra agatur.

Iterum ea fuit antiquitatis religio *vt idem refert nu. 8.* vt annullatus fuerit proceſſus in Curia ſæculari agitatus ſuper noualibus: quarum adeoque poſſeſſio eſſe antea nō potuit. ſicut & vbique canones de noualibus diſponunt, & plures ab omni æuo conceſſiones, & priuilegia ab eccleſia deſuper data ſunt, vt etiam de inſolitis fructibus ei ceſſuris, cui terra antea fuit decimalis. *c. cum in tua. 30. X. de decim.*

7. De conſuetudine & præſcriptione decimarum etiam cognoſcit Eccleſia. Quin etiam eccleſię canones de præſcriptione decimarum, de conſuetudine ſoluendi, & ſimilia multa tradiderūt; quorum adeoque ad illam cognitio ſpectat: ſed Couar. *vbi ſup. verſ. 4.* etiam regios Iudices cognoſcere ait de ijs fructuū decimis, quorum immunitatē vſus quadraginta annorum probare allegatur: iuxta edicta Principum. quæ regia quidē authoritate nituntur, ſed canones propitios ea cognitio præſcripti, aut conſueti iuris decimandi, non æquè habet. preſertim cum præſcriptio & titulum exigat, & vſus, ne in canones incurrat: adeoque quadātenus cauſam proprietatis inuoluat: quę cum ſpiritualis ſit; ad eccleſiæ cognitionem reſpicit.

8. De decimis infeudatis ab Eccleſia releuatis. Decimas, quæ à laicis poſſidētur in feudū ab eccleſia, eccleſiā recognoſcere vt dominā feudi, dubitari non oportet, ex vſibus feudorū: viciſſim eas, quæ conceſſæ ſunt à regibus ſiue laicis, ſiue Eccleſijs, ſi iure feudi conceſſę ſunt, pertinere ad regiam cognitionē feudalē ęquum eſt. iſque nexus impedit, quo minus

9. De his quæ poſſidet Eccleſia, cognoſcit laicus. primigeniam naturā reuerſione ad Eccleſiam recuperare poſſint: manente adhuc quaſi directo dominio penes Regem. cæterum donatione facta non expreſſo feudi titulo, beneficium erit latè interpretandum: cenſebunturque decimæ ſic donatæ Eccleſiæ ad ſuā naturā reuerſæ. *arg. c. vnic. de iur. patr. in 6.* (vt dicitur res facile redire ad naturam ſuam, ac iuris terminos) ſecus quam conceſſiones decimarum laicis factæ, quæ à iure exorbitant.

Enimuero conſtat multis Regibus ac Principibus donationes decimarū olim eſſe factas: ex hiſtorijs paſſim. vt de Hiſpanis Regibus refert Ceuallos *de cog. per viā viol. p. 2. q. 25.* & nouiſſimo ſæculo Ferdinādo catholico quoad regnum (Granatę, multaſque Indicas ditionēs. vt de Carolo Martello, qui ferè primus decimis manū appoſuit in neceſſitates belli Saracenici, rectè præſumendum ſit ex ſimili priuilegio initium feciſſe. huiuſmodi decimæ an deinceps ad cognitionē Iudicis eccleſiaſtici, an ſæcularis pertinere debeāt: quærit idem Ceuallos *d. p. 2. q. 17. Vide etiam Fragoſ. in Regim. Re. p. l. 2. diſp. 4. §. 4. n. 7.* & rectè dixerimus *ſecundum l. Neratius. D. de Regul. Iur.* æſtimare debere Pontificem, quem modū eſſe velit ſui beneficij. ideoque priuilegium inſpiciēdum; ſeruandumque eſſe. *c. porro. X. de priuil.* 10. His de decimis à Sede apoſt. Regibus conceſſis?

Non alium refert modū Ceuallos *d. q. 25. n. 39.* quā hunc; *dummodo cum neceſſariorum adminiſtratione diuina in d. Eccleſijs miniſteria à conuenientibus perſonis celebrari faciāt.* quo modo dnę tertiæ penes Principes, nobileſque iam olim fuerunt, tertia vna parochis relicta. &, ex alluſione ad hunc vſum, *tertia* illæ vocantur in Hiſpanijs. quomodo etiā ex cauſa minus publica conceſſiones etiam extant quorundam Pontificū; quibus decimæ futuræ cōceſſę ſunt territoriorum dominis, ſi inſulas aut peninſulas aggeribus cingerent: ita tamen, vt templa futuri populi capacia extruerent, & parocho neceſſaria miniſtrarent.

Si ergo Pontifices nihil adiecerint, an huiuſmodi decimarum conditio, & cognitio deinceps erit eccleſiaſtica, an laica? multis contendit Ceuallos *vbi ſupra* iure optimo

mo maximo conceſſas Principibus eſſe cenſendas: & in omnibus eſſe conditionis ſæcularis. contra contendit Diana *p.1.t.2.r.*89. 90. 91.92. 93.*p.3.tr.1.r.50.Layman in theol.mor. l.4.tr.9.c.2.n.*14.merito dicit Diana *d.r.89.*quædam ſibi ex ijs, quæ dicit Ceuallos,diſplicere. mihi ſanè placere non poteſt, quod cum docet conceſſiones pontificias ita eſſe interpretandas, vt per eas decimæ principibus conceſſæ factæ ſint laicæ,quoad omnem iuriſdictionem; non admittat eandem doctrinam in decimis eccleſijs per Principes ſimili modo retroceſſis: vt ad eccleſiæ authoritatem pertineant. cum tamen dicatur res facile redire ad naturam ſuam;adeoque decimas ad ſpiritualem,& liberam:non ęquè vt eam amplius exnāt quā exprimatur. & perſtat Ceuallos adeo vt & clericus clericum ſuper decimis à Principibus conceſſis conuenire debeat in foro ſęculari:nō poſſit in Eccleſiaſtico. quod oppugnat omnes veteres canones. *c.nullus clericus.c.ſi quis clericus. c.placuit.& tot. quæſt.*1.*cauſ.*11. & ſingulatim Martin. V.*conſtitutionem incip. ad reprimendas relatā à Petro Matthæo in ſeptimo decret.lib.2 tit.1.c.1.*decreuit is vt nullus clericus alium clericum in actione reali, mixta, vel perſonali, ciuili,vel criminali, etiā occaſione cujuſcumque ſubmiſſionis, etiam iuramento vallatæ,vel aliàs ad forū laicale directè,vel indirectè(de qua in foro eccleſiaſtico ordinari conſueuerit,poſſit, vel debeat de iure, vel conſuetudine,aut aliâs cognoſcit)trahere pręſumat.alioquin cauſam ipſam,& omne ius ei in poſſeſſorio,vel petitorio, in re, vel ad rē, cauſa vel occaſione eiuſmodi quomodolibet competens, perdat penitus,vel amittat.alijſque pœnis latè ibidem enumeratis ſubiaceat. vt quamuis ratione rei videri queat poſſeſſor conueniri poſſe coram Iudice ſitus; non tamen id permittat Martinus in clerico, aduerſus clericum: minus autem in materia decimarum.

11. Conſuetudo optima interpres.

Porro,vt ad rem redeamus,ambiguæ Pontificum, Regumque conceſſiones optimam habent interpretem, conſuetudinem. *l.ſi de interpretat.D.de leg.*vt hæc ſequenda ſit: aut ſi ea non ſatis vetuſtam habeat authoritatem; *cum ſuper priuilegijs Sedis Apoſtolicæ*,inquit Innoc.III. *in c.cum veniſſent.X.de iud.cauſa vertitur, nolumus de ipſis per alios iudicari*, ſicut & ad eum qui legem condit ſpectat interpretatio.alioquin cum priuilegia ſint odioſa,eiuſmodi cōceſſiones decimarum extendi non debent ad id, quod in eis nō exprimitur.*Vt rectè Laym.ī d n.14.*præſertim abdicationem omnis iuriſdictionis: cum quæ ſupremitatē redolent ſemper cenſeantur reſeruata. qua de re tamen vide Chokier *Vindic.libert.Eccl.p.1.c.20.& ſeqq.*

12. De quota decimarum quis cognoſcat?

Decimarū ergo eccleſiaſticarum cognitio quin vt ſpiritualiū ad Iudicem eccleſiaſticum ſpectet non eſt dubitandū. ſed quid ſi de quota inſtituatur quæſtio?Ceuall. *de cogn. per viam viol.q.56.*putat ad ſæcularē pertinere: tanquam facti ſit non iuris: contra Aufrerius, *quem citat & Marth.de Iuriſd.p.2.c.43.n.56.73.* &, vt nihil contēdamus de quæſtionibus facti in re ſpirituali vt in *c.ſi iudex de ſent.exc.in 6.*de poſſeſſione clericatus &c. non eſt quęſtio quotæ omnino quæſtio facti; ſed potius iuris:dum quæritur quæ quota debeatur; quæ autem quota ex facto ſoluta, aut non ſoluta ſit, facti eſt. ſed & cum decimus manipulus iure debeatur,*c.1.X.de dec.*an legitimo titulo illa ſit minuta, auctave; v.g. priuilegio,trāſactione,præſcriptione, non eſt hæc quæſtio facti, quæ ſolis teſtibus eget; ſed tanta volumina de his titulis ſcripta ſunt, vt

13. Non niſi Eccleſia, ſi Iuris decimalis quæſtiones incurrant, vt præſcriptionis &c.

dici nequeat de ſolo facto quæri: ſed de iure, quod ex facto oritur. v.g.an præſcribi poſſit quota, ſolo facto non plus ſoluendi; an titulo opus ſit? & quanto tempore

an priuilegio immunitas queat obtineri? à quo per quem, qua ex canſa? an ſuper decimis tranſigi poſſit à per quos, quo modo, qua ſolemnitate? an eadem, qua res cæteræ Eccleſiaſticæ alienantur. non ſolet litigari ſuper immunitate in toto, vel in quota niſi ſimiles quæſtiones incurrant: & ex iure, non ex teſtibus, produci harum deciſio debet. adeoque vt totarum decimarum eccleſiaſticarum quæſtio eſt eccleſiaſtica; erit & quotæ. *l. qua de tota. D. de rei vindic.*

14. De immunitate. Immunitatem ſanè à decimis non admittit c. à nobis. 24. *X. de decim. niſi*, inquit, *oſtendatur quare à decimis ſint immunes.* quare, ſeu quam ob rem; cauſamque. ſicut ante dixerat neminem iure exemptum eſſe. exigit ergo priuilegium, aut rem ſimilem: non eſt contentum ſola non ſolutione. quia illa ens non eſt: res non eſt: illa prædonum eſſe dicitur *in l. 25. §. Quod autem. D. De petit. hared.* rogatorum cur poſſideant, reſponſio; quia poſſident. non ergo ſufficit non ſolutio, quo minus ſoluere quis, teneatut quo minus prędo ſit, ſi non ſoluat. at prædo ac quiuis poſſeſſor malæ fidei vllo tēpore non præſcribit. *c. 1. de reg. iur. in 6.* Vt ergo quis decimas non ſoluat, ſeu decimum manipulum *c. 1. X. De decim.* canſam oſtendere debet: in mutatione ergo quotæ illa inquirenda eſt, & nudi facti eſſe non poteſt, vt diximus.

Similia quæri poſſunt in materia priuilegij, conſuetudinis, tranſactionisve: &, quaſi facti hæc ſint vbi tot iuris ſe offerunt quæſtiones, excludere à foro Eccleſiaſtico, nimis fuerit alienum à ſacris canonibus: qui ſuper his ſtatuunt paſſim, vt in re ad falcem ſuam ſpectante, non aliena meſſe.

15. An decimæ ſint Eccleſiaſticæ an laicales; in petitorio cognoſcit Eccleſiaſticus; in poſſeſſorio etiam, etſi motes laico deferat. Sed quid ſi quæſtio oriatur an decimæ ſint Eccleſiaſticæ an laicales? iudicium proprietatis Eccleſiaſticum omnino eſſe videri poteſt, quam & iure comitatut poſſeſſionis cognitio. *l. nulli. C. de iud.* ſolent tamen ſæculares de poſſeſſione cognoſcere: &, ſi longæuam ſatis reperiant, decimas à laico poſſeſſas pro laicalibus habere; & cognitionem eccleſiaſticis inhibere. Ex præſumptione, quod quo nunc ſunt ſtatu, credendæ ſint eo ſemper fuiſſe: ſaltem poſt Concilium Lateranenſe. ſed rectè negat Layman. *Theol. mor. lib. 4. t. 9. c. 2. num. 15.* præſumptionem illam eſſe iuris & de iure; ſed admittere probationem in contrarinm; adeoqne cognitionem cauſæ: quæ vtique titulum, proprietatemque implicat: ea ergo cum indaganda, & iudicanda eſt, poſſeſſioni quidem vetuſtæ deferendum eſt, vt turbari non debeat; vt autem ex illa indicium de proprietate feratur, ad illum Iudicem pertinere debet; cuius eſt de proprietate cognitio.

CAPVT XXXX.

De cognitione fidei.

1. Eccleſia ſua de fide cognoſcit. APoſtolis ſuis Chriſtns, non Imperatori Romanornm, Regi Perſarum, aut cuiuis Principi, iuſſit prædicare Euangelium omni creaturę, docere omnes gentes: illis, non his, promiſit ad futurum Spiritum ſanctum, qui doceret eos omnia: illis ergo non his licet deciſiones articulorum fidei facere: & Concilijs Epiſcoporum œcumenicis, ob fidei cauſam congregatis, Apoſtolorum iure, vti his verbis; *viſum eſt Spiritui ſancto, & nobis.* Vtique ex iam dicto Chriſti promiſſo. quin imo, quoniam Principes propagationi Euangelij obſtituri erant, fiduciam Apoſtolis inſpirauit; *cum ſteteritis ante Reges & præſides nolite cogitare quomodo aut quid loquamini; dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini: non enim vos eſtis qui loquimini; ſed Spiritus ſanctus qui loquitur in vobis.* munus ergo eſt Eccle-

Eccleſiæ, fidei quæſtiones decidere; de religione ſciſcere; de ſana doctrina decernere; reprobamve dãnare. *c. per venerabilem. §. rationibus. X. qui filij ſint legit. c. vt inquiſitionis. §. prohibemus. de hæret. in 6. ſi Imperator*, inquit Ioannes Papa *Catholicus eſt, filius eſt, non præſul Eccleſiæ: quod ad religionem competit, diſcere ei conuenit, non docere.* Sin infidelis eſt: applicabitur ei dialogus Iudæorum atque Apoſtolorum *Act. 5. nonne præcipiendo præcepimus vobis, ne doceretis in nomine iſto? & ecce repleſtis Ieruſalem doctrina veſtra: reſpondens autem Petrus & Apoſtoli dixerunt; obedire oportet Deo magis, quam hominibus.* adeoque & prohibiti, & cæſi perſtiterunt Apoſtoli in promulgatione doctrinæ: eorumque ſucceſſores vbique terrarum paganos nacti Principes vſque ad Conſtantinum, vel etiam poſt illum Apoſtatas, vt Iulianum; vel hæreticos. Vt & Theodoſius minor Synodo Epheſinæ primæ ſcripſit ſe quidem Candidianum mittere, ſed ita vt in nullo quidem ijs, quæ faciendæ ſunt de pijs dogmatibus quæſtiones, ſeu potius expoſitiones, communicaret. *c. ſatis. diſt. 96.* & Martianus in Synodo Lalcedonenſi, *nos*, inquit, *ad fidem confirmandam, non ad potentiam oſtendendam, exemplo religioſiſſimi Principis Conſtantini, Synodo intereſſe voluimus. c. nos ad fidem. ead. diſt.* eiuſmodi enim negocia firmari potius debent per Synodum, quam Principum lege ſanciri. *c. quadam. ibid.* Igitur non eſt Principum ſæcularium fidei quæſtiones decidere; ſana dogmata ab inſanis diſcernere, ſed Eccleſiæ iudicium ſequi: eique, vt opus fuerit, auxilium gladij ſui commodare; non interpretando

2. Ferre Principes leges poſſunt pro fide ab Eccleſia declarata.

quidpiam ex lege diuina: *Martha de iur. p. 4. cent. 1. caſ 93.* tametſi poſſint legem ferre, quò rem ab Eccleſia iudicatam defendant; pœniſque ſanciant, *vt, in tit. C. de ſum. trinitat. & fide catholica, vt nemo de ea publicè contendere audeat.* Et disertè *ibid. in l. nemo* Martianus vetat quempiam à Synodis ſemel iudicata, ac rectè diſpoſita reuolnere, & publicè diſputare, ſub pœnis grauibus. Sed & cum Iuſtinianus edictum ſuper fidei profeſſione propoſuiſſet, eamque Ioanni Põtifici Romano tranſmiſiſſet, laudauit eum Ioannes, quod id feciſſet amore fidei, pro ſubmouenda hæreticorum intentione, ſecundum Apoſtolicam doctrinam, Epiſcoporum interueniente conſenſu. & quia Apoſtolicæ, inquit *in ſua Epiſtola, doctrina conuenit, noſtra authoritate confirmamus. l. inter claras c. de ſum. trinitat.* vbi poſt inſertum edictũ proſequitur Ioannes, *liquet*, inquit, *vos Apoſtolicis eruditionibus ſtudere, cum de religione Catholicæ fidei ea ſapitis, ea ſcripſiſtis; ea protuliſtis; ea populis fidelibus publicaſtis, quæ & Sedis Apoſtolicæ doctrina, & Sanctorum patrum veneranda decreuit authoritas, & nos confirmamus.* adeo vt edictum illud profeſſionem vocet, *ibid.* & publicationem dumtaxat doctrinæ Eccleſiæ. Ad hanc igitur pertinet concilia œcumenica cogere, quæ docentur diſcutere, eoque & ſuſpectos vocare, vt in pluribus accidit: in eumque finem etiam ſaluum conductum cõcedere. vt & plures dedit Concilium *Trid. ſeſſ.* 15. 16. 18. laudat tamen Ioannes Papa *ibid. in §. ad non credentes* intentionem Imperatoris compeſcendi hæreticos, ab illa fide diſſidentes: quin imo deprecatur vt reſipiſcẽtibus indignationis ſuæ remoueat aculeos; *& nobis*, inquit, *intercedentibus benigni animi gratiam condonetis.* quãuis hodie *d. §. prohibemus* ſęcularibus poteſtatibus, & Iudicibus vetet de crimine hęreſis quoquo modo cognoſcere, vel iudicare. cũ *hoc crimen merè*, inquit, *ſit Eccleſiaſticum.* quæ verba adeo generalia ſunt, vt etiam excludant quæſtionem facti, in caſu hæreſis. *Vide citatos à Diana p. 3. t. 1. r. 2.* vt & Gregorius XIV. *in conſt. incip. cum alias.* cum ſtatuiſſet quorum criminum rei à Sylo Ec-

cleſiarum non gauderent; quomodo extrahi inde deberent; & curiæ ſæculari, cum ab illius miniſtris foret facta requiſitio, de mandato Epiſcopi per Iudicem Eccleſiaſticum tradi; cognito per eum, quod verè expreſſa crimina commiſerint, ſubiungit: *de crimine vero hæreſis cognitio ad forum Eccleſiaſticum tota pertineat. neque in eo curia ſæcularis ſe quoquo modo intromittat.* Vt non tantum, quando de dubio fidei articulo, vel an aliqua propoſitio ſit hæretica quæritur, Eccleſiæ ad ſcribatur cognitio: ſed etiam quando de hæreſi conſtat, & agitur tantum de hæretico puniendo. quando *in d. §. prohibemus* Eccleſiaſtici Iudicis proceſſum nullatenus impedire, ſed ab illo decreta promptè ipſi, quatenus illorum officium ſpectat, adimplere debeant. cognitio autem illis indiſtinctè prohibetur. *Vide citatos à Diana, p. 3. t. 1. reſ. 2. & p. 4. t. 1. reſ.* 58. vbi & quæſtionem facti excludi ait ad. §. prohibemus *v. quoquo modo* Quare & Concilium *Trid. ſ. 4. decretum* edidit de editione & vſu ſacrorum librorum, pœnas in temeratores verbi Dei, verbis ſacris ad ſcurrilia vel fabuloſa abutentes tulit, impreſſores non ſeruato modo ibi præſcripto, alioſque violatores diuini eloquij iuris & arbitrij pœnis per Epiſcopos coërceri voluit.

3. De Concordatis Brabantiæ.

Nihilominus quamuis de fide & hæreſi cognitionem Eccleſiæ priuatiuè tributam agnoſcunt etiam Concordata anno 1541. inter Carolum V. Imperatorem, vti Ducem Brabãtiæ, & Epiſcopum Leodienſem inita: tamen quędam, quæ circa illam verſantur, Principi attribuunt: quæ quia multis in locis non abſimiliter obſeruãtur, latiùs paulo de illis hic dicere viſum eſt. Illa igitur ſic habent: *de crimine hæreſis cognoſcet Epiſcopus ſolus; ſalua Principi prærogatiua ſua, quoad Inquiſitorem per eum à Sede Apoſtolica impetratum; ſalua etiam eidem Principi apprehenſione, & detentione perſonarũ de hæreſi ſuſpectarum, nec non annotatione, & confiſcatione bonorũ de hæreſi cõdemnatorum: ex quibus Epiſcopus moderatas expenſas habebit, ſi de crimine hæreſis cognouerit: reſeruata etiam eidem Principi punitione eorum, qui contra prohibitionem ſuam aſſerunt propoſitiones iam vt hæreticas damnatas, aut quid aliud contra mandata ſeu prohibitiones facit, ad iuuandum negocium fidei facta, vel factas.*

Igitur Epiſcopus ſolus de hæreſi cognoſcit. excipiunt Concordata Inquiſitorem hæreticæ prauitatis, per Principem à Pontifice impetrandum: qui vtique & de hæreſi cognoſcit. Vt & factum fuit, donec erectis in Belgio nouis Epiſcopatibus non amplius officio Inquiſitorũ opus eſſe videbatur. *Neque enim antè eos Philippus II. remoueri paſſus eſt, quam nouis Epiſcopis in ſuas ſedes inductis, qui religionis cauſas cognoſcerent, iniurias vindicarent. Strada de Bello Belgico ad ann.* 1566. *Inſtructionē & mandata huiuſmodi Inquiſitoris Vide in tertio volumine Edictorũ Belgij l. 1. t. 2. c. 2. & Haræum in Initijs tumultuum Belgicorum.* Vbi ergo Inquiſitor eſt, non ſolus de hæreſi cognoſcit Epiſcopus; ſed vterque per præuentionem. deciſum ſiquidem eſt conceſſionem Inquiſitoris non minuere iuriſdictionem Ordinarij. *c. per hoc. de hæret. in* 6. ſed vtrumque poſſe ſolum procedere, *ibid. in verb coniunctim, vel diuiſim.* quamuis, ſi diuiſim proceſſerint, teneantur ſibi inuicem communicare proceſſus; *d. c. per hoc verſic. & ſi diuiſim*, & nomina teſtium occultorum. *c. vlt. eod. in* 6. *extrau. commun. 1. h. t.* & in duro carcere ſtatuendo ſimul procedere: *Clement. 1. §. duro de hæret.* quemadmodum ordinariè iuriſdictio poſterius inuenta priori accedit cumulatiuè, non priuatiuè. *l. 1. C. de off. præf. ct. vrb.* In Gallia, vt refert Choppinus *De ſac. polit. l. 2. t. 2. nu.* 12. Franciſcus I. ann. 1640. probante Curia, in defectum eccleſiaſtici, ſæculares iudices cognoſcere iuſſit de

4. Ex quibus Inquiſitor conceſſus.

5. Vſque ad erectos nouos Epiſcopatus.

6. Inquiſitor vt Ordinario nõ præiudicet.

de hæreſi; etiam contra clericos minorum ordinum. quod recipi non aliter poteſt, quam vt de facto inquirant, non determinent de fide aut hæreſi.

7. De apprehenſione ſuſpectorum de hæreſi.

Salua, inquiunt Concordata, *Principi apprehenſione, & detentione perſonarum de hæreſi ſuſpectarum, nec non annotatione, & confiſcatione bonorum de hæreſi condemnatorum*. Quoad apprehenſionem, quæro, an ea intelligatur de decreto, an de re ipſa? ita vt Iudici eccleſiaſtico decernere cõpetat ſuſpectum de hæreſi eſſe apprehendendum, ſed implorare debeat auxilium brachij ſæcularis ad apprehenſionem ipſam. Id enim requirit Salgado *de protect. reg. p. 2. c. 4. num. 36.* tametſi nullus iuris textus ab eo citatus id euincat, & contrarium ſit disertè deciſum in Clem. 1. §. 1. *de hæret. in v. citare poſſit, arreſtare, ſiue capere, ac tuta cuſtodia mancipare, ponendo etiam in compedibus, vel manicis ferreis.* & in Actis Apoſtolorum *c.* 8. 9. 2. 6. 4. 5. dicatur Saulus accepiſſe literas, nõ à Præſide Prouinciæ, ſed à Principibus ſacerdotum, & ad Synagogas, vt ſi quos inueniſſet huius viæ (Chriſtianæ) viros ac mulieres vinctos perduceret in Ieruſalem. *Vt latius diximus in Iur. pon. nou. anal. de off. ord. n.* 8. 9. 10. & in hac materia Epiſcoporum requiſitio ſecundum canones ex legibus Frederici etiam Imperatoris, *de quibus in authenticis Frideric. tit. de ſtatut. & conſuet.* deductos arctat ſæculi poteſtates, & dominos temporales pro *hæreticorum inueſtigatione, captione, ac cuſtodia diligenti*, inquit d. c. inquiſit. *de hæret. in 6. verſic. plenè expeditionis, & coercitionis expedita, & inuiolabilis adſit authoritas: vt ea omnia exequamini, inuocato, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis.* quod & hîc ſonat edictũ *25. ſept. 1550. §. ſullen voorts.* dum iubet eccleſiaſticis dari aſſiſtentiam ſiue auxilium in capiendo, apprehendendo, & detinendo denique. Sed & incommodorum cauſa, *de quibus etiam clem. 2 in fin.* ne ignotis fortè perſonis arma mouentibus ſeditio oriatur; ſæcularium officiariorum ſubſidium implorare ſolent Eccleſiaſtici, quẽadmodum etiã in Ordinationibus Parlamenti Mechlin. ipſi executores regij iubentur vti opera officiariorum loci, vbi fit executio. vt dicendum ſit ſub Chriſtianiſſimis Principibus licere Epiſcopis, quod ſub gentilibus Romanis licuit ſacerdotibus Iudæis. Denique Inſtructio à Philippo II. data Inquiſitoribus, disertè dat ijs apprehendẽdi facultatem per ſuos, alioſve officiarios: mandatque ab omnibus officiarijs brachium auxiliare eis præſtari, ſiue aſſiſtentiam.

8. Detentione & cuſtodia.

Detentio atque cuſtodia reorum Epiſcopis etiam tribuitur *d. c. vt inquiſ. in verb. in carcerem Epiſcoporum ducant, vel duci faciant ſine mora, vbi detineantur donec negotium per Eccleſiæ iudicium terminetur. d. §. 1. §. ſane. §. & quia ſæpe contingit Epiſcopos habere proprios carceres &c. in clem. 1. de hæret.* vbi & duo commentarienſes, vnus Epiſcopi, alter Inquiſitoris eſſe iubentur; & vtrique iuramenti ſua formula *§. ſane* præſcribitur.

9. Perſonarum.

Perſonarum, inquiunt Concordata, de hæreſi ſuſpectarum. tria Interpretes genera faciunt ſuſpicionis; leuis, grauis, & vehementiſſimæ: ex prima decretum carceris non datur, ſed ex alijs. ad iudicantem ergo de hæreſi ſpectat expendere, qualis ſit ſuſpicio; antequam apprehenſionem decernat. *c. ad abolen. X. de hæret. in verb. Epiſcopi iuxta conſiderationem ſuſpicionis qualitatemque perſonæ &c. c. excomm. §. qui autem X. eod.* vt ſanè nunc intelligenda ſit lex 2. *C. eod. in verb. hæreticorum vocabulo continentur, qui vel leui argumento à iudicio catholicæ religionis detecti fuerint deuiare.* adeoque mèlius Fredericus *in authent. de ſtatut. & conſuet. vnde extracta authent. Gazaros. C. eod. vbi §. qui vero.* ſuſpicionem, vt canones, ad arbitrium Iudicis refert.

Anno-

10. Bonorum annotatione, & confiſcatione. *Annotatione*, inquiunt Concordata, *& confiſcatione bonorum de hæreſi damnatorum*. neque enim ante condemnationem occupare bona accuſatorum debent ſæculares. *c. cum ſecundum. §. fin. de hæret. in* 6. neque ipſi vel ad hunc tantum effectum cognoſcere. *citati à Martha de iuriſd. p.* 2. *c.* 35. *n.* 6. *& ſeqq.* neque extra terras Patrimonij Eccleſiæ confiſcationem prætendit eccleſia. *c. vergentis. X. de hæret.* niſi in clericis. *c. excommunicamus. §. damnati. ibid.* tametſi quędã nũc extrauagantes bona hæreticorum publicanda diſtribuant in tres partes. 1. domino, 2. Inquiſitori, 3. officio Inquiſitorum diſtribuant. *de quibus citati à Martha de iuriſd. p.* 1. *c.* 51. *n.* 13. & huiuſmodi extrauagantes quamuis in corpus iuris non relatas ſeruari velit *c. fin. §. fin. de hæret. in* 6. *clem.* 1. *§. fin. eod.* aduerſus quas forte conſtitutiones ius fiſci antiquum per Concordata voluit Carol. V. præſeruatum.

11. Peccantes contra edicta punitione. *Reſeruata*, inquiunt Concordata, *Principi punitione eorum, qui contra prohibitionem ſuam aſſerunt propoſitiones iam vt hæreticas damnatas, ſeu quid aliud contra mandata ſeu prohibitiones faciunt: ad iuuandum negotium fidei facta, vel facti.* qui ſerio aſſerũt damnatas propoſitiones, ſeu quid contra huiuſmodi edicta committunt, de hæreſi ſuſpecti ſunt; inquiri poſſunt, & ſi pertinaciter perſiſtant, de hæreſi damnari. vtique per Iudicem eccleſiaſticum. ſed eatognitio, aut cognoſcendi facultas non eſt impedimento, quo minus Princeps, illa ſepoſita, condignis pœnis vindicet edictorum ſuorum contemptum, ſeu contrauentionem. & hic eſt ſenſus huius reſeruationis. adeoque neque hæc reſeruatio eſt impedimento, quo minus eccleſiaſticus ex eadem materia educat formam alterius iudicij, quo inquiratur ſcilicet de ſuſpicione hæreſis, & ex pertinacia ſuccedat de hæreſi condemnatio. v.g. frequentauit quis conuenticula, conciones, alia exercitia hæreticorum; damnatum id eſt *l.* 3. *ſ.* 6. 8. *C. eod.* atque edictis regijs; nominatim 12. Iulij 1526. 29. *April.* 1550. 13. *Iulij* 1609. *vltima decemb.* 1609. ea materia ſubminiſtrat & aliam formam pro iudicio ſæculari, ad damnandum ex contrauentione edictorum: quæ quia executionem dirigunt ad Concilia, & Officiarios ſæculares, ex his formaliter agere non poſſunt eccleſiaſtici: & tamen edicta regia, (quæ Princeps profitetur facta ad iuuandum negotium fidei) retorqueri non poſſunt in odium fidei, vel ad deſtruendam iuriſdictionem eccleſiæ, quo minus ſecundum ſuos canones ad formam iudicij, quam diximus, procedere poſſit. & edictum 25. ſept. 1550. ad eundem finem permittit Eccleſiaſticis Adiunctum poſcere ex Concilio regio, ad cauſas hæreticorum inſtruendas; atq; aſſiſtẽtiam, ſiue auxilium dare iubet in capiendo, apprehendẽdo, & detinendo, & tergiuerſantes puniri, vt dictum eſt; quin & apertè d. Inſtructio Inquiſitoribus à Philippo II. data id continet, vt ſecundum canones, leges, & edicta (nota) eos puniant. alioquin omnis Eccleſiæ authoritas per huiuſmodi edicta dici poſſet enervata non tantum, ſed extincta. cum nulla aſſertio hæretica, nullus actus hæreticalis, vt vocant, per illa non ſit prohibitus: *vt liquet ex ijs, quæ citauimus in Notitia Iur. Belg. tit. de ſumm. trinit. & fide Cathol. & nominatim.* 17. *Iulij* 1526. *§. voirts.* vbi tamen *in fine §.* disertè dicitur ea omnia decerni ſine imminutione officij Inquiſitoris: cuius hac in re cum Epiſcopo par cauſa eſt. præſertim nunc cum Inquiſitores hic amplius non ſunt, nouis erectis Epiſcopatibus. & hãc obſcurorum nonnihil verborum interpretationẽ dilucidè ſubminiſtrat edictum 29. *April. §. vermanen.* 1550. *&* 25. *ſept.* 1550. vt Iudices eccleſiaſtici agant contra Eccleſiaſti-

cos

cos ſuſpectos, & ſiue damnentur pertinaces, ſiue incarcerentur abiurantes, vt ſæculares agant ad confiſcationem honorũ temporalium, ex contrauentione edictorum, præſertim ſi fuerint ſeditioſi, & *§. ſequẽti* iubentur qui ſciunt hæreticos, vt Epiſcopis denuntient: qui contrauentores; ſæcularibus. edictum 20. *nouemb.* 1549. feudalibus dominis, & toparchis ius confiſcationis habentibus, bona de hæreſi damnatorũ à Iudicibus eccleſiaſticis, & morte affectorum addicit; Principi autem ea reſeruat, quãdo bona confiſcantur propter trãſgreſſionem edictorum regiorum, in materia hæreſis. quamquam edicto 14. oct. 1529. ſuã partem ex confiſcatione bonorum prouenientem Car. V. declarauerat velle applicari in pías cauſas. & Albertus & Iſabella apertè ann. 1614. & 1617. literis ad Concilia, Magiſtratus, & Epiſcopos ſcriptis hanc ſententiam indicauerunt. dũ etiam mandarunt Concilijs, & magiſtratibus, vt ſecundum edicta 1609. religionẽ orthodoxã dictis, aut factis offendentes diligenter puniant: & quæcumque decreta, & ſententias eccleſiaſticorũ, pœnaſque, ſiue pecuniarias, ſiue alias, aduerſus illos latas, requiſiti omnino exequantur: &, ſi relegationem mereantur, non ex vna tantum dioceſi, ſed totis hiſce etiam regionibus; prouidentia Conciliorum conſulatur.

12. Damnatorum hæreticorum pœnis, & traditione Iudici ſæculari.

Vbi obiter notandum eſt, quod ſuſpecti olim inquiſiti, & damnati, de hæreſi, niſi celeri reſipiſcentia commiſſa emendarent, mox tradebantur Iudici ſæculari. *c. ad abolendam. X. de hæret. c. excomm. §. damnati, ibid. c. pen. X. eod.* mox vtique plectendi ex legum præſcripto. *l. 4. & tot. tit. C. de hæret.* ſicut apud veteres accuſati pronunciabantur tantum rei eſſe læſæ maieſtatis, homicidij &c. nec opus erat exprimere pœnam. quia ex lege erat ordinaria, vti & edictum 29. April. 1550. iubet non alterari pœnas à Principe præſcriptas hęreticis: ſed declarari tantum eos contrauẽtionis reos, pœnaſque *decretari*, vt loquitur. ad pœnam autem hæreſis ordinariam, effuſionẽque ſanguinis Iudici eccleſiaſtico procedere non licet; ſed cum malitia temporũ mortiferas hæreticorum pœnas hic ſuſpenderit; & extraordinariæ, ſeu arbitrariæ, per illa edicta anni 1609. aliaque ſint ſubuectæ; Iudex etiam eccleſiaſticus, quem de hæreſi damnat, cum mortem hodie non infligat hic ſæcularis, extraordinarijs pœnis poteſt punire. ſicut Inquiſitorem impedientes, inſtruentes hæreticos &c. *per Inquiſitores*, inquit c. accuſatus. *§. fin. de hæret. in 6. compeſci poſſunt*, & pœna debita caſtigari: tam per captionẽ perſonarum, quam aliâs. *c. 1. eod. in 6. verſ. cum pro hæreſi fuerit curiæ ſæculari relinquendus, aut perpetuo immurãdus. c. vt commiſſi. verſ. mitigandi vel mutandi, cum videritis expedire.* Vt rebus ſic mutatis, canones non dedignentur leges ciuiles imitari. *c. 1. & 2. X. de nou. oper. nunciat.* ad modum, quo indies in foro Eccleſiaſtico, (vbi tamen alias ſecundum ius canonicum eſt iudicandum. *c. quod clerici. X. de for. comp.*) allegantur leges ciuiles, ab Imperatoribus ſæcularibus promulgatæ, ideoque ex hac rerum præſentium conſtitutione Albertus & Iſabella prædictis literis iuſſerũt pœnas pecuniarias, & alias ab eccleſiaſticis, vt diximus, latas executioni mandari: extraordinarias vtique, & arbitrarias: conformiter etiam ad edictum 1609. quãuis formaliter actio ex illis edictis educẽda illis competat, quibus edicta ſuam executionẽ committunt.

13. Correctione hodierna.

14. Aggrauanda ex ſpecialibus circumſtantiis.

Cum ergo offerũtur ſpeciales circũſtãtiæ; ſerio illæ ſunt expẽdendæ. v. g. quod reus alias hæreſi renũciauerit, eccleſiæq; recõciliatus fuerit, facta fidei profeſſione: qui enim hæreſim abiurauit, *& poſtea cõmittit, cẽſeri debet quadam iuris fictione relapſus*, inquit c. accuſatus *in princ. c. ſuper. de hæret. in 6.* niſi ex leui ſuſpicione ab-

iuranerit *ibid.* §.1. eoque magis ſi nō ex vehementiſſima tantum ſuſpicione abiurauit; ſed ex confeſſione, ob quam & relegatus, ſeu alias punitus fuerit. ſicut & edictū 25. ſept. 1550. pro relapſis habet eos, qui ſemel ob contrauentionem publicè puniti, rurſus contraueniunt: quod relapſi ſine vlla audientia Iudici ſęculari relinquantur. *d. c. ſuper.* vel quod ad Iudicis eccleſiaſtici præſentiam vocati, *iuxta c. excomm. §. adijcimus. X. eod.* contumaces fuerunt, cum *cōtumacia*, inquit c. 7. *de hæret. in 6. in cauſa præſertim fidei ſuſpicioni præſumptionem adijciat vehementem*: quod vxorē & filios in errore fidei, & vſu matrimonij apud hęreticos nulliter cōtracti quis nō corrigat: qui enim alios cum poteſt ab errore non reuocat, ſe ipſum errare demonſtrat: *c. 2. X. eod.* in domo tales amāter tractet, nec moneat: cum anathema ijs dicatur, qui in domo fouent. *c. 8. X. eod.* quod etſi ob temporū iniquitatem hîc non ſeruetur; tamen patremf. curā exuere nec iure diuino licet. quinimo qui poſt abiurationē hæreticos receptat, deducit, ſociat, dona, munera dat, fauorē impendit; merito debet iudicari relapſus: *c. accuſ. §. ille quoque. eod. in 6.* quin & edictum 14. oct. 1525. iubet eos, qui hoſpitātur peruerſos, aut abutentes ſacramentis, eos denunciare; aut etiam ipſos capite puniri.

Itaque grauibus huiuſmodi circūſtātijs occurrētibus arbitraria pœna non parum intēdenda eſt; atque augenda: iuxta d. edictum 1609. ſiue pecuniaria, ſiue alia: iuxta d. Principum literas 1614. & 1617. imponatur: ſiue ex actione ex canonibus
15. coram eccleſiaſtico; ſiue ex actione ex edictis coram ſæculari proceſſum fuerit.

15. Vt concordata non auferant Epiſcopo authoritatem iure competentem: etſi Principi tribuant aliam quā canones.

Igitur Iudici Eccleſiaſtico ordinario competit omnis cognitio de hæreſi. ſaluū tamē hîc manet Principi priuilegiū ſeu prærogatina impetrandi Inquiſitoris; decernere nō tantum apprehēſionem, ſed & executionem qui iure poteſt Epiſcopus: ex vſu tamē ad executionē implorare ſolet brachiū ſęculare. ſaluū etiā manet Principi ius apprehendendi, detinendi reos, per ſuos officiarios; annotandi & cōfiſcandi bona. quamuis hæc omnia ex integro nō ita iure, aut per extrauagantes conſtitutiones obtinerent. vt diximus. ſalua, inquam, hęc Principi manent, vt ei competant, non vt Eccleſiaſticū excludant: quæ nō eſt vis verbi, *ſalua*; ſed tantum vt ea conſeruet illi, quæ quis ſalua ſibi fore ſtipulatur. ideoque in eodem paragrapho additur, explicationis cauſa, Epiſcopo ex bonis cōfiſcandis ſoluendas fore expenſas. cōfiſcatio autē bonorum laicorū iure competit dominis ſæcularibus: ſaluis d. extrauagantibus: aduerſus quas veriſimiliter hęc ſtipulatio adiecta eſt. ſed plenius eſt verbum, *reſeruatio.* quod in ſolidū id, quod reſeruatur, tribuit reſeruāti. *c. ſi eo tempore. de elect. in 6.* vbi prærogatiua, quā paragraphus initio ſaluam vult, priuilegium tātum ſignificat. *l. in ſcripto. l. muner. l. obſeruare. D. de muner. & honor.* plenius ergo d. §. 16.
reſeruat Principi punitionē illam, quæ inſtituitur ex contrauentione edictorum ipſius. ex quibus in indicio eccleſiaſtico formaliter actio non venit inſtituenda. quamquā nihil vetet illorum, vt legū ciuilium, ibidem etiam fieri mentionē. reſeruatio autem hæc adeo eſt plena, vt etiam ſubalternos dominos ius cōfiſcationis habentes excludat, vt eā non capiant, quæ ex cōtrauentione edictorum incurritur; vt diximus; ſed Princeps. atque his cōformiter pronuntiatum eſt à Senatu Brabātię pro Promotore Mechliniēſi aduerſus D. H. ex decreto Officialis apprehenſum, ſub auxilio brachij ſæcularis, & detentum in Epiſcopali carcere. ita tamen hęc reſeruatio valet, vt formalis quidē ex edictis actio Eccleſiaſtico non competat; ſed alia non denegetur; vt mox demonſtrauimus; & eadem con-

16. Principi vt punitio competat peccatorū contra edicta, dum ex illis formaliter actio instituitur, ſed ex eodem facto per canones mandata punitio Eccleſiæ non auffertur.

concordata probant: dum Epiſcopo cognitionem ſuper hæreſi relinquunt: & *eodem titulo art. 5.* qui agit de iconoclaſtis, diſertè tradunt quod Iudex eccleſiaſticus ſolus (nota) cognoſcet in caſu, quando malefactor ſuſtinet non eſſe reuerentiam imaginibus exhibẽdam propter id, quod illæ repræſentant: alijs ergo caſibus cognoſcit etiam pro ratione ſuæ iuriſdictionis: ſed non ſolus, ſed vel Inquiſitor etiam; vel Principis Concilia, cum edictis illius eſt contrauentum. Canones porro adeo ſolis Epiſcopo & Inquiſitori cauſas fidei tribuunt cognoſcendas, vt Paulus V. etiam alijs prælatis ademerit quoad: ſui ordinis regulares. *Conſt. incip. Romanus.* Quin imo etſi Eccleſiaſticus Iudex iam officio perfunctus videatur cũ de hæreſi damnatum tradidit magiſtratui ſæculari; nec ille pœnam ignis imponit; poteſt illum monere: ſine metu irregularitatis. *Diana p. 1. t. 2. r. 134.* vt nec ante ceſſet eius officium, vbi nõ ceſſant per malignitatem temporum illę pœnæ. Nempe illas Principes remittere, poſſūt; ſi ad reip. ſalutẽ opus fuerit. *Wameſ. can conſ. de haret. conſ. 567. diximus in Hiatu. l. 3. c. 22.* nam quod per legem non licet, licet per neceſſitatem. *c. 4. X. de reg. iur.*

CAPVT XLI.

De Schiſmate.

1. Vt Eccleſiaſticus & ſæcularis ſchiſmaticos compeſcant?

VAlde affinia ſunt hæreſis, & ſchiſma: nec fere ſchiſma factum, quin deſierit in hæreſim. igitur regulæ Patrum conſtituerunt, vt ſi qua Eccleſiaſtici officij perſona ei, cui ſubiectus eſt, reſtiterit, vel ſeorſum collegerit, aut aliud altare erexerit, aut ſchiſma fecerit, iſte excommunicetur, atque damnetur. quod ſi fortè & hoc contempſerit, & permanſerit diuiſiones & ſchiſma faciendo; per poteſtates publicas opprimatur. & infra, non ſolum exilijs, ſed etiam proſcriptione rerũ, & dura cuſtodia coërceatur. *ita Pelagius in c. de liguribus. 23. q. 5.* poſt idẽ Greg. *in c. nec licuit. diſt. 17.* ſchiſma diſſenſionem ab Epiſcopali authoritate facit; hæreſis autẽ peruerſum dogma habet. *Ceterum,* inquit Hieronymus, *nullum ſchiſma non aliquam ſibi confingit hareſim; vt rectè ab Eccleſia receſsiſſe videatur. c. inter. 24. q. 3.* quatenus ergo hæreſim ſapit, ſolius Eccleſiæ eſt iudicare inter lepram & lepram: quatenus diuiſionẽ indicat, monet; & mucrone excommunicationis ferit: qui ſi contemnatur, demum Iudex ſæcularis per exilia, proſcriptiones, ſimileſve pœnas ſchiſmaticos comprimit. *d. c. de ligur.* ſingulare videtur *in d. c. nec licuit.* vt ſi quis Synodũ particularem fecerit aduerſus generalem; ſine alia mora per ſæcularem poteſtatem puniri poſſit. quoniam directo, atque ex profeſſo, & notoriè ab vniuerſali eccleſia ſeceſſionem facit. in d. autem *c. de ligurib.* contemptus ruſticus, & in omittẽdo magis conſiſtens fuiſſe videtur. rato autem fieri poterit, vt ſine præuia Eccleſiæ monitione, cognitione, ſeu declaratione, ſæculari poteſtati conſtet ſchiſmaticum quem eſſe, & vt talem puniendum. nam, etſi *in d. c. de ligurib.* illi in contemptum Sedis Apoſtolicæ de ſua ruſticitate gloriabantur, excommunicatio tamen, & perſeuerantia præmiſſa eſt ſæculari punitioni. vt quamuis notorium excludat cauſæ cognitionem, *c. quoniam. X. de fil. preſb.* tamen illud ipſum ita ſe habere, cum ab animo etiam pendeat, euidenter conſtare, vt declaratione non egeat; omnino debebit. Quod ſi autem factum aliquod tanquam ſchiſmaticum, aut hæreticum damnetur ab vtroque iure; erit res mixtæ iuriſdictionis: & ab vtroque Iudice puniri poterit. Vt poteſt irreuerentia erga crucis, aut ſanctorum imagines. *c. ſi canonici. de off. Ord. in 6. l. 1. C. nemini licere ſignum crucis. vt ſup. de haret. diximus.*

2. Sed oportet vt quem conſtet ſchiſmaticum eſſe antequam ſæcularis de eo cognoſcat?

CAPVT XLII.

De alijs rebus Eccleſiarum, & clericorum.

1. Iudicis originaliter Eccleſiaſtici eſt hæc cura.

FAcultates Eccleſiæ in manu fuiſſe Apoſtolorum, ab eiſque diaconos eis præpoſitos, & illorum ſucceſſores Epiſcopos opum ſacrarum habuiſſe adminiſtrationem, alijſque demandaſſe latè conſtat *ex ijs quæ deducit Gratianus tota cauſa 12. & 13. tetigimus in Conſult. can. de paroch. conſ.* 8. *de religioſ. dom. con.* 2. vbi & ſingulatim quæſiuimus quæ circa regimen hoſpitalium Concilium Trid. innonarit, auxeritve. laicis autem nullam competere, in res Eccleſiæ inriſdictionem proſequitnr latè idem Gratianus *diſt. 96.* Concilium Rom. ſub Symmacho *Solis*, inquit, *Sacerdotibus diſponendi de rebus Eccleſiæ indiſcuſſè à Deo cura commiſſa eſt.*

2. Cogit hoſpitalium curatores etiam laicos ad rationes reddendas.

Quod hnc pertinet, ad rationes reddendas hoſpitalis publici *ex c.* 8. *& 9. ſeſſ. 22. Conc. Trid.* rectè citari & cogi per Iudicem Eccleſiaſticum rectores, quamuis laicos, etiam ad ſolutionem reliquati, appellatione etiam remotâ, ſi in viſitatione ſupputatum fuerit, *ex c. 1. d. ſ. 22. c. 10. ſ. 24.* & ita iudicatum fuiſſe à Cancellaria Pinciana ait Ceuallos. *de cog. per viol. p. 2. q. 123.*

3. Et boborũ Eccleſiæ.

Adminiſtrator ergo bonornm Eccleſiæ laicus eſſe non debet. *c. laicus. diſt. 89.* ſi tamen fuerit adminiſtratio ei ab Eccleſiaſticis commiſſa; committentibus Eccleſiaſticis debet reddere rationem. *c. indicatum in verb. à vobis diſcuti conuenit. d. 89. clem. quia contingit. de religioſ. dom. in verb. reddere rationem Epiſcopo.* Neque obſtat d. c. indicatum *in verb. quippe veſtræ non ſuppoſita curationi*: ſi quidem illa referuntur tanqnam allegata à recuſantibus laicis, non à Pontifice. tametſi ad vitandas impoſterum tricas, &, vt veteres canones ſeruentnr, clericis adminiſtrationem velit committi rerum Eccleſiaſticarnm.

Sola venditione nanciſcitur dominium Eccleſia. *ſola venditione* dominium non transfert. obtinet ergo in illa lex quoties *C. de rei vindicat.* venditrice, non emptrice. *Couarr. var reſol. lib. 2. c. 19. n. 4.* nec minns delinqnit Eccleſiaſticus rem duobus vendens, quam laicus. neutri variatio permiſſa eſt. in vtroque acquirente ſiue ab Eccleſia, ſiue à laico obtineant oportet leges ſæculares de acquirendo rerum dominio. in iure antem patronatus canones admittunt variationem laici, non clerici. qnamnis aduerſentnr nonnulli. *Martha & citati de iur. p. 4 c. 172.* 4. Sola venditione acquirit Eccleſia dominium, non ſic transfert.

Porro, quod hnc ſpectat, Eccleſia ſola emptione dominium rei emptæ adepta, vbi ius ciuile adhuc obtinet, de re hniuſmodi cognoſcit, & ſtatuit, vt de alijs. an autem pecunia dono, legatove relicta in dotem monialis ingreſſuræ religionem eodem loco ſit habenda? pendet ab illa quæſtione, an pecunia in rem comparandam deſtinata loco rei habeatnr? de quare Le Maiſtre *tra. de criëcs c. 1. alijq. paſſim.* dnbium non eſt, quin cura hniuſmodi doni, legatiuè ad Iudicem Eccleſiaſticum ſpectet, eo iure quo cauſæ piæ, earumve executio. 5. De rebus ſic quæſitis cognoſcit.

CAPVT XLIII.

De negotijs criminibuſq; quæ mixti fori dicuntur, & primum de præuentione.

VT negotia, ita crimina, tam ſacra quam ciuilis iuriſdictio tractat. ſed vnaquæqne cognitionem ad ſnnm finem dirigit. ſacra ad ſalutem animarũ: vt ſaluus fiat populus Chriſtianus: cinilis; vt quieta ſit reſpublica; lites, diſcordiæ, bella. 1. Quatenus vterque iudex mixta negocia tractet?

bella, componantur, decidantur, in tranquillitatem deſinant. Vnde & D. Paulus, cum Corinthium inceſtuoſum tradidit ſatanæ, finem expreſſit, *vt ſpiritus ſaluus fiat.* fines iſti diuerſi quidem ſunt; non tamen contrarij: ſed mutuo ſe compatiuntur non tantum, ſed & coniurant amicè: alter alterius curam non tollit, ſed pari illam paſſu ambulare gaudet. & negotia quidem ciuilia vtraque iuriſdictio ſuo modo concludit, ſine alterius impedimento, dum aliud intendit quam actum agere. quamquam idem ſæpius agēdo in alium finem dirigit: prout iuriſdictiones ſunt diſtinctæ. &, quod ad crimina attinet, percurrentibus veteres canones vlla vix crimina non occurrent caſtigata: ſed per cenſuras, anathemata, pœnaſque Eccleſiaſticas. & ferè ita ſonant canones Apoſtolorum. quos agnoſcit Concil. *Trid. ſeſſ.* 25. *c.* 1. & veterem Eccleſiæ diſciplinam optimè repræſentant. quibus & accedunt, qui vocantur canones pœnitentiales. & pœnæ quidem huiuſmodi canonicæ, ſeu pœnitentiales non excludebāt accuſationem criminum iudicialem etiam, poſt pœnitentiam & reconciliationem. vt rectè Layman. *in theol. mor. l.* 4. *t.* 9. *c.* 2. *nu.* 6. & Couarr. *variar. lib.* 2. *c.* 10. pœnitentias ait, quamuis publicas, imo ſolemnes, quamuis & diuturnas, & graues non eſſe impedimento accuſationi, aut inquiſitioni iudiciali. præſertim dum pœnæ inflictæ nondum reſpondent grauitati criminum. *Layman. ibid.* ex communi *cum Farinacio & Nauarr.* quare nec hodie v. g. clerici percuſſor per Eccleſiaſticæ cenſuræ denuntiationem eximitur à ſæculari punitione. idem etiam obtinet in omnibus grauioribus criminibus, quibus vitæ aut membrorum mulctatio præſcripta eſt per leges, aut conſuetudines. *c. rex. c. ſunt quædam. c. inceſtuoſ.* 23. *q.* 5.

2. Vt hodie præuentio alterius fere actionē excludat?

Sed nihilominus poſtquam iudiciariam poteſtatem manifeſtius exercuit Eccleſia, & cenſuram morum pœnis condignioribus ſtabiliuit; in minoribus delictis eam ferè punitionem inſtituit, quæ condigna videretur: & ſic præuentio cepit eò porrigi, vt alterius iuriſdictionem impediret. *c. de his. X. de accuſat.* ſic tamen, vt puniti à Iudice ſæculari à pœnitentialibus canonibus non eximerentur, neque ceſſarent cenſuræ, ſeu anathemata: præſertim ab ipſo iure inflicta: aut cognitio in ijs quæ animarum periculum inducunt. vt loquitur c. cum quidam. *de except. in* 6. ſicut ècontra ſi Eccleſiaſticus Iudex loco cenſurarum graues peregrinationes, aut ſimiles pœnas inflixiſſet; ceſſare conuenit pœnas legales: ſaltem non maiores, non condigniores, tanquam rei iam iudicatæ exceptione. *d. c. cum quidam. Diana p.* 4. *t.* 2. *reſ.* 61. cui pariatur & pendentis litis per præuentionem exceptio. & ita ferè ſe nunc habent tempora, & mores. *Vide citatos à Diana p.* 1. *t.* 2. *reſ.* 97. *& Manſfeldium in exercit. ad Breue. apoſt. ad V. auxilium brachij ſæcular.* per quos ſit, vt iuriſdictionis, quæ pluribus competeret, ſoli exercitium illa in cauſa tribuatur, qui præuenit. quod æquum non videatur de eadem re coram pluribus Iudicibus cauſam dicere. *Layman. d. n.* 6. *in fin.* vel ob idem crimen pluribus legibus reum fieri. *l. ſenatus. D. de accuſ.* vt actori ſeu accuſatori in mixti fori negocijs detur optio, coram quo velit reum conuenire. *c. cum ſit generale. X. de for. compet.* niſi tamen ratione rei alibi exiſtentis non ſimpliciter alibi conueniri poſſit. v. g. alibi domicilium, alibi beneficium habens, in loco domicilij delinquens, poteſt quidem ibi condignè puniri; non tamen illo beneficio priuari. *c. poſtulaſti. X. de for. compet.* quia eius eſt deſtituere cuius inſtituere. vt nec renuntiatio niſi coram ſuo Ordinario effectum ſortiatur. *c. admonet. X. de renuntiat.* præuen-

3. Si tamen tota punitio per præuentionem peragi poſſit.

4. Præuentio etiam inferioris impedit ſuperiorem, & contra niſi &c.

uentio alioquin adeo eſt efficax, vt & inferioris aditio ſuperiorem excludat. *c. vti debitus. X. de appellat. c. cum ab Eccleſiarum. de off. Ordinar.* & contra Ordinarius per totũ ſuum territorium inferiores præuenire poſſit. *c. cum contingat de for. compet. auth. de defenſor. ciuitat. in princ.* niſi fortè conſuetudo aduerſus Ordinarium obtinuerit: *ibid. in fin.* vel inferiorem: *c. fin. X. de off. Archidiac.* vel etiam inferioris iuriſdictio dependeat à ſuperiori. quippe iudicium ſoluitur vetante iudicare eo, qui iuſſit. *l. iudicium D. de iud.* quemadmodum & Papa, totius orbis Ordinarius, poteſt. ſaluo decreto hodie Concilij *Trid. ſeſſ. 24. c. 20.* inferioribus quidem inhibere, &, ſi cauſam delegarit alteri, quaſi præueniendo, Ordinario videtur inhibuiſſe; *l. cum prætor. D. de iudic.* ita tamen ſi literæ præſententur, antequam alius Iudex ſit aditus: *d. c. vt debitus.* ſeu potius citationem emiſerit. *l. ſi quis*

5. Citatio debitè executa præuentionem gignit.

poſtea D. de iudic. omniũ enim actionum principium eſt in ius vocatio. *§. omnium. inſt. de pœn. temerè litigant.* vt nec mors delegantis iuriſdictionem, quaſi re non integra, auferat delegato. *c. gratum. c. licet. X. de off. deleg.* multo minus ſi facta eſt conteſtatio. *c. relatum. eod.* nec priuilegium ſuperueniens. *d. l. ſi quis.* nec mutatio domicilij. *l. cum quadam puella. D. de iuriſdict. om. iud.* vbi ex facto mentio eſt ſententiæ latæ, vel litis conteſtatæ; ante migrationem; non autem virtus eadem negatur citationi executæ. quam ei tribuit lex *quia. D. de iuriſdict. om. iud.* & propterea ſic etiam accipi debet c. relatum *X. de off. deleg.* vt ita conteſtationi, quaſi ex facto ibi propoſitæ, illæ vires tribuantur; vt etiam citationi illæ non denegentur. vt in proximè ſequenti articulo expreſsè deciditur. nimium enim vicina eſſet huiuſmodi contrarietas. quin etiam reſpectu actoris ſola Iudicis aditio, & precum oblatio facit præuentionem, vt mutare nequeat.

6. Et reſpectu actoris ſola iudicis aditio.

auth. qui ſemel. C. quomodo & quando Iudex. l. vbi captum. D. de iudic. adeò vt ſi quis de eadem cauſa ad plures Iudices reſcriptum obtinuerit, illius commodatè careat, & expẽſas luat. *c. fin. X. de reſcript.* apud vtrumque Iudicem. *l. ſancimus C. de iud.* ſed & reus actorem præuenire poteſt, ſi prius Iudicem adierit. *l. in tribus. D. de iud.* Ita tamen præuentio locum habet, ſi citatio fuerit valida, & legitima. *c. propoſuiſti. X. de for. compet.*

7. Si tamen à iudice competente etiam ſit emiſſa.

adeoque à Iudice competente emiſſa: *l. penult. C. ne de ſtat. defunctor.* niſi compareat, qui nulliter citatus eſt; neque excipiat. *l. 1. §. 1. D. de ferijs.* quin & citatio non emiſſa, & executa tantum; ſed & clara requiritur, vt per eam conſtet, qua de re agatur. *clem. 2. ne lite pend.* quin etiam adeo potens eſt præuentio, vt

8. Etiam verbalis prior, reali præualet.

quamuis citatio realis verbali præferenda ſit, cum pares ſunt tempore; tamen cum verbalis præuenit, obtineat Iuris regula, *qui prior eſt tempore, potior eſt iure.* Etſi Barboſa & *quos citat Votorum tom. 2. vot. 92.* ſecus ſentiat.

9. Et cum ad eumdem finem vergit vtriuſque iudicis actio.

Igitur ſicut in cauſa merè eccleſiaſtica, ita & in ea quę eſt mixti fori, ſi liquida eſt præuentio, ad eundemque dumtaxat finem tendat vtriuſque Iudicis actio, non ſi quid amplius in vna actione aut accuſatione eſt, quam altera; *Mansfeld. vbi ſup.* Iudex Eccleſiaſticus ſæculari poteſt inhibere. *c. ſæculares Iudices. de for. compet. in 6. c. cum quidam de except. in 6.* quamquam praxis magis habeat, vt vtatur literis requiſitorijs. quod & edicta noſtratia iubẽt. vt &, ſi ſæcularis noluerit progreſſum ſuſpendere, Princeps adeatur.

10. Eccleſiaſticus vt ſæculari inhibeat?

ne par in parem videatur imperium exercere in materia, in qua vtriuſque valet authoritas. videatur, inquam, quia paritatem negat c. vnam *ſanct. de maior. in extr. comm.* in eoque fundatur ratio d. c. ſæculares.

Quamquam enim quilibet Judex cognoſcere poſſit an ſua ſit iuriſ-

riſdictio, tam Ordinarius; *l. ſi quis ex aliena D. de iudic. l 2. D. ſi quis in ius vocat.* quam delegatns. *c. ſuper literis in fin. c. paſtoralis X. de reſcript.* ramē idem

11. Sed prius liquere de præuentione vt debeat?

& laico competit; vt æſtimet an ſua ſit iuriſdictio. *d. l. ſi quis. Ceuallos de cog. per viol. p. 2. q.* 81. *&* 82. *remiſſiuè.* & ſæpe præuenrio patitur exceptionem. *Tuſcus in verb. præuentio. concl.* 646. 647. 649. *in verb. delinquens. concl.* 180. 181. 182. *in verb. condemnatus. concl.* 571. ideoq̄ue liquida omnino debet eſſe præuentio, vr nulla ſit exceptio, antequam cenſuris ſuam iuriſdictionem Eccleſiaſticns tueatur. *c. ſanè. X. de off. deleg. c. ſi Iudex laicus in v. etſi notorium. de ſent. excommun. in 6.* aur alioqnin quippiam, niſi causâ cognitâ, ſtatuat. *vocato,* inqnit d. c. ſi *Iudex, Iudice ſæculari, ſeu*

12. Et laico prius vocato.

alio cuius intereſt. vid. Marth. de iuriſd. p. 2. c. 42. n. 17. & ſeqq. p. 2. c. 1. quippe & cum ambigiatur de duorum Indicum delegatione, vterqne ſimul cognoſcit, cuius ſit iuriſdictio: &, ſi diffideant, arbitros ſumunt. *c. paſtoralis. X. de reſcript.* vt in cauſa mixti fori hodie ſæculares Indices ad Eccleſiaſticum vocari vix ſuſtinerent: ſed vel ſimul cognoſcere, arbitros ſumere, vel ſecundum edicta laici ſuperiorem adiri: aut, ſi laicus præuentionem cauſetnr, ſuperiorem Eccleſiaſtici: quia cum in partes

13. Quod vix hodie obtinet.

tranſennt Judices, videtur occnrrere regula, vt in cauſa ſua nemo ins dicat: & qui de alterutro Iudice queri vult, eius vt rei ſuperiorem, debeat adire. *d. c. cum ſit generale.* quanquam aliter praxis caſſationes, & recurſus ſæculares multis locis inuexerit. etſi eriam Bulla cœnæ quotannis ſeuerè moneat, & excommunicationis mucrone diſtringat iuriſdictionem Eccleſiaſticam inuadentes. & Conc. *Trid. ſeſſ.*

14. Nec vt Eccleſiaſticus turbatores ſuos prout iuris compeſcat.

25. *c.* 20. vt in re, vt diximus, liquida, ipſe Judex poteſt cenſuris ſuam iuriſdictionem turbantes compeſcere. *d. c. dilecto. de ſent. excomm. in 6. c fin. de reb. Eccleſ. non alien. l. 1. D. ſi quis ius dicent. non obtemp.* quo c. fin. diſertè vſurpatores Iuriſdictionis eccleſiaſticæ per cenſuras compellunrur, vr ab ea abſtineant; neque de Eccleſiæ bonis diſponant; de mortuarijs, & alijs, quæ iuri ſpirituali annexa videntur. at vero hæc in ſubditos; in exemptos, aut extra territorium cuiuſque conſtitutos, non item. *l. fin. D. de Iur. om. Iud.*

15. Non eſt locus præuentioni aut inhibitioni, cum vtriuſque actio non eodem tendit.

Dixi ex præuentione inhibitionem iure fieri, ſi illa liquida ſit; & ad eundem dumtaxar finem tendat vtriuſque Iudicis actio: nam ſi Eccleſiaſticus ad cenſuras infligendas, aur declarandas tantum egerit; non impediet ſæcularem: ſi hic ad mortem, aut mutilationem; impedit Eccleſiaſtici actionem extra cenſuras, & pœnitentiales correctiones: ſi vterque rantum concludit, vt reus puniatur, prout iuris; vr permittit edictum 12. *Iul* 1611. *art.* 41. vel ſine concluſione libellnm dederit, intelligitur qniſque actor pœnam petere, quam forum ſuum exigit: ſcilicet ſæcularis; quam præſcribunt leges: eccleſiaſticus; quam canones: in quibus autem pecuniaria tantum multa tam per leges quam canones, vſumq̄ue conſuetum exigirur, merito obtineat præuentio, ne ſecundus à primo actum agat. vnde cum grauia naſci ſoleant incommoda, multis locis inita ſunt Concordata; quæ ſingulis ſuas cauſas aſſignent, aur communes, mixtique fori faciant: & in his vt rum admittenda ſir præuentio, dixi *in Iur pont. anal. de for. comp. n.* 53. *& ſeqq.* mixti fori crimina latè perſequirur Fragoſus *Regim. reip. l.* 2. *diſp.* 4. *§.* 5. *& ſeqq.*

CAPVT XLIV.

De vſuris.

Vſuræ naturali iure ſunt illicitæ: ſed crimen origine eſt eccleſiaſticum: vtpote cuius poſt litetas ſacras ptohibitio per Concilium

ciliū Nicænum eſt inducta. *c. quoniam. diſt. 47.* iure ſi quidem ciuili

1. Vſura quatenus mixti fori ſit

vetere permiſſæ fuerunt vſuræ: recentiori Iuſtiniani contendunt plures per interpretationem authenticæ *de Eccleſiaſticis titulis in princ.* (vbi Iuſtinianus vult quatuor primis Concilijs, vt Euangelijs, honorem; &c, vt legibus, obſeruantiam præſtari) eſſe vetitas: ſed, vt non impugnemus generale iſtiuſmodi argumentum aduerſus ſpecialem legem; admittendum eſt tamen, ſi non permiſſas; toleratas tamē fuiſſe vſuras, ſecundum moderationem Iuſtinianææ legis *eos C. de vſur.* neque punitas fuiſſe in foro ciuili. Cæterum hodie multis locis Principes, vt in Belgio Carolus V. edictis ſuis vſuras prohibuerunt. Eoque rectè hîc dicitur vſuræ crimen eſſe mixti fori: aduerſus quod tam edicta, quam canones inſurgant. ſimiliter & Philippus II. decretalem miſit ad omnes Iudices ſæculares, *quam refert Ceuallos de cog. per viol. p. 2. q. 88.* vt omnes vſuras, & contractus illicitos exercentes, tam ipſi punirent; quam Eccleſiaſtico punienti brachium præſtarent, citra exceptionem, quod rei eſſent laici. Enimuero edictum Caroli V. non explet quidquid vſurarum vorago requirit; ſed ferè tantum ſpectat compendium fiſci, vt in pœnam in illius ærarium redigatur ſors ſub vſuris mutuo data: canones autem maximè ſpectant emendationem peccatoris; quæ intrinſicam habet reſtitutionem iniuſtè acceptorum.

2. Præuentio hic non eſt cum vtriuſque actio non eundem finem habet.

quia *non dimittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum. c. non dimittitur. de reg. iur. in 6.* ideoque cum fines vtriuſque fori ſint diuerſi; actio à Iudice ſæculari ad illum finem intentata non impediet eccleſiaſticum: ſed neque huius præuentio, illum remorabitur. quippe pœnam ab edicto inuentam non propoſuerunt canones; ſed excommunicationem, ac alias. laici ergo actio Eccleſiam non impediet, quo minus vſurarium ab altari arceat; oblationes reijciat; ſepulturam neget: *c. quia in omnibus. X. de vſur.* ad reſtitutionem cogat: *c. præterea. c. cum tu. eod.* & manifeſtis vſurarijs domos elocari vetet: *c. vſurarum. eod. in 6.* inteſtabiles faciat. *c. quamquam eod. in 6.*

3. Semper cognoſcit Eccleſiaſticus, cum quæritur, an vſura ſit.

Cæterum, quia ſacerdotis eſt iudicare inter lepram, & lepram; ſi in controuerſiam vocetur contractus, an ſit vſurarius; iudicium deferendum eſt Eccleſiæ; cuius eſt interpretari ſacras literas: adeoque illud Chriſti; *mutuum dantes, nihil inde ſperantes.* ſic Pius V. vt vſuraria damnauit cambia ſicca: reditibus, & cenſibus normam præſcripſit: & Sixtus V. improbauit praxim triplicis contractus; ſocietatis, & aſſecurationis ſortis, cum certi lucri minoris, pro maiori incerto, redemptione. *Vide citatos à Diana p. 1. t. 2. reſ. 77.*

4. Quando criminale iudicium ſuper vſura ſuſpendatur per ciuile?

Enimuero quamuis non ſoleat iudicium criminale ſuſpendi per ciuile; *l. per minorem. D. de iudic.* ſed illud eſſe huius excluſiuum, ac prius expediendum: *l. fin. C. de ord. cognit. l. 1. C. ſi quis aliquem teſtari prohibuerit:* tamen, ſi deciſio criminalis dependeat à deciſione ciuilis, merito criminale ſuſpenditur. *l. præſes. C. de plagiarijs. l. quoniam C. de adult. l. ſi quis libertatem. C. de petit. hæreditat.* vt generatim dici ſolet præiudiciales quæſtiones prius eſſe terminandas. *c. 1. c. ſuam. X. de ord. cognit.* v. g. accuſatus

5. Cum quæritur an id de quo agitur ſit vſura.

criminaliter coram laico ſuper vſura negat cōtractum ſuum eſſe vſurarium; citat accuſatorem ſuum coram Eccleſiaſtico, vt is declaret eſſe licitum: cum ille punctus inuoluat quæſtionem fidei; Iudex ſæcularis illam decidere non poteſt: illa indeciſa condemnatio criminalis ferri non poteſt. quia natura prior eſt quæſtio, an quid ſit; quam quomodo ſit. eodemque modo accuſatus de adulterio, negat ſe ritè coniugatum eſſe: præuia huius exceptionis debet eſſe deciſio; antequam

quam ferri poſſit condemnatio adulteri, ideoque ſuſpendi proceſſus criminalis, donec eccleſiaſticus deciderit, an verum ſubſit matrimonium.

6. Niſi prouiſionale iudicium aut ſimile exerceatur.

Contingit tamen vt hæc non ita obtineant. vt ſi agatur de executione inſtrumẽti guarentigiati, ſeu cui inſertum eſt iuramentum ſuper illius obſeruatione, vt illud executioni prius mandari debeat, quã quæri de vſuraria prauitate. *arg. c. debitores c. ad noſtram. in fin. de iuretur.* quod idẽ obtinere poteſt, ſi ſtatuto omnis exceptio reijciatur in pleniorem litis indaginem; & per prouiſionẽ contractui mandetur ſatisfieri. *Marth. de iuriſdict. p. 2. c. 45.* atque adeo eo caſu eccleſiaſticus aditus ſuper declaratione vſurarij contractus, non poterit ſæculari inhibere, ne ſtatuta generaliter cõcepta, ex boni publici conſideratione, obſeruet; ſine præiudicio cognitionis eccleſiaſticæ ſuper vſura. *Vt ibid.* Vt etiam Eccleſiaſticus aditus ſuper abſolutione à iuramento, non poteſt inhibere interim ne creditor coram ſeculari agat. *idem vbi ſup. c. 46.* quamquã Gutierres *aliyque apud Dianam. p. 3. t. 1. r. 18.* diſſentiant, in inſtrumento guarentigiato. ſed rationes magis ſuffragantur noſtræ opinioni: quatenus non turbatur ordo iudiciorũ, nec illuſorium redditur iudiciũ eccleſiæ, ſed integrum illud ſeruatur, & conſuetudinarius iuris ordo ſeruatur, vt ſine præiudicio cauſæ principalis, in eiuſque pleniorẽ indaginem hæc reſeruentur: interim prouiſionaliter mandetur executioni, quod prima facie iuſtius æquius videtur. vt plura alia ſunt in iure prouiſionalia iudicia. alioquin conſuetudine, ſtatutiſque ſepoſitis, mero iure præcederet cognitio, an ſubſit vſura. *arg. c. lator. X. qui fil. ſint legit. & quæ mox citauimus. Vide Ceuallos & citatos de cognit. viol. p. 2. q. 7. & q. 96. 97.* idemque dicendum eſt, dum quęritur de iuramento, vt interim executio liquidi, iuratique contractus non retardetur. *idem q. 97.*

7. Eccleſiaſticus etiam iubet laico aduerſus Iudæos & gentiles prouidere.

Sed & in Iudęis & gẽtilibus, vbi eccleſiaſticus iudicare non poteſt eum, qui eſt extra Eccleſiam; aliquando cogit temporalem poteſtatem prouidere: v. g. vſuras reſtituere. *c. poſt miſerabilem. X. de vſur.* quia nec ipſe Pontifex diſpenſare, minus Princeps, poteſt; ita vt licitæ fiant vſurę. *c. ſuper. X. eod.* quin nec exercitium vſurarijs, nec habitatio à poteſtatibus permitti poteſt. *c. 1. eod. in 6. clem. vnic. eod.* quæ loca de Judæis

8. Ne tolerẽtur habitare, teſtari &c. vſurarii publici.

quidem non agũt. ſupremis autem Principes alicubi, ob neceſſitatem publicam, tolerant exercitium, ita vt repeti vſuræ per actionem iudiciariam nequeant, tanquam minus malum; quo plurium vſuraria praxis impediatur. alioquin regulariter tam chriſtianos ſua authoritate eccleſiaſticus; quàm Iudæos per ſęcularem cogere debet ad reſtituendas vſuras. *d. c. poſt miſerabilem.*

CAPVT XLV.

De fractione ſigilli confeſſionis.

1. Punitio hæc pertinet ad Eccleſiaſticum.

SAcerdoti confeſſionem reuelãti imponitur perpetua peregrinatio. *c. ſacerdos. de pænit. d. 6.* vel perpetua incarceratio. *ex c. omnis. X. eod.* Vetus piorũ fidelium vſus erat, vt in mortis neceſſitate, deficiente ſacerdote, confiterentur proximo. *c. quem pænit. d. 7.* quamuis enim non ſit ſacramentalis ea confeſſio; dum clauium poteſtas non competit niſi ſacerdoti; taliter tamen confitens ſit dignus venia; ex ſacerdotis habendi, eique confitendi deſiderio.

2. Etiam contra laicum qui audiuit confeſſionem in defectu ſacerdotis.

d. c. quem pænit. verſ. tanta. mundati ſunt leproſi, inquit, *dum irent oſtendere ora ſacerdotibus, antequam ad eos peruenirent: vnde patet dominum cor reſpicere, dum ex neceſſitate prohibentur ad ſacerdotes peruenire.* quare & hi laici, qui ſic audierint confeſſionẽ, obligantur ad ſecretum, ad imitatio-

nem ſacerdotis; nec cogi poſſunt quidquam reuelare à quocumque magiſtratu; &, ſi confeſſus obiuerit, quamuis ſacramentaliter non ſit abſolutus, nec ab excommunicatione relaxatus, vt ſi eſſet à ſacerdote abſolutus, in ſacro ſepeliri deberet. *c. fin. X. de ſepultur. c. paſtorali §. praterea. X. de off. ordinar.* tamen *Dei miſericordia*, inquit d.c. quem *pœnitet. eſt vbique, qui & iuſtis nouit parcere; & ſi non tam cito, ſicut ſoluerentur à ſacerdote.* adeoque excommunicatum ſic laico confeſſum poſt mortem ab excommunicatione abſoluendum, & in ſacro ſepeliendum erit dicendum; ergo hic laicus confeſſionem reuelans, quia in eum non eſt ſtatuta pœna ordinaria ſacerdotis; punietur extraordinaria. *Nauarrus in d. c. 1. §. diligens. de pœnit. in 6.* atque à Iudice Eccleſiaſtico: cum crimen ipſum referatur ad offenſam ſacramenti. poteſt tamen requiri & ſæcularis, vt plenius puniatur. *arg. c. 2. X. de maled. c. felicis §. per hoc de pœn. in 6. Diaz & Salcedo in prax. c.* 109.

CAPVT XLVI.

De iuramento.

1. Mixti fori eſt, ſed naturâ propriâ Eccleſiaſtici cognitio.

VTriuſque iuris Codices, & Iudices illud tractant; ſeruandum vel non ſeruādum decernunt. ſed tamē reuerà magis ad Iudicem Eccleſiaſticum pertinet. *c. nouit X. de iudic.* quare iuramēti ratione laicus coram eccleſiaſtico conuenitur ad obſeruationem contractus. *c. fin. de for. compet. in 6.* etiam hæres. *c. à nobis. de ſent. excom. in 6.* quod Choppin. *de ſac. pol. l. 2. t. 2. n. 3.* explosum hodie ait: ſed non apud nos; neque cœlites. imo ad vſuras ſoluendas cogit *c. debitores X. de iureiurand.* & in ijs, quæ lege tantum ciuili reprobata ſunt, iuramentū ſeruari cogit Eccleſia. *c. quāuis pactum. de pact. in 6.* & Iudices ſæculares, ſi nec vis, metus, nec dolus interceſſerit, per Ordinarios locorū quemlibet aduerſus iuramentum ſuum audire inhibentur. *ex c. licet mulieres. de iureiurand. in 6.* adeoque nec abſoluere permittuntur. quinimo ferè id Papæ reſeruatum videtur. *c. ſi vero. c. verū. X. de iureiurand. c. venient. in fin. eod.* quamquam & Epiſcopi vtātur ea poteſtate; dum iuſta ſatis ſubeſt cauſa. & ſuperioris authoritas, ſi aliquatenus res illum ſpectare poteſt, in iuramento cenſetur excepta. *c. venientes. X. de iureiurand.* quod loquitur de admittenda appellatione, non obſtante conſuetudine inrata; de exequēda ſententia intra certos dies.

2. Abſolutio à iuramento propriè Eccleſ.

Cęterum ſi diſputatio oriatur de viribus iuramenti, & probabile iuris dubium videatur; Eccleſiæ cognitio deferri debet: cuius eſt iudicare inter lepram, & lepram. & ſic videmus totum titulum. *X. de iureiurand.* plenum eſſe reſcriptis ſuper dubijs iuramentorum obligationibus. vterque tamen Iudex peierantes punit. eoque rectè dicitur mixti eſſe fori cauſam iuramentorum.

3. Quæſtio de viribus iuramenti ad ſolum Eccleſiaſticū pertinet.

Piè reſpondit Alexander *in l. 1. C. aduerſus vendit.* neque perfidiæ, neque periurij ſe authorem futurum; poſtulationemque abſolutionis à iuramento reiecit. Theodoſius & Valentin. *in l. non dubium. C. de leg.* aduerſus id, quod lege eſſet prohibitum, iuramentum noluit admitti. Fredericus *in auth. ſacramenta puberum. d. tit. ſi aduerſus vendit.* per vim aut metum extorta ſacramenta nullius voluit eſſe mometi. Bonifacius VIII. *in c. quamuis pactum de pact. in 6.* ſeruari vult pactū, quāuis à lege ciuili improbatū, nec vi nec dolo pręſtitū, ſi nō vergat in ſalutis diſpendium, nec alterius detrimētum. eòque idē Bonifacius *in c. ſi. de for. comp. in 6.* ad obſeruantiā iuramēti etiam laicum corā eccleſiaſtico rectè cōueniri reſcripſit. & cōſonat c. nouit. *X. de iud. c. 1. & tot. tit. X. de iureiur.* addit ergo, vt loquuntur, forum foro iuramentum: eoque ſi abſolutio petatur,

4. Etiam laicus coram Eccleſiaſtico conuenitur ſuper obſeruatione iuramenti.

tatur,

tatur, aditur Eccleſiaſticus. *c.2.X.de iuretur.*

5. Poteſt Princeps inhibere ne contractibus iuramenta inſerantur.

cuius eſt de religione, & diuina lege, *non aſſumes nomen Dei tui in vanum*, reſpōdere. poteſt quidem Princeps ſæcularis, ad vitanda periuriorum pericula, prohibere, ne ſubditi actibus, cōtractibuſque ſuis iuramenta adijciant, præſertim lege prohibitis: dummodo ſincera mente id fiat: non autem eo fine, vt Eccleſiæ authoritas excludatur, & locum non inueniant canones mox citati. quod eſſet per cuniculos oppugnare libertatē, iuriſdictionemque Eccleſiæ. vt lex Caſtellæ id negat. quemadmodum etiam non rectè antiqui formularij omnibus ferè contractibus clauſulam iuramēti inſerebant. id quod vergebat in præiudicium iuriſdictionis laicæ, fruſtrà, & ſine neceſſitate. cuius iuris ſui defendendi cauſa, conſuetudinariā huiuſmodi formulā etiam potuiſſe Principes inhibere, ſuadet æquitas. ſi tamen grauis neceſſitas, nec vana præſumptio id exegerit; vt in d.c.nouit X.*de iud.* à lege id ex-

6. Nō poteſt Eccleſia aduacuandam iuriſdictionem Principis de iuramento cognoſcere, ſed bona fide.

cipiendum eſt. eiuſque obſeruantia rectè ad Eccleſiæ iudicium defertur. præſtitum etiam in prohibitis iuramentum, vix eſt vt iure irritare poſſit Princeps, aut relaxare: tanquam ſpectans ad religionē, & vinculum ſpirituale. ſi tamen iniquum euidēter appareat; poteſt Princeps partem damnare, vt remittat obligationem: ſed & Iudex inferior: non tamen ſi dubium ſit; ſed illud ad deciſionem eccleſiæ pertinet.

7. Neque ſuper relaxatione iuramenti rogata, cognoſcere ſuper contractu.

Sed an aditus Iudex eccleſiaſticus ſuper abſolutione iuramēti cognoſcere poſſit ſuper contractu? & æquius eſt, vt ſi dubia ſit contractus obligatio, eorumque quæ ex illo petuntur, cōtentus eſſe debeat ſummaria cognitione, vt abſolutionem impertiatur ad effectū agendi: & quæſtionem ſuper contractu ad Iudicem ſecularem remittat: ſin autem liquida ſit obligatio contractus, ad illius obſeruantiam cogere poſſit, *d. c. fin. de for. compet. in 6. in verb. contra iuramentum à ſe præſtitum temere veniendo.* & Innoc. III. *in d.c. nouit* de iuramēto ſe poſſe cognoſcere ait; de feudo nolle. quamuis ob hoc iurata debeatur fidelitas. *Vide citatos à Diana p.1.t.2.reſ.*113.114.115.119.

8. Declarare an quis in legem ſæcularem ſuper periurio ſtatuentem incurrerit ad ſæcularē pertinet, non ſuper dubio legis diuinæ.

Sed, an quis inciderit in pœnam legis ſæcularis, punientis periurium, declarare poteſt Iudex ſæcularis. vt *poſt Butrium & Guidonem Papæ* tradit Ceuallos *de cog. per viam viol.p.2.q.83.* ſed cum dubitatur de ſenſu legis ſæcularis. quippe interpretatio legis pertinet ad eum qui legem tulit *l.ſi imperf.de legib.* eoque rectè dicitur, ſi poteſt punire, quod eſt conſequens; poteſt cognoſcere, quod eſt antecedens: ſed vt punire ex lege ſæculari; ita & de illa cognoſcere. quippe, ſi quæſtio emergit ſuper dubio legis diuinæ; non poteſt interpretatio ſpectare ad Iudicem ſæcularem. Igitur mixti fori habendum eſt crimen periurij: vt Iudex vterque puniat ſecundum ſuas leges. *Vide Fragoſ. Regim.reip.l.2.d.4.§.11.*

CAPVT XLVII.

De concubinatu.

1. In rigore punitio ad Eccleſiaſticum pertinet, etiam contra laicum, bono publico expedit, vt præuentioni ſit locus.

CAnonicum hoc crimen eſt. *c. nemo.32.q.4.* legibus enim permiſſus eſt concubinatus. *l.in concubinatu. D. de concubin.* ergo in rigore ad ſolum Iudicem Eccleſiaſticum ſpectat punitio, *arg. Auth.clericus.C. de Epiſc. & cler. in v. ſi vero crimen ſit Eccleſiaſticum, Epiſcopalis erit examinatio, & correctio. Vide Dian.p.5.t.1.r.*10. etiam laicorum. *Concil. Trid.ſeſſ.*25.*c.*8. *de ref. mat.* vbi ſi opus etiam brachium ſæculare implorari iubet. ex vſu loquuntur qui dicūt eſſe mixti fori. *Vide Diana p.1.t.2.r.87.* eoque Philippus II. in Hiſpania decretalem miſit ad omnes Judices ſæculares, quam refert Ceuallos *de cog.per viol.p.2.q.88.* vt omnes in

concubinatu publicè viuentes punirent; & eccleſiaſtico punienti brachium præſtarent,quamuis aduerſus laicos.*Vide ſ.c.13.n.11.ſ.c.48. n.15.& ſeqq.*

CAPVT XLVIII.

De adulterijs.

1. Enormia flagitia magis per Principes quam Eccleſiam puniuntur.

REx debet furta cohibere,adulteria punire,impios de terra perdere,parricidas, & peierantes viuere non ſinere. *c.Rex.* 23.*q.*5. enormia flagitia potius per mundi Iudices, quam per antiſtites, & rectores Eccleſiarũ vindicãtur. *c.ſunt quædam. ibid. c. inceſtuoſi. ibid.* ſunt enim hi maximè conſtituti propter latrones,homicidas, raptores. *ibid.* adulterium ergo punire magis etiam ad ſæculares Iudices ſpectat, quam ad Eccleſiaſticos.*d.c.rex.c.relegentes.ibid.c. ſiquos* 23.*q*.4. vtique vbi vindicatur vt enorme crimen. *c.ſententiam. X. ne cler. vel monach. vt aut ipſe qui plectitur*, inquit c. non eſt

2. Sic & adulterium, niſi maritus ad diuortium accuſet,

*ibid.corrigatur experimento;aut alij terreantur exemplo.*atque adeo quando maritus vxorem accuſat cum inſcriptione: *c. tua. X. de procur.* non quãdo ad ſeparationem thori: nam tunc ad Eccleſiaſticum pertinet.*c. tua.*& amiſſionem dotis.*c.plerumque. X.de don.inter vir.& vxor.*Cum ergo

3. Ob hodiernam,leuitatem præuentioni eſt locus.

adulterium hodie paucis locis gladio puniatur; ſed adulterorum lóculi magis excutiantur; nulla debet eſſe inuidia, vt crimen hoc mixti fori cenſeatur;*Vide Dian.p.1.t.2.reſ.* 86.*p.4.t.* 1.*reſ.*16. & Iudex eccleſiaſticus inquirere,vlciſci,& iudicare poſſit:*c.1.X.de off.Ordinar.*etiam lai-

4. In monaſterium incluſio non niſi de conſenſu Epiſcopi facienda.

cum: *c. fraternitatis. in fin. diſt.* 34.*c. gaudeamus.* X. *de conuerſ. coniugat.* vbi in monaſterium incluſio ad perpetuam pœnitentiam proponitur. quæ eadem pœna in authent. *ſed hodie.C.de adult.* vt eam poſſit imponere vterque Iudex: exequi tamen incluſionem non poteſt laicus, ſine prænio aſſenſu Epiſcopi,cui ſubeſt monaſterium.*arg.c.biduum.§.ſiquem in inſulam.2.q.*6. Sic & *in c. cuſtos.c.ſi homo.*27.*q.*1. Epiſcopo permittitur mulierem impudicam comprehendere, & obſiſtentes excommunicare.

Abſcinduntur & capilli,& veſtes anterius, & poſterius, ad ignominiam.*c.de benedicto.* 32.*q.*1. d. auth. 5. Capillorũ abſciſſio caluatio.

ſed hodie.*caluatos,*inquit, *ab inuicem ſeparare.* &c. quod de vtroque dicit; ius autem ciuile de adultera tantum. 6. Separari adulteros iubet Eccleſia.

Sed imprimis turpiter conuenientibus iniungenda eſt ſeparatio. *quod ſi obſtinatè*, inquit D.Cyprianus *perſeuerant, nec ſe ab inuicem ſeparant &c. nec putent ſibi vitæ aut ſalutis conſtare rationem,ſi Epiſcopis aut ſacerdotibus obtemperare noluerint.*

In d.autem c.*de benedict.*non tantum ſeparatio domeſtica, ſed & extra locum migratio indicitur vtrique. quod & in mulieribus iubet Concilium *Trid. ſeſſ.* 24. *de reformat.c.* 8. ſed quoniam relegationis 7. Neque tãtum quoad domeſticã coniũctionem, ſed & extra locũ migrationem.

verbum, atque exilij quoſdam Iudices laicos offendit; qui negant eccleſiaſtico eſſe territorium; poteſt idem effectus haberi omiſſis iuriſdictionalibus illis vocabulis; *fac migrare*, inquit d.c. *de benedicto*: & iterum *in alium quendam locum cõſtitue:* quibus potius verbis in ſententijs ſuis vti poſſunt Iudices Eccleſiaſtici; vbi alia ſunt inuidioſa. quomodo & Concilium *Trid.d.c.8.* 8. Si opus, inuocato brachio ſæculari.

extra oppidum, inquit, *vel diœceſim*, *ſi ijſdem Ordinariis videbitur*, *inuocato,ſi opus fuerit,brachio ſæculari*, *eijciantur. ſi opus fuerit*; inquit:non quidem iure: alioquin ſemper opus foret:ſed aut ex locorum conſuetudine, aut ex facto: potentia ſcilicet adulterorum: cui comprimendæ non ſufficiat familia Ordinarij.

Denique puniuntur adulteri pœna excommunicationis. *c.2. & 6.X.de adult.c.ſi concubina.X.de ſentent. excom.* vbi & quæ ſolius eſt Eccleſiaſtici, & per quam etiam effectui 9. Excommunicat Eccleſia adulteros.

dare

dare iniunctam etiam migratio-
nem poſſint: vtquamdiu manſe-
rint in loco delicti, ſint excommu-
nicati: ſed ſi & hanc contempſerint:
10. Etiam dũ nec migrauerint. dicitur Eccleſiam vlteriorem non
habere poteſtatem; ſed per ſæcula-
res deputandum exilium, vel legi-
timam pœnam inferendam. quod
non male accipiatur de executione
facti: & propterea non dicitur pœ-
na exilij deputetur; ſed exilium.
quomodo & verbum eijciantur, de
facto, & executione; non de ſenten-
tia *in d.c.* 8. accipi poteſt. Vt ſi quis
omnia contempſerit, & præſertim
excommunicationem; re ipſa in
exilium eijciatur: *cum Eccleſia*, inquit
11. Exilij pœna vt imponenda? in d. c. *cum non. non habeat vltra quid*
faciat. pœna autem exilij, ſi ſenten-
tiam tantum ſpectemus, ſit infra
excommunicationem. quæ vtique
morti comparatur. *c. nemo Epiſc.* 11.
q. 3. & vbi vires Eccleſiæ deficiunt,
debent Principes ferre ſuppetias
diſciplinæ. *c. principes. c. adminiſtrato-*
res. 23. q. 5. alium modum ſuggerit
c. 3. X. *de crim. falſ. in verb. & prouin-*
ciam ipſam eos abiurare compellens, abire
permittas.

12. Clerici adulteri vt puniendi? Multo magis clerici adulteri pu-
niendi ſunt, deponendi, & in mo-
naſterium detrudendi. *c. ſi quis cleri-*
cus. c. dictum. c. ſacerdos. diſt. 81. & mu-
lieres quæ cum clericis peccant. *c.*
quidam ibidem. de quibus, *ab Epiſcopo.*
inquit, *auferantur, & venundentur, illis*
pro tempore relegatis ad pænitentiam,
quos ſua libidine infecerunt. relegatis;
vtique in alium locum pœnitentiæ
congruum quod eſt corporaliter
inde auelli, vbi quis illecebris de-
ſeruiuit. & *valet interdum pro animæ*
ſalute mutatio loci. c. valet. ibidem.

13. Monitio adulterantium. Præter veteres pœnas *d. c. 8. ſ. 24.*
Conc. Trid. de reform. mat. in adulteris
concubinarijs rigidè iubet proce-
di. monitionem tamen, & quidem
trinam exigit. & quia ſæpe difficil-
limæ probationis ſunt adulteria;
plana tamen ob ſuſpectam conuer-
ſationem ſunt ſcandala; non rectè
queretur aliquis, ob ſuſpectam, &
ſcandaloſam conuerſationem inhi-
bitus ſuſpectis locis, & temporibus,
iuxta c. ab iſto. 35. q. 6. conuerſari cum 14. Ob ſuſpicionem.
aliqua, ex eo quod neget id eſſe no-
torium, & minus dicat ſcandalo-
ſum: ſed ſatis eſt, famam, clamo-
rem, & notitiam in vicinia eſſe: ſeu
ſine moroſa difficultate Iudici pro-
bari poſſe. alioquin ſequetur, ſi
æqua dicatur huiuſmodi querela,
vix vnquam puniendum fore adul-
terium. acceptum enim rigidè no- 15. Qualiter publicorum?
torium in adulterio fortè nun-
quam dabitur. nec enim palam, nec
in populi conſpectu committi ſo-
let: vt olim à Cynicis, & hodie qui-
buſdam Indis. vt *notorium* eſt rigi-
dè, quod probari non debet. quem-
admodum dicitur hæreticus mani-
feſtus, *in c. ſup. quibus. X. de verb. ſignif.*
ſufficit ergo vt publicum ſit, publi-
catione famæ; ſine qua inquiri non
debet: *c. qualiter, & quando. X. de accuſ.*
etſi non facti euidentia. *Conc. Trid. ſ.*
24. de reform. mat. c. 8. ita loquitur,
qui cum adulteris, ſeu concubinarijs pu-
blicè viuunt. ſcilicet taliter, vt de ijs
inquiri debeat: *iuxta d. c. qualiter &*
quando. & fama vera deprehenda-
tur: etſi principio quidem nondum
quoad rem ipſam, ſed ſcandalum;
quod tollendum ſit.

Porro notorium aut ſcandalo- 16. Qualitas notorij vt expendenda?
ſum adulterium eſſe, non eſt noua
delicti ſpecies: ſed vnius delicti
qualitates: ſuſpicio delicti, aut ſcan-
dalum, circumſtantiæ ſunt, & ac-
ceſſoria: ideoque ſicut Iudex ſub
qualitate aliqua datus cognoſcit,
an rei adſit qualitas; & ſua ſit iuriſ-
dictio: *l. ſi quis. D. de iudic. gloſſ. in c. 1.*
de off. deleg. in 6 vbi conſeruator, qui
non poteſt cognoſcere niſi de ma-
nifeſtis, ſeu notorijs iniurijs; co-
gnoſcit an quæ proponuntur ſint
notoriæ, & ſua ſit iuriſdictio. quia
aliâs, inquit gloſſa, *quilibet poſſet im-* 17. Et, an talis ſit, cognoſcit Eccleſiaſticus; vbi tantum de notorio cognoſcit.
pedire iuriſdictionem cõſeruatorum quia
quilibet conuentus ſemper negaret iniu-
riam eſſe manifeſtam. vnde quando
dubitatur; ad Iudicem ſpectat co-
gnoſcere. *l. ſi quis. D. ſi quis in ius voca-*

4\. Præuentio etiam inferioris impedit ſuperiorem, & contra niſi &c.

uentio alioquin adeo eſt efficax, vt & inferioris aditio ſuperiorem excludat. *c. vti debitus. X. de appellat. c. cum ab Eccleſiarum. de off. Ordinar.* & contra Ordinarins per totũ ſuum territorium inferiores præuenire poſſit. *c. cum contingat de for. compet. auth. de defenſor. ciuitat. in princ.* niſi fortè conſuetudo aduerſus Ordinarium obtinuerit: *ibid. in fin.* vel inferiorem: *c. fin. X. de off. Archidiac.* vel etiam inferioris iuriſdictio dependeat à ſuperiori. quippe iudicium ſoluitur vetante iudicare eo, qui iuſſit. *l. iudicium D. de iud.* quemadmodum & Papa, totius orbis Ordinarius, poteſt, ſaluo decreto hodie Concilij *Trid. ſeſſ 24. c. 20.* inferioribus quidem inhibere, &, ſi cauſam delegarit alteri, quaſi præueniendo, Ordinario videtur inhibuiſſe; *l. cum prætor. D. de iudic.* ita tamen ſi literæ præſententur, antequam alius Iudex ſit aditus: *d. c. vt debitus.* ſeu potius citationem emiſerit. *l. ſi quis*

5\. Citatio debitè executa præuentionem gignit.

poſtea. D. de iudic. omniũ enim actionum principium eſt in ius vocatio. *§. omnium. inſt. de pœn. temerè litigant.* vt nec mors delegantis iuriſdictionem, quaſi re non integra, auferat delegato. *c. gratum. c. licet. X. de off deleg.* multo minus ſi facta eſt conteſtatio. *c. relatum. eod.* nec priuilegium ſuperueniens. *d. l. ſi quis.* nec mutatio domicilij. *l. cum quadam puella. D. de iuriſdict. om. Iud.* vbi ex facto mentio eſt ſententiæ latæ, vel litis conteſtatæ; ante migrationem; non autem virtus eadem negatur citationi executæ, quam ei tribuit lex *quia. D. de iuriſdict. om. Iud.* & propterea ſic etiam accipi debet c. relatum *X. de off. deleg.* vt ita conteſtationi, quaſi ex facto ibi propoſitæ, illæ vires tribuantur; vt etiam citationi illæ non denegentur. vt in proximè ſequenti articulo expreſsè deciditur. nimium enim vicina eſſet huiuſmodi contrarietas. quin etiam reſpectu actoris ſola Iudicis aditio, & precum oblatio facit præuentionem, vt mutare nequeat.

6\. Et reſpectu actoris ſola iudicis aditio.

auth. qui ſemel. C. quomodo & quando Iudex. l. vbi captum. D. de iudic. adeò vt ſi quis de eadem cauſa ad plures Iudices reſcriptum obtinuerit, illius commodatè careat, & expẽſas luat. *c. fin. X. de reſcript.* apud vtrumque Iudicem. *l. ſancimus C. de iud.* ſed & reus actorem præuenire poteſt, ſi prius Iudicem adierit: *l. in tribus. D. de iud.* Ita tamen præuentio locum habet, ſi citatio fuerit valida, & legitima. *c. propoſuiſti. X. de for. compet.* adeoque à Indice competente

7\. Si tamen à iudice cõpetente etiam ſit emiſſa.

emiſſa: *l. penult. C. ne de ſtat. defunctor.* niſi compareat, qui nulliter citatus eſt; neque excipiat. *l. 1. §. 1. D. de ferijs.* quin & citatio non emiſſa, & executa tantum; ſed & clara requiritur, vt per eam conſtet, qua de re agatur. *clem. 2. ne lite pend.* quin etiam adeo potens eſt præuentio, vt quamuis citatio realis verbali præferenda ſit, cum pares ſunt tempore; tamen cum verbalis præuenit, obtineat Iuris regula, *qui prior eſt tempore, potior eſt iure.* Et ſi Barboſa & *quos citat Votorum tom. 2. vot. 92.* ſecus ſentiat.

8\. Etiam verbalis prior, reali præualet.

9\. Et cum ad eumdem finem vergit vtriuſque iudicis actio;

Igitur ſicut in cauſa merè eccleſiaſtica, ita & in ea quę eſt mixti fori, ſi liquida eſt præuentio, ad eundemque dumtaxat finem tendat vtriuſque Iudicis actio, non ſi quid amplius in vna actione aut accuſatione eſt, quam altera; *Mansfeld. vbi ſup.* Iudex Eccleſiaſticus ſæculari poteſt inhibere. *c. ſæculares Iudices. de for. compet. in 6. c. cum quidam de except. in 6.* quamquam praxis magis habeat, vt vtatur literis requiſitorijs. quod & edicta noſtratia iubẽt. vt &, ſi ſæcularis noluerit progreſſum ſuſpendere, Princeps adeatur. ne par in parem videatur imperium exercere in materia, in qua vtriuſque valet authoritas. videatur, inquam, quia paritatem negat c. vnam *ſanct. de maior. in extr. comm.* in eoque fundatur ratio d. c. ſæculares.

10\. Eccleſiaſticus vt ſæculari inhibeat?

Quamquam enim quilibet Iudex cognoſcere poſſit an ſua ſit iuriſ-

riſdictio, tam Ordinarius; *l. ſi quis ex aliena D. de iudic. l. 2. D. ſi quis in ius vocat.* quam delegatus. *c. ſuper literis in fin. c. paſtoralis X. de reſcript.* tamẽ idem & laico competit; vt æſtimet an ſua ſit iuriſdictio. *d. l. ſi quis. Cevallos de cog. per viol. p. 2. q.* 81. *&* 82. *remiſſiuè.* & ſæpe præuentio paritur exceptionem. *Tuſcus in verb. præuentio. concl.* 646. 647. 649. *in verb. delinquens. concl.* 180. 181. 182. *in verb. condemnatus concl.* 571. ideoque liquida omnino debet eſſe præuentio, vt nulla ſit exceptio, antequam cenſuris ſuam iuriſdictionem Eccleſiaſticus tueatur. *c. ſanè. X. de off. deleg. c. ſi Iudex laicus in v. etſi notorium. de ſent. excommun. in* 6. aut alioquin quippiam, niſi causâ cognitâ, ſtatuat. *vocato,* inquit d. c. ſi *Iudex, Iudice ſæculari, ſeu alio cuius intereſt. vid. Matth. de iuriſd. p. 2. c. 42. n. 17. & ſeqq. p. 2. c.* 1. quippe & cum ambigiatur de duorum Iudicum delegatione, vterque ſimul cognoſcit, cuius ſit iuriſdictio: &, ſi diſſideant, arbitros ſumunt. *c. paſtoralis. X. de reſcript.* vt in cauſa mixti fori hodie ſæculares Iudices ad Eccleſiaſticum vocari vix ſuſtinerent: ſed vel ſimul cognoſcere, arbitros ſumere, vel ſecundum edicta laici ſuperiorem adiri: aut, ſi laicus præuentionem cauſetur, ſuperiorem Eccleſiaſtici: quia cum in partes tranſeunt Judices, videtur occurrere regula, vt in cauſa ſua nemo ius dicat: & qui de alterutro Iudice queri vult, eius vt rei ſuperiorem, debeat adire. *d. c. cum ſit generale.* quanquam aliter praxis caſſationes, & recurſus ſæculares multis locis inuexerit. etſi etiam Bulla cœnæ quotannis ſeuerè moneat, & excommunicationis mucrone diſtringat iriſdictionem Eccleſiaſticam inuadentes. & Conc. *Trid. ſeſſ.* 25. *c.* 20. vt in re, vt diximus, liquida, ipſe Judex poteſt cenſuris ſuam iuriſdictionem turbantes compeſcere. *d. c. dilecto. de ſent. excomm. in* 6. *c fin. de reb. Eccleſ. non alien. l.* 1. *D. ſi quis ius dicent. non obtemp.* quo c. fin. diſertè vſurpatores Iuriſdictionis eccleſiaſticæ per cenſuras compelluntur, vt ab ea abſtineant; neque de Eccleſiæ bonis diſponant; de mortuarijs, & alijs, quæ iuri ſpirituali annexa videntur. at vero hæc in ſubditos; in exemptos, aut extra territorium cuiuſque conſtitutos, non item. *l. fin. D. de Iur. om. Iud.*

11. Sed prius liquere debeat præuentione vt debeat?

12. Et laico prius vocato.

13. Quod vix hodie obtinet.

14. Nec vt Eccleſiaſticus turbatores ſuos prout iuris compeſcat.

Dixi ex præuentione inhibitionem iure fieri, ſi illa liquida ſit; & ad eundem dumtaxat finem tendat vtriuſque Iudicis actio: nam ſi Eccleſiaſticus ad cenſuras infligendas, aut declarandas tantum egerit; non impediet ſæcularem: ſi hic ad mortem, aut mutilationem; impedir Eccleſiaſtici actionem extra cenſuras, & pœnitentiales correctiones: ſi vterque tantum concludit, vt reus puniatur, prout iuris; vt permittit edictum 12. *Iul* 1611. *art.* 41. vel ſine concluſione libellum dederit; intelligitur quiſque actor pœnam petere, quam forum ſuum exigit: ſcilicet ſæcularis; quam præſcribunt leges: eccleſiaſticus; quam canones: in quibus autem pecuniaria tantum multa tam per leges quam canones, vſumque conſuetum exigitur; merito obtineat præuentio, ne ſecundus à primo actum agar. vnde cum grauia naſci ſoleant incommoda; multis locis inita ſunt Concordata; quæ ſingulis ſuas cauſas aſſignent; aut communes, mixtique fori faciant: & in his vt tum admittenda ſit præuentio, dixi *in Iur pont. anal. de for. comp. n.* 53. *& ſeqq.* mixti fori crimina latè perſequitur Fragoſus *Regim. reip. l.* 2. *diſp.* 4. 5. 5. *& ſeqq.*

15. Non eſt locus præuentioni aut inhibitioni, cum vtriuſque actio non eodem tendit.

CAPVT XLIV.

De vſuris.

Vſuræ naturali iure ſunt illicitæ: ſed crimen origine eſt eccleſiaſticum: vtpote cuius poſt literas ſacras prohibitio per Concilium

cilium Nicænum eſt inducta. *c. quoniam. diſt. 47.* iure ſi quidem ciuili vetere permiſſæ fuerunt vſuræ: recentiori Iuſtiniani contendunt plures per interpretationem authenticæ *de Eccleſiaſticis titulis in princ.* (vbi Iuſtinianus vult quatuor primis Concilijs, vt Euangelijs, honorem; &, vt legibus, obſeruantiam præſtari) eſſe vetitas: ſed, vt non impugnemus generale iſtiuſmodi argumentum aduerſus ſpecialem legem; admittendum eſt tamen, ſi non permiſſas; toleratas tamẽ fuiſſe vſuras, ſecundum moderationem Iuſtinianææ legis *eo: C. de vſur.* neque punitas fuiſſe in foro ciuili. Cæterum hodie multis locis Principes, vt in Belgio Carolus V. edictis ſuis vſuras prohibuerunt. Eoque rectè hîc dicitur vſuræ crimen eſſe mixti fori: aduerſus quod tam edicta, quam canones inſurgant. ſimiliter & Philippus II. decretalem miſit ad omnes Iudices ſæculares, *quam refert Ceuallos de cog. per viol. p. 2. q. 88.* vt omnes vſuras, & contractus illicitos exercentes, tam ipſi punirent; quam Eccleſiaſtico punienti brachium præſtarent, citra exceptionem, quod rei eſſent laici. Enimuero edictum Caroli V. non explet quidquid vſurarum vorago requirit; ſed ferè tantum ſpectat compendium fiſci, vt in pœnam in illius ærarium redigatur ſors ſub vſuris mutuo data: canones autem maximè ſpectant emendationem peccatoris; quæ intrinſicam habet reſtitutionem iniuſtè acceptorum. quia *non dimittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum, c. non dimittitur. de reg. iur. in 6.* ideoque cum fines vtriuſque fori ſint diuerſi; actio à Iudice ſæculari ad illum finem intentata non impediet eccleſiaſticum: ſed neque huius præuentio, illum remorabitur, quippe pœnam ab edicto inuentam non propoſuerunt canones; ſed excommunicationem, ac alias. laici ergo actio Eccleſiam non impediet, quo minus

1\. Vſura quatenus mixti fori ſit

2\. Præuentio hic non eſt cum vtriuſque actio non eumdem finem habet.

vſurarium ab altari arceat; oblationes reijciat, ſepulturam neget: *c. quia in omnibus. X. de vſur.* ad reſtitutionem cogat: *c. præterea. c. cum tu. eod.* & manifeſtis vſurarijs domos elocari vetet: *c. vſurarum. eod. in 6.* inteſtabiles faciat. *c. quamquam eod. in 6.*

Cæterum, quia ſacerdotis eſt iudicare inter lepram, & lepram; ſi in controuerſiam vocetur contractus, an ſit vſurarius; iudicium deferendum eſt Eccleſiæ; cuius eſt interpretari ſacras literas: adeoque illud Chriſti, *mutuum dantes, nihil inde ſperantes.* ſic Pius V. vt vſuraria damnauit cambia ſicca: reditibus, & cenſibus normam præſcripſit: & Sixtus V. improbauit praxim triplicis contractus; ſocietatis, & aſſecurationis ſortis, cum certi lucri minoris, pro maiori incerto, redemptione. *Vide citatos à Diana p. 1. t. 2. reſ. 77.*

3\. Semper cognoſcit Eccleſiaſticus, cum quæritur, an vſura ſit.

Enimuero quamuis non ſoleat iudicium criminale ſuſpendi per ciuile; *l. per minorem. D. de iudic.* ſed illud eſſe huius excluſiuum, ac prius expediendum: *l. fin. C. de ord. cognit. l. 1. C. ſi quis aliquem teſtari prohibuerit:* tamen, ſi deciſio criminalis dependeat à deciſione ciuilis, merito criminale ſuſpenditur. *l. præſes. C. de plagiarijs. l. quoniam C. de adult. l. ſi quis libertatem. C. de petit. hæreditat.* vt generatim dici ſolet præiudiciales quæſtiones prius eſſe terminandas. *c. 1. c. ſuam. X. de ord. cognit.* v. g. accuſatus criminaliter coram laico ſuper vſura negat cõtractum ſuum eſſe vſurarium; citat accuſatorem ſuum coram Eccleſiaſtico, vt is declaret eſſe licitum: cum ille punctus inuoluat quæſtionem fidei; Iudex ſæcularis illam decidere non poteſt: illa indeciſa condemnatio criminalis ferri non poteſt. quia natura prior eſt quæſtio, an quid ſit; quam quomodo ſit. eodemque modo accuſatus de adulterio, negat ſe ritè coniugatum eſſe: præuia huius exceptionis debet eſſe deciſio; antequam

4\. Quando criminale iudicium ſuper vſura ſuſpendatur per ciuile?

5\. Cum quæritur an id de quo agitur ſit vſura.

quam ferri poſſit condemnatio adulteri, ideoque ſuſpendi proceſſus criminalis, donec eccleſiaſticus decideril, an verum ſubſit matrimonium.

6. Niſi prouiſionale iudicium aut ſimile exerceatur.

Contingit tamen vt hæc non ita obtineant. vt ſi agatur de executione inſtrumẽti guarentigiati, ſeu cui inſertum eſt iuramentum ſuper illius obſeruatione; vt illud executioni prius mandari debeat, quã quæri de vſuraria prauitate. *arg. c. debitores c. ad noſtram. in fin. de iuretur.* quod idẽ obtinere poteſt, ſi ſtatuto omnis exceptio reijciatur in pleniorem litis indaginem; & per prouiſionẽ contractui mandetur ſatisfieri. *Marth. de iuriſdict. p. 2. c. 45.* atque adeo eo caſu eccleſiaſticus aditus ſuper declaratione vſurarij contractus, non poterit ſæculari inhibere, ne ſtatuta generaliter cõcepta, ex boni publici conſideratione, obſeruet; ſine præiudicio cognitionis eccleſiaſticæ ſuper vſura. *It ibid.* Vt etiam Eccleſiaſticus aditus ſuper abſolutione à iuramento, non poteſt inhibere interim ne creditor coram ſęculari agat. *idem vbi ſup. c. 46.* quamquã Gutierres *aliíque apud Dianam. p. 3. t. 1. r. 18.* diſſentiant, in inſtrumento guarentigiato. ſed rationes magis ſuffragantur noſtræ opinioni: quatenus non turbatur ordo iudiciorũ, nec illuſorium redditur iudiciũ eccleſiæ, ſed integrum illud ſeruatur, & conſuetudinarius iuris ordo ſeruatur, vt ſine præiudicio cauſæ principalis, in eiuſque pleniorẽ indaginem hæc reſeruentur: interim prouiſionaliter mandetur executioni, quod prima facie iuſtius æquius videtur. vt plura alia ſunt in iure prouiſionalia iudicia. alioquin conſuetudine, ſtatutiſque ſepoſitis, mero iure præcederet cognitio, an ſubſit vſura. *arg. c. lator. X. qui fil. ſint legit. & quæ mox citauimus. Vide Ceuallos & citatos de cognit. viol. p. 2. q. 7. & q. 96. 97.* idemque dicendum eſt, dum quęritur de iuramento; vt interim executio liquidi, iuratique contractus non retardetur. *idem q. 97.*

7. Eccleſiaſticus etiam iubet laico aduerſus Iudæos & gentiles prouidere.

Sed & in Iudęis & gẽtilibus, vbi eccleſiaſticus iudicare non poteſt eum, qui eſt extra Eccleſiam; aliquando cogit temporalem poteſtatem prouidere: v.g. vſuras reſtituere. *c. poſt miſerabilem. X. de vſur.* quia nec ipſe Pontifex diſpenſare, minus Princeps, poteſt; ita vt licitæ fiant vſurę. *c. ſuper. X. eod.* quin nec exercitium vſurarijs, nec habitatio à poteſtatibus permitti poteſt. *c. 1. eod. in 6. clem. vnic. eod.* quæ loca de Judæis quidem non agũt. ſupremis autem Principes alicubi, ob neceſſitatem publicam, tolerant exercitium, ita vt repeti vſuræ per actionem iudiciariam nequeant, tanquam minus malum; quo plurium vſuraria praxis impediatur. alioquin regulariter tam chriſtianos ſua authoritate eccleſiaſticus; quàm Iudæos per ſęcularem cogere debet ad reſtituendas vſuras. *d. c. poſt miſerabilem.*

8. Ne tolerẽtur habitare, teſtari &c. vſurarii publici.

CAPVT XLV.

De fractione ſigilli confeſſionis.

1. Punitio hæc pertinet ad Eccleſiaſticum.

SAcerdoti confeſſionem reuelãti imponitur perpetua peregrinatio. *c. ſacerdos. de pœnit. d. 6.* vel perpetua incarceratio: *ex c. omnis. X. eod.* Vetus piorũ fidelium vſus erat, vt in mortis neceſſitate, deficiente ſacerdote, confiterentur proximo. *c. quem pœnit. d. 7.* quamuis enim non ſit ſacramentalis ea confeſſio; dum clauium poteſtas non competit niſi ſacerdoti; taliter tamen confitens fit dignus venia, ex ſacerdotis habendi, eique confitendi deſiderio. *d. c. quem pœnit. verſ. tanta. mundati ſunt leproſi,* inquit, *dum irent oſtendere ora ſacerdotibus, antequam ad eos peruenirent: vnde patet dominum cor reſpicere, dum ex neceſſitate prohibentur ad ſacerdotes peruenire.* quare & hi laici, qui ſic audierint confeſſionẽ, obligantur ad ſecretum, ad imitatio-

2. Etiam contra laicum qui audiuit confeſſionem in defectu ſacerdotis.

nem ſacerdotis; nec cogi poſſunt quidquam reuelare à quocumque magiſtratu; &, ſi confeſſus obiuerit, quamuis ſacramentaliter non ſit abſolutus, nec ab excommunicatione relaxatus, vt ſi eſſet à ſacerdote abſolutus, in ſacro ſepeliri deberet. *c. fin. X. de ſepultur. c. paſtorali §. praterea. X. de off. ordinar.* tamen *Dei miſericordia*, inquit d.c. quem *pœnitet, eſt vbique, qui & iuſtis nouit parcere; & ſi non tam cito, ſicut ſoluerentur à ſacerdote.* adeoque excommunicatum ſic laico confeſſum poſt mortem ab excommunicatione abſoluendum, & in ſacro ſepeliendum erit dicendum; ergo hic laicus confeſſionem reuelans, quia in eum non eſt ſtatuta pœna ordinaria ſacerdotis; punietur extraordinaria. *Nauarrus in d.c. 1. §. diligens. de pœnit. in 6.* atque à Iudice Eccleſiaſtico: cum crimen ipſum referatur ad offenſam ſacramenti. poteſt tamen requiri & ſæcularis, vt plenius puniat. *arg. c. 2. X. de maled. c. felicis §. per hoc de pœn. in 6. Diaz & Salcedo in prax. c.* 109.

CAPVT XLVI.

De iuramento.

1\. Mixti fori eſt, ſed naturâ propriâ Eccleſiaſtici cognitio.

VTriuſque iuris Codices, & Iudices illud tractant; ſeruandum vel non ſeruãdum decernunt. ſed tamẽ reuerâ magis ad Iudicem Eccleſiaſticum pertinet. *c. nouit X. de iudic.* quare iuramẽti ratione laicus coram eccleſiaſtico conuenitur ad obſeruationem contractus. *c. fin. de for. compet. in 6.* etiam hæres. *c. à nobis. de ſent. excom. in 6.* quod Choppin. *de ſac. pol. l. 2. t. 2. n. 3.* exploſum hodie ait: ſed non apud nos; neque cœlites. imo ad vſuras ſoluendas cogit *c. debitores X. de iureiurand.* & in ijs, quæ lege tantum ciuili reprobata ſunt, iuramentũ ſeruari cogit Eccleſia. *c. quãuis pactum. de pact. in 6.* & Iudices ſæculares, ſi nec vis, metus, nec dolus interceſſerit, per Ordinarios locorũ quemlibet aduerſus iuramentum ſuum audire inhibentur. *ex c. licet mulieres. de iureiurand. in 6.* adeoque nec abſoluere permittuntur. quinimo ferè id Papæ reſeruatum videtur. *c. ſi vero. c. verũ. X. de iureiurand. c. veniens. in fin. eod.* quamquam & Epiſcopi vtãtur ea poteſtate; dum iuſta ſatis ſubeſt cauſa. & ſuperioris authoritas, ſi aliquatenus res illum ſpectare poteſt, in iuramento cenſetur excepta. *c. venientes. X. de iureiurand.* quod loquitur de admittenda appellatione, non obſtante conſuetudine iurata; de exequẽda ſententia intra certos dies.

2\. Abſolutio à iuramento propriè Eccleſ.

Cęterum ſi diſputatio oriatur de viribus iuramenti, & probabile iuris dubium videatur; Eccleſiæ cognitio deferri debet: cuius eſt iudicare inter lepram, & lepram. & ſic videmus totum titulum. *X. de iureiurand.* plenum eſſe reſcriptis ſuper dubijs iuramentorum obligationibus. vterque tamen Iudex peierantes punit. eoque rectè dicitur mixti eſſe fori cauſam iuramentorum.

3\. Quęſtio de viribus iuramenti ad ſolum Eccleſiaſticũ pertinet.

Piè reſpondit Alexander *in l. 1. C. aduerſus vendit.* neque perfidiæ, neque periurij ſe authorem futurum; poſtulationemque abſolutionis à iuramento reiecit. Theodoſius & Valentin. *in l. non dubium. C. de leg.* aduerſus id, quod lege eſſet prohibitum, iuramentum noluit admitti. Fredericus *in auth. ſacramenta puberum. d. tit. ſi aduerſus vendit.* per vim aut metum extorta ſacramenta nullius voluit eſſe momẽti. Bonifacius VIII. *in c. quamuis pactum de pact. in 6.* ſeruari vult pactũ, quãuis à lege ciuili improbatũ, nec vi nec dolo pręſtitũ, ſi nõ vergat in ſalutis diſpendium, nec alterius detrimẽtum. eóque idẽ Bonifacius *in c. ſi. de for. comp. in 6.* ad obſeruantiã iuramẽti etiam laicum corã eccleſiaſtico rectè cõueniri reſcripſit. & cõſonat c. nouit. *X. de iud. c. 1. & tot. tit. X. de iuretur.* addit ergo, vt loquuntur, forum foro iuramentum: eoque ſi abſolutio petatur,

4\. Etiam laicus coram Eccleſiaſtico conuenitur ſuper obſeruatione iuramenti.

tatur, aditur Eccleſiaſticus. *c. 2. X. de iureiur.* cuius eſt de religione, & di-

5. Poteſt Princeps inhibere ne contractibus iuramenta inferantur.

uina lege, *non aſſumes nomen Dei tui in vanum*, reſpōdere. poteſt quidem Princeps ſæcularis, ad vitanda periuriorum pericula, prohibere, ne ſubditi actibus, cōtractibuſque ſuis iuramenta adijciant, præſertim lege prohibitis: dummodo ſincera mente id fiat: non autem eo fine, vt Eccleſiæ authoritas excludatur; & locum non inueniant canones mox citati. quod eſſet per cuniculos oppugnare libertatē, iuriſdictionemque Eccleſiæ. vt lex Caſtellæ id negat. quemadmodum etiam non rectè antiqui formularij omnibus ferè contractibus clauſulam iuramēti inſerebant. id quod vergebat in præiudicium iuriſdictionis laicæ, fruſtrà, & ſine neceſſitate. cuius iuris ſui defendendi cauſa. conſuetudinariā huiuſmodi formulā etiam potuiſſe Principes inhibere, ſuadet æquitas. ſi tamen grauis neceſſitas, nec vana præſumptio id exegerit;

6. Nō poteſt Eccleſia aduacuandam iuriſdictionem Principis de iuramento cognoſcere, ſed bona fide.

vt in d. c. nouit X. *de iud.* à lege id excipiendum eſt. eiuſque obſeruantia rectè ad Eccleſiæ iudicium defertur. præſtitum etiam in prohibitis iuramentum, vix eſt vt iure irritare poſſit Princeps, aut relaxare: tanquam ſpectans ad religionē, & vinculum ſpirituale. ſi tamen iniquum euidēter appareat; poteſt Princeps partem damnare, vt remittat obligationem: ſed & Iudex inferior: non tamen ſi dubium ſit; ſed illud ad deciſionem eccleſiæ pertinet.

7. Neque ſuper relaxatione iuramenti rogata, cognoſcere ſuper contractu.

Sed an aditus Iudex eccleſiaſticus ſuper abſolutione iuramēti cognoſcere poſſit ſuper contractu? & æquius eſt, vt ſi dubia ſit contractus obligatio, eorumque quæ ex illo petuntur, cōtentus eſſe debeat ſummaria cognitione, vt abſolutionem impertiatur ad effectū agendi: & quæſtionem ſuper contractu ad Iudicem ſecularem remittat: ſin autem liquida ſit obligatio contractus, ad illius obſeruantiam cogere poſſit, *d. c. fin. de for. compet. in 6. in verb. contra iuramentum à ſe præſtitum temere veniendo.* & Innoc. III. *in d. c. nouit* de iuramēto ſe poſſe cognoſcere ait; de feudo nolle. quamuis ob hoc iurata debeatur fidelitas. *Vide citatos à Diana p. 1. t. 2. reſ.* 113. 114. 115. 119.

8. Declarare an quis in legem ſæcularem ſuper periurio ſtatuentem incurrerit ad ſæcularē pertinet, non ſuper dubio legis diuinæ.

Sed, an quis inciderit in pœnam legis ſæcularis, punientis periurium, declarare poteſt Iudex ſæcularis. vt *poſt Butrium & Guidonem Papæ* tradit Ceuallos *de cog. per viam viol. p. 2. q. 83.* ſed cum dubitatur de ſenſu legis ſæcularis. quippe interpretatio legis pertinet ad eum qui legem tulit *l. ſi imperf. de legib.* eoque rectè dicitur, ſi poteſt punire, quod eſt conſequens; poteſt cognoſcere, quod eſt antecedens: ſed vt punire ex lege ſæculari; ita & de illa cognoſcere. quippe, ſi quæſtio emergit ſuper dubio legis diuinæ; non poteſt interpretatio ſpectare ad Iudicem ſæcularem. Igitur mixti fori habendum eſt crimen periurij: vt Iudex vterque puniat ſecundum ſuas leges. *Vide Fragoſ. Regim. reip. l. 2. d. 4. §. 11.*

CAPVT XLVII.

De concubinatu.

1. In rigore punitio ad Eccleſiaſticum pertinet, etiam contra laicum, bono publico expedit, vt præuentioni ſit locus.

CAnonicum hoc crimen eſt. *c. nemo. 32. q. 4.* legibus enim permiſſus eſt concubinatus. *l. in concubinatu. D. de concubin.* ergo in rigore ad ſolum Iudicem Eccleſiaſticum ſpectat punitio, *arg. Auth. clericus. C. de Epiſc. & cler. in v. ſi vero crimen ſit Eccleſiaſticum, Epiſcopalis erit examinatio, & correctio. Vide Dian. p. 5. t. 1. r.* 10. etiam laicorum. *Concil. Trid. ſeſſ. 25. c. 8. de ref. mat.* vbi ſi opus etiam brachium ſæculare implorari iubet. ex vſu loquuntur qui dicūt eſſe mixti fori. *Vide Diana p. 1. t. 2. r. 87.* eoque Philippus II. in Hiſpania decretalem miſit ad omnes Iudices ſæculares, quam refert Ceuallos *de cog. per viol. p. 2. q. 88.* vt omnes in

dare iniunctam etiam migrationem poſſint : vtqnamdiu manſerint in loco delicti, ſint excommunicati:ſed ſi & hanc contempſerint:

10. Etiam do nec migrauerint. dicitur Eccleſiam vlteriorem non habere poteſtatem;ſed per ſæculares deputandum exilium, vel legitimam pœnam inferendam. quod non male accipiatur de executione facti: & propterea non dicitur pœna exilij deputetnr; ſed exilium. quomodo & verbum eijciantur, de facto, & executione;non de ſententia *in d.c.*8.accipi poteſt. Vt ſi quis omnia contempſerit, & præſertim excommunicationem; re ipſa in

11. Exilij pœna vt imponenda? exilium eijciatur:*cum Eccleſia*,inquit in d. c. *cum non. non habeat vltra quid faciat*.pœna autem exilij, ſi ſententiam tantum ſpectemus, ſit infra excommunicationem. quæ vtique morti comparatur. *c.nemo Epiſc.*11. *q.3.*& vbi vires Eccleſiæ deficinnt, debent Principes ferre ſuppetias diſciplinæ.*c.princ.ipet.c. adminiſtratores.*23. *q.*5.alium modum ſuggerit c.3.X. *de crim.falſ. in verb. & prouinciam ipſam eos abiurare compellens, abire permutas*.

12. Clerici adulteri vt puniendi? Multo magis clerici adulteri puniendi ſunt,deponendi, & in monaſterium detrudendi.*c ſi quis clericus.c.dictum.c.ſacerdos.diſt.*81. & mulieres quæ cum clericis peccant. *c. quidam ibidem*.de quibus,*ab Epiſcopo.* inqnit,*auferantur,& venundentur,illis pro tempore relegatis ad pænitentiam, quos ſua libidine infecerunt. relegatis*, vtique in alium locum pœnitentiæ congrnnm quod eſt corporaliter inde auelli, vbi quis illecebris deſeruiuit. & *valet interdum pro anima ſalute mutatio loci.c.valet.ibidem.*

13. Monino adulterantium. Præter veteres pœnas *d.c.8.ſ.24. Conc.Trid.de reform.mat.* in adulteris concubinarijs rigidè inbet procedi.monitionem tamen, & quidem trinam exigit.& quia ſæpe difficillimæ ptobationis ſunt adulteria, plana tamen ob ſuſpectam conuerſationem ſunt ſcandala; non rectè queretur aliquis,ob ſuſpectam, & ſcandaloſam conuerſationem inhibitus ſuſpectis locis,& temporibus, *iuxta c.ab iſto.35.q.6.*connerſari cum 14. Ob ſuſpicionem.
aliqua,ex eo quod neget id eſſe notorium, & minus dicat ſcandaloſnm: ſed ſatis eſt, famam, clamorem,& notitiam in vicinia eſſe:ſeu ſine moroſa difficultate Indici probari poſſe. alioquin ſequetur, ſi æqua dicatur huiuſmodi querela, vix vnquam puniendum fore adulterium.acceptum enim rigidè notorium in adnlterio fortè nunquam dabitur.nec enim palam,nec 15. Qualiter publicorum?
in populi conſpectu committi ſolet:vt olim à Cynicis, & hodie quibuſdam Indis. vt *notorium* eſt rigidè,quod probari non debet.quemadmodum dicitur hęreticus manifeſtus,*in c.ſup. quibus.X. de verb.ſignif.* ſufficit ergo vt publicum ſit,publicatione famæ, ſine qua inquiri non debet:*c.qualiter,& quando. X.de accuſ.* etſi non facti euidentia. *Conc.Trid.ſ.*24. *de reform. mat.c.* 8. ita loquitur, *qua cum adulteris, ſeu concubinarijs publicè viuunt.* ſcilicet taliter, vt de ijs inquiri debeat : *iuxta d.c.qualiter & quando.* & fama vera deprehendatur:etſi principio quidem nondum quoad rem ipſam, ſed ſcandalum, quod tollendum ſit.

Porro notorium aut ſcandaloſum adulterinm eſſe, non eſt noua 16. Qualitas notorij vt expendenda?
delicti ſpecies : ſed vnius delicti qnalitates:ſuſpicio delicti,aut ſcandalum, circnmſtantiæ ſunt, & acceſſoria : ideoque ſicut Iudex ſub qualitate aliqua datus cognoſcit, an rei adſit qualitas, & ſua ſit iuriſdictio:*l.ſi quis. D. de iudic. gloſſ.in c.*1. *de off.deleg.in 6* vbi conſeruator,qui non poteſt cognoſcere niſi de manifeſtis, ſen notorijs iniurijs; cognoſcit an quæ proponuntur ſint notoriæ, & ſua ſit iuriſdictio. quia *aliâs*,inquit gloſſa, *quilibet poſſet im-* 17. Et,an talis ſit, cognoſcit Eccleſiaſticus; vbi tantum de notorio cognoſcit.
pedire iuriſdictionem cõſeruatorum quia quilibet conuentus ſemper negaret iniuriam eſſe manifeſtam. vnde quando dubitatur; ad Iudicem ſpectat cognoſcere.*l.ſi quis.D. ſi quis in ius voca-*

tus non ierit.d.l.ſi quis D. de iudic. & ad illam Faber in Rationali l.2. §. ſed ſi dubitetur. D.de iudic. Buſius in l. fin. D.de iuriſdict. ita etiam ad cuius cognitionem ſpectat crimen; ſpectabit ſuſpicio, & ſcandalum; tanquam acceſſorium. quoniam acceſſorium ſequitur naturam, adeoque iuriſdictionem ſui principalis. *c. acceſſorium. de reg. iur. in 6.* eamque regulam obtinere in materia iuriſdictionis declarat Bonifacius VIII. *in c. ſi ſuper. 9. de off. deleg. in 6. Alexan. III. in c. præterea. X. eod.*

18. *Et prouidet circa ſcandala inde naſcentia.*

18. Cum ergo adulteria inquirere, vlciſci, & punire, ſpectet ad Iudicem ordinarium; *c. 1. X. de off. ordinar. Clarus lib. 5. ſentent. §. fin. quæſt. 39. num. 3. Lopes ad practicam canonicam Dias c. 55. ad v. grauitatem Abbas in c. intelleximus. n. 1. X. de adult. Wameſ. in c. conſuluit.* 14. *X. de appell.* ſpectabit etiam prouidere circa ſcandala, & ſuſpectas conuerſationes. *inhibendum eſt*, inquit c. 1. *X. de cohabit. cler. & mul.* & c. 1. 2. 3. & inobediens excommunicatur clericus; mulier canonicè punitur. & *in c. 8. ibid.* ob ſcandalum prouidetur.

19. *Monitus obedire debet & ſe purgare.*

19. Adeoque ſic monitus ob ſuſpicionem, & ſcandalum à Iudice ordinario, aut obedire debet, aut ſe apud illum purgare; ſeu exceptionem proponere; vt is de ea ſtatuat *l. ex quacumque D. ſi quis in ius vocatus.*

20. *Inhibitio huiuſmodi peccati & ſuſpectæ conuerſationis, vt Eccleſiaſtico competat?*

20. Inhibitio autem hæc, ſeu monitio, fit iuxta præceptum Chriſti *Matthæi* 18. nomine Eccleſiæ; quam qui non audierit; ſicut ethnicum & publicanum habendum ibidem declaratur. vnde eccleſiæ officium eſſe dicitur de quocumque peccato mortali corripere quemlibet chriſtianum: & ſi correctionem contempſerit; per diſtrictionem Eccleſiaſticam coërcere: vt reuocetur à vitio ad virtutem. quod ad Eccleſiam ſpectat decernere de peccato; illiuſque ad eam pertinet ſine dubio cenſura: *c. noui. X. de iudic.* ſicut ipſe S. Paulus in materia inceſtus ad correctionem monet, & cenſuram intentat. 1. *ad Corinth. c. 5.* & eum inſequendo authores ſacrorum canonum, vbi fornicationum ſuſpicio, aut ſcandalum eſſe poteſt, moneri peccantes, & inhiberi volunt. ne deinceps ſuſpecta, ſcandaloſaque conuerſatione vtantur. *d. c. 1. 2. &* 8. *X. de cohabit. cler. & mulier. Conc. Trid. ſeſſ. 24. de mat. c. 8. ſeſſ. 25. c. 14.* ad eumque modum leges ciuiles marito permittunt, multo magis Iudici; vt, ſi quem ſuſpectum habeat, ei denunciet, ne cum vxore deinceps verſetur, vel loquatur. adeo vt, ſi poſt tertiam conteſtationem id fecerit, occidi poſſit: nec amplius de adulterio quæratur, ſed de contrauentione denuntiationis. *Auth. vt liceat matri & auiæ c. fin.* Et Concilium Baſilienſe *ſeſſ. 20. & Lateranenſe ſub Leone X. c. ſtatuimus quod quicumque.* huiuſmodi monitos ſeu inhibitos, nec abſtinentes, haberi volunt pro concubinarijs publicis, & conuictis; & pœnis ibi præſcriptis puniri. & d. c. 2. *X. de cohabit. cler. & mul.* clericos excommunicari; mulieres canonice puniri.

21. Leges marito multo magis Iudici permittunt huiuſmodi inhibitionē.

22. Moniti nō abſtinentes pro conuictis & publicis ſunt.

Prudenter ergo in hiſce negocijs verſandum eſt: &, ſi qua alia in re, tum in hac maximè obſeruandum c. qualiter *& quando X. de accuſ.* à Concilio Trid. innouatum, vt non occultum ſit, quod integras poſtmodum familias turbare poſſit, ſed in conſcientiam populi venerit: vt loquitur c. non debet 30. *q.* 1. Concilium *Tridentinum de reform. mat. ſ. 24. c. 8.* vtitur ſupra citatis verbis; *quæ cum adulteris, ſeu concubinarijs publicè viuunt.* in non certis autem neque publicis non temere quieſcēs matrimonium eſt turbandum. *l. conſtante mat. D. ad l. Iul. de adult.* ne grauiora remedio oriantur fortè incommoda. vt ex lite memorat vxoricidium Ceuallos *de cog. per viol. p. 2. q.* 88. refertque edictum Regis *Philippi* II. 21. *Maij* 1579. quo omnibus Iudicibus ſæcularibus man- 23.

23. Sed prudēter eſt agendum ex titu c. qualiter.

24. Concilium Trid. agit de certis & publicis.

25. Etiã quoad laicos.

mandat in concubinatu publicè viuentes, & à ſæcularibus puniri, & Eccleſiaſticos non impediri; prætextu quod ſic viuentes ſint laici: ſed brachium auxiliare fauoremque præſtari. quod & hîc Senatus Brabantiæ ſæpe probauit, inferioreſque officiarij brachium præſtiterunt.

CAPVT XLIX.

De inceſtu.

1. Punit vterque iudex: ſed in prohibitos ſolo iure canonico ſolus eccleſiaſticus, ſed prohibitionis illius dumtaxat ratio habeatur.

INceſtum, inquit Cicero 3. *de legib. Pontifices ſummo ſupplicio ſanciunto.* Puniunt hunc leges, & canones: adeoque vterque Iudex. *Fragoſ. Regim. reip. l. 2. d. 41. §. 17.* ſed quia quidam gradus ſunt iure tantum canonico prohibiti; &, vt crimen ſit mixti fori, neceſſe eſt per canones & leges puniri: *Ceuallos de cog. per viol. p. 2. q.* 89. *n.* 3. ideo in his delinquentes ab eccleſiaſtico dumtaxat puniendi veniunt, quod idem dicendum eſt in cognatione ſpirituali, vt ſi quis commatrem cognouerit: quē graui pœnitētia plectendum dicit c. de *eo.* 30. *q.* 1. aut filiam ſpiritualem: cui imponitur amiſſio honoris, & vſque ad finem vitæ pœnitentia. *c. omnes. eadem. c. ſi quis ſacerdos.* ſacerdoti peregrinationem 12. annorum, & poſtea incluſionem in monaſterio iniungit; fœminæ autem laicæ eandem incluſionem, & bonorum in pauperes erogationem: & in c. non *debet. ibid.* idem ſtatuitur de filia pœnitentiali: *ſi tamen*, inquit, *in conſcientiam populi venerit*, vt ſcandalum puniendo auferatur; non vero occulti criminis punitione ſcandalum detur. in d. autem c. ſi *quis ſacerdos* cum filia ſpirituali, & fornicatus dicitur, & graue adulterium admiſiſſe: vnde conſtat in canonibus iſtiuſmodi verba non ſemper propriè accipi. vt & lex Iulia *de adulterijs* hanc vocem generaliter accipit: & ſic impropriè dici inceſtum clerici coitum cum ſoluta: adeoque pœnis inceſtus non eſſe vindicandum. *tot. tit. X. de cohabit. cler. & mulier.* cum moniali autem coitus inceſtus, & ſacrilegus dicitur; & in laico & clerico grauiſſimè punitur; laici etiam per ſæcularem. *l. ſi quis non dicam rapere. C. de ſacroſ. Eccl. l. ſi adulter. cum inceſt. ad leg. Iul. de adult. Ceuall. de cogn. per viol. p. 2. q. 90.* ſed & inceſtus vocabulum quandoque generaliter accipitur, pro coitu prohibito: quando nec conueniunt pœnæ inceſtus ſpecialiter dicti, qui eſt tantum inter conſanguineos, & affines. *l. ſi adulter. D. de adult.* quomodo & adulterium iure ciuili non committitur, niſi in matrē familias: non ſolutam. quod in coniugato tamen iure canonum pro adulterio & habetur, & punitur: iuris tamen rigoroſa conſideratione à ſolo Iudice eccleſiaſtico poſſet puniri. quamquam conſuetudo ferè non diſtinguat; & Iudex ſæcularis etiam hoc adulterium puniat. ſed non ordinaria iuris Romani pœna. vt nec hodie pœnæ inceſtus in auth. *inceſtas C. de inceſt. nupt.* relatæ ferè vllibi ſeruantur. ſed extra ordinem punire ſolet vterque Iudex: & ferè præuentioni locus dari. *Vide Ceuall. d. q. 89.*

2. Sed per mores arbitrariè per præuentionem.

CAPVT L.

De peccato contra naturam.

1. Ab vtroque punitur pro ratione ſuæ iuriſdictionis.

AB vtroque iure punitur. *c. clerici. X. de exceſſ. prælat.* vt clerici degradentur, & in monaſterium includantur: laici excommunicentur. & iure ciuili pœna mortis imponitur *l. cum vir. C. de adult.* extant bullæ Pij V. *incip. cum primum, & alia incip. horrendum, & Leonis X. incip. ſupremum* grauiſſimis pœnis refertæ. vt iſti malo ſeruientes beneficijs, dignitatibus ipſo iure priuati, plenius puniendi, etiam brachio ſæculari

lari tradantur. tradantur, inquam; neque enim ſine præuia ſententia in clericos iure manum inijciunt ſæculares Iudices: nec vetus hanc aut noua conſtitutio Iudici laico facultatem facit: & aliàs iure prohibetur in quantumcumque graui crimine. *c. cum non ab homine.* X. *de iudic. c. clerici eod.* Enimuero agit d. conſtitutio *horrendum* de clerico, qui huiuſmodi crimen exercet: illudque verbum *exercens* de induſtria in conſtitutione poſitum eſſe ait Nauarrus: *in Man. cap. 27. n. 249.* & ſibi ita reſponſum à Greg. XIII. & Datario, eoque non rectè Ceuallos diſcedit à fide tanti viri; & proprietate verbi, quam ibidem probat Nauarrus. De hoc crimine vt mixti fori ſit, & quibus pœnis puniatur, vide latè *Fragoſ. Regim. reip. l. 2. d. 4. § 16.*

CAPVT LI.

De fracta pace.

1\. *Cura ſeruandæ pacis vtrique commendata.*

AD Papam & Epiſcopos ſpectare conſtat *ex c. 1. & 2. X. de treuga. c. nouit. X. de iudic. c. ſuper quibuſdam. X. de verb. ſignif. in verb. ac ſuper vniuerſis capitulis, qua pro pace ſeruanda ſunt, per d. legatum ſtatuta, vel authoritate apoſtolica ſtatuenda, tenearis in iudicio Eccleſiaſtico reſpondere.* & in d. c. *nouit.* exaggeratur cauſa, quod pacis obſeruationi iuramentum adiunctum ſi contemnatur, procul dubio ad Eccleſiæ curam pertineat, vt obſeruetur. *Officij noſtri* inquit Iulius Papa, *conſideratione non eſt nobis diſſimulare, non eſt tacere libertas, quibus maior cunctis religionis zelus incumbit: Officij noſtri debitum,* inquit Innocentius IV. *remedijs inuigilat ſubditorum: quia dum eorum excutimus onera, dum ſcandala remouemus, not in eorum quiete quieſcimus, & fouemur in pace.* conſonat clem. *paſtoralis in princ. de re iudicat. c. ad apoſtolicæ. eod. in 6. c. ſtudendum. diſt 90. c. ipſa pietas. 23. q. 4.* pertinet autem tum maximè ad Papam curare pacem, quando ex bello Eccleſia, & religio chriſtiana capit detrimentum: & in fœdera vocantur pagani, vel hæretici, qui fidem orthodoxam corrumpunt, Eccleſias ſubuertunt, hæreſim, paganiſmum, atheiſmum inferunt, clerum eliminant, ſanctimoniales violant, ſanam denique omnem doctrinam peſſundant. *ea de re Martha de iuriſdict. p. 1. c. 40. & 41. p. 2. c. 22. & nos in Hiatu Caſſani. l. 2. c. 1. l. 3. c. 1. & ſeqq.*

2\. *Et imprimis Papæ cum bellũ religioni obeſſe poteſt.*

CAPVT LII.

De conuenticulis, & collegijs illicitis.

VTroque iure prohibentur: & punit vterque Iudex: pœnis ille canonicis, hic legitimis. Eoque & mixti fori dicitur. & quando grauitas caſus non excedit facultatem Iudicis Eccleſiaſtici, poteſt locus eſſe præuentioni. Illicita verò regulariter habentur, quæ Princeps non admiſit, ſeu magiſtratus ſacer, & ciuilis. *Vide citatos à Martha de iuriſdict. p. 1. c. 23. diximus etiam in Iudice l. 3. c. 9. n. 19. 20. 40. 42. 49. & ſeqq. in Hiatu l. 3. c. 14.* 1. *Mixta cognitio.*

CAPVT LIII.

De incendiarijs.

PEſſima eſt incẽdiariorum malitia. *c. peſſimam. 23. q. 8.* excommunicatione punitur. *c. cum deuotiſſimam 12. q. 2. c. in literis X. de raptor.* quæ poſt publicationem reſeruatam Papæ habet abſolutionem. *c. tua. X. de ſentent. excommun. c. conqueſti. ibid.* pœnitentiam 15. annorum, & aliàs pœnas iniungit c. quiſquis, 24. q. 3. & c. ſi quis Eccleſias. 17. q 4. trium hodie, & reſtitutionem. *c. ſi quis domum.* X. *de iniur.* legibus etiam ciuilibus incendiarij puniuntur. 1. *Vterque grauiter punit.*

1. Vt Eccleſiaſtici præuentio non excludat ſæcularem. tur. *l. qui cætu. in princ. l. 3. §. idem. D. de vi public. l. qui ædes. D. de incend. ruin. nauf.* & pœnæ ciuiles vel mortis, vel adeo graues ſunt, vt præuentione Eccleſiaſtici Iudicis non impediantur. quin etiam inquiſitus à Iudice ſæculari, & abſolutus; poteſt nihilominus inquiri ab Eccleſiaſtico, & excommunicari: & ad partis etiam inſtantiam ad reſtitutionem condemnari: & donec paruerit, non abſolui. quia venia peccati non datur niſi correcto. *c. peccati. de reg. iur. in 6.* nec obſtat exceptio rei iudicatæ; quia quando ex eodem quamuis facto agitur ad alium finem, nec idem petitur, nec eodem modo, nec cauſa, illa locum non habet. *l. cum quæritur. 12. 13. 14. D. de except. reiiudicat.* cum d. l. 1. verſ. *concluditur ergo. C. quando ciuilis actio criminali præiudicet.*

CAPVT LIV.

De pijratis.

EXcommunicantur in Bulla cœnæ; *c. ſi quis romipetas. 24. q. 3. c. ſi quis. 23. quæſt. 3. c. 3. X. de raptor. incendiar. &c.* iure etiam ciuili puniuntur. *l. nauigia. C. de fruct.* & mixti quidem fori eſt animaduerſio in pijratas: ſed vix vt Iudex alterum poſſit præuentione alterum impedire; ſed vterque ſuas pœnas infligat. quod generaliter recipiendum eſt, vt, ne quidem ex delegatione Principis, Prælati poſſint vel ſanguinem fundere, vel pœnas proximas infligere. *c. 4. X. de raptor. incendiar. &c. in verbis, pecuniaria poteris pœna mulctare, & etiam flagellis afficere: ea tamen moderatione adhibita, quod flagella in vindictam ſanguinis tranſire minimè videantur.* Prælati enim paſtores ſunt non percuſſores. late Concilium *Trid. ſ. 13. c. 1.*

1. Vterque ſuas pœnas infligit.

CAPVT LV.

De falſificatione literarum Apoſtolicarum.

HVius criminis rei clerici beneficijs mulctantur, degradantur, laico Iudici traduntur, legitimis pœnis ſubdendi: laici excommunicantur. *c. 7. & tot. tit. X. de crim. falſ.* & qui falſas literas Eccleſiaſtico Iudici præſentat, quamuis laicus; ab Eccleſiaſtico retinetur puniendus. *c. 2. ibid.* In literis Regis falſitatem committens clericus degradatur; charactere in fronte notatur, & ex prouincia eliminatur. *c. 3. ibid.* explicat autem c. nouimus *X. de verb. ſignif.* quomodo accipienda ſint verba *degradari clericum, & tradi Curiæ ſæculari;* & *§. fin. ibid.* perpetuo carceri includitur in pane doloris, & aquâ anguſtiæ ſuſtentandus. vbi notandum eſt illam decretalem iam olim ſcriptam eſſe Epiſcopo Pariſienſi: capturam, & carcerem Eccleſiaſtica authoritate decerni: quam hodie intra audientiam Epiſcopalē Galli ibidem conſtringunt. igitur falſificatio literarum Apoſtolicarum ab vtroque Iudice punitur. & mixti fori dicitur. *Ceuallos de cog. per viol. p. 2. q. 92. Fragoſ. Regim. Reip. l. 2. diſp. 4. §. 20.* 1. Mixta cognitio.

CAPVT LVI.

De ſortilegio.

DAmnatur illud literis diuinis, & vtroque iure. *c. 1. tot. tit. X. de ſortileg. l. nemo. l. multi. C. de malefic. c. vn. 36. q. 1.* ſortilegia autem multis modis cōtingunt. *Vide cauſam. 26. q. 1. 2. 3. 4.* vbi prohibita omnia quæ ſuppetias dæmonis reſpiciunt. crimē mixti fori dicitur. punit ſæcularis: *ex d tit. C. de maleſ. & math.* & eccleſiaſticus; *d. cauſ. 26. q. 5.* excōmuni- 2. Varia punitio.

1. Mixti fori.

P catio.

catione, & varijs modis canonicis. quin etiam, ſi ſerui ſint ſortilegi; verberibus, cruciatibuſque: ſi liberi, incluſione digna, diſtrictaque. *c.*
3. Cum hæreſim ſapit ſortilegiũ, ſolus Eccleſiaſticus cognoſcit.
*cõtra idolorum.d.q.*5. ſeu de parochijs ſuis eijcit dehoneſtatos. *c. Epiſcopi. ibid.* quod ſi ſortilegia ſapiant hæreſim, Iudicis Eccleſiaſtici ſolius eſt diſcernere. vt de hęreſi diximus. quod ſi hæreſim ſapiant manifeſtã; poſſunt etiam Inquiſitores de hoc crimine cognoſcere. alioquin debent ſortilegos, & diuinatores ſuis Iudicibus relinquere puniendos. *c. accuſatus.* §. *ſanè.de hæret.in 6.Panorm. in c.* 1. *X. de ſortileg.* nec poſſunt cognoſcere an ſapiant hæreſim: quia non eſt attributa iuriſdictio, niſi ſub qualitate manifeſtæ. *gloſſ.& Panorm. ibid.* ſed de hac qualitate *manifeſta. ibid.* & ſic intelligendum c. fin. *de off. deleg. in 6.* ſed hodie ex conſtitutionibus poſteriorum Pontificum de maleficis generatim cognoſcere Inquiſitores tradit Farinac. *tract.de hære. q.*181. §. 4. *n.* 101. adeo, vt etiam vix ſæculares de ſortilegijs nunc cognoſcant. Et quam-
4. De his qui mala arcẽt per magiã: aut per ignorantiam eam exercent.
quam lex *eorum* §. *nullus.C.de malefic.* vt ibi interpretatur Bartholus, accuſationi ſubijci nolit eos, qui magicis artibus morbos à corporibus; imbres, grandines, ventos, à frugibus innocenter auerterint: contra tamen canones hæc eſſe laqueos, & inſidias antiqui hoſtis, atque illicita docent. *c.illos.26.q.2.c.ex tuorum.c. fin.X.de ſortil.* clericum ſortilegũ degradatione, laicum anathemate puniunt. *c.admoneant.26.q.7.* tametſi d. §. nullus, propter verbum *innocenter* adhibita, & quia in priori parte de ijs agit, qui & ſcientia magica nocent; videri poteſt per antitheſim agere de ijs, qui per ignorantiam malis remedia quæſierint: ideoque ſingulariter agere de ruſticis, quaſi innocenter ea adhibentibus. quare c. 2. X. *de ſortileg.* ille qui bono zelo, & ſimpliciter, non per dæmonis inuocationem. ſed per aſtrolabij inſpectionem de furto quæſiuit, non pœnâ quidem ordinariâ punitus eſt: ſed per annum dumtaxat ab altari remotus: cum aliâs eſſe degradandus. *c. ſiquis Epiſcopus c. quicumque* 5. Exorciſmi &c.
*in fin. d.q.*5. (vbi de ſacerdotibus etiam ſacrificio & miſſa *de Requiem* pro viuis abutentibus.) Et Leo Imperator *in l.* 1. *C.de theſaur.l.* 10. non admiſit theſaurum quæri adhibitis ſceleratis ſacrificijs, aut qualibet arte legibus odioſa. & Eccleſia orationes, ieiunia, eleëmoſynas, exorciſmos, ac cætera Eccleſiaſticę diſciplinæ munimina adhiberi mandat. *c. ſi per ſortiarias.* 33. *q.* 1. de quibus Leſſius *de Iuſt.lib.*2. *c.*44. *dub.*5. 6. An ſigna maleficij liceat amouere?
adeo quidem, vt viri pij, & eruditi ſcrupulum patiantur in amotione ſignorum per maleficos poſitorum. quibus reſpondet; *ibid. dub.*6. vt quidem maleficio maleficium tollere non liceat, ſed induſtriâ naturali, nullatenus miſcendo ſe pacto magico, nec dæmonem prouocando ad aliquem actum; ſed expectando ceſſationem, ſeu priuationem actus. De maleficis, veneficis, diuinatoribus, chiromanticis; aſtrologis, ſtrijgibus, lamijs, alijſque quæ eo pertinent, vide latiſſimè diſſerentem Delrium in Diſquiſitionibus magicis. *Frageſum in Regim. reip. l.* 2. *diſp.* 4. §. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12.

CAPVT LVII.

De ſacrilegio.

AD mixti fori crimina referri etiam ſolet ſacrilegium. 1. Mixti fori.
*Diana p.*1.*t.*2.*reſol.*81.*Frageſ. vbi ſ.* §. 5.*num.*10. quippe quod ab vtroque iure pœnis vindicatur; quas vterque Iudex poteſt imponere: & coram vtroque Iudice ſacrilegi poſſunt conueniri. *c.cum ſit.X.de for. compet.* committitur in perſonas, & in res Eccleſiaſticas. *c.ſicut.*17.*q.* 4. in perſonas commiſſum ipſo iure punitur anathemate. *c.ſi quis* 2. Variæ pœnæ.
ſua-

ſuedente.eod. quoad res; ferenda ſententia. *c. conqueſtus. X. de for. compet.* addit c. attendendum. 17.*q*.4. infamiam, carcerem, exilium, deportationem. ſed vt hæc ab Eccleſiaſticis infligantur non vbique obtinuit; ſed ferè vt vterque Iudex procedat ſecundum modum ſuæ iuriſdictionis: nec alterum impediat. *l. placet. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* ſi tamen ad pecuniariam aut ſimilem tantum pœnam concludatur, iure præuentioni eſſet locus: ſed mores non vbique præuentioni locum faciunt. etſi canonicarum pœnarum irrogationem admittere debeant. vt cum legalibus compatibilium. imo *in c. fælicis. §. per hoc de pænit. in* 6. Cardinalem offendentes grauibus pœnis puniuntur, nec tantum Iudici ſæculari, vt legales pœnas irroget, inſuper permittitur; ſed &, niſi fecerit, locus interdicitur. Sacrilegum etiamque coitum cum moniali punit vterque Iudex: ſecundum pœnas canonicas, & legales. *Ceuallos de cog. per viol. p.* 2. *q*. 90. Vide quæ diximus ſupra *c*. 33. *n*. 15. *& ſeqq.*

3. Vtrique imponit ſuas.

CAPVT LXVIII.

De feſtorum violatione.

FEriás indicit Princeps; feſta proponit Eccleſia. huius decreta etiam iuuat Princeps. vt Leo *in Nouel. ſua* 54. edicit. *vt dominicis diebus omnes ab operibus vacent.* feſtos etiam enumerat Comnenus Imp. *conſt. 2. de fer.* dicitur etiam Conſtantinus voluiſſe diem veneris à iudicijs habere vacationem. *Hiſt. trip. c.* 9. quæ feſta inſtituerit Eccleſia, canoneſque eo ſpectantes, & imprimis Paſchæ diem latè refert P. Greg. *Toloſ. in Syntag. Iur. can. l.* 1. *tit*. 19.

1. Mixti fori habetur.

Feſtorum dictum violationem edictum 20. Septemb. 1607. Principum Belgij facit mixti fori, quod & mores fere paſſim receperunt. in Concilio autẽ Aurelianenſi III. *can*. 28. de feſtorum violatione dicitur, *non in laici diſtrictione, ſed in ſacerdotis caſtigatione conſiſtat qualiter emendari debeat.* adeoque ad Epiſcopum pertinent ſuper feſtis ordinationes, relaxationes, diſpenſationes (quas neque ſæcularis Iudex poſſit impedire. *Diana p.* 4. *t.* 1. *r.* 94.) & *can*. 29. ad Epiſcopum ſpectare, vt diſpiciat quam correctionem mereatur, qui cum armis (ea erat reuerentia maiorum) miſſæ interſuerit. & *in Concilio Matiſconenſi c.* 1. monentur violatores diei dominici timere punitionem Dei in futuro, Epiſcopi in ſæculo præſenti. vt ea res antiquitus fuerit priuatiuè iuriſdictionis Eccleſiaſticæ. Solent ferè violatores feſtorum mulctis pecuniarijs corrigi. nam ius mulctæ etiam penes Iudicem Eccleſiaſticum eſt. *c. ſtatuimus.* 16. *quaſt.* 1. *c. quiſquis.* 17. *quaſt.* 4. *c. presbyteri. X. de pænit. c. poſtulaſti. X. de Iudæis. c.* 2. *X. de priuileg. Auth. vt cleric. apud. propr. Iud. in V. emendari per Eccleſiaſticam mulctam. Concil. Trid. ſeſſ.* 24. *c*. 20. ſed non ſibi Epiſcopus de peccato alieno commodum accipit. *c. Epiſcopus.* 16. *quaſt*. 6. & diſertè prohibetur, ne pro corrigendis criminibus pecuniariam pœnam ſibi applicet. *c. cognouimus & ſeq. d. q.* 6. & Concilium Trid. *ſeſſ*. 23. *c*. 3. mulctas eo ipſo, quo exactæ fuerint, pijs locis iubet aſſignari. Principum autem edictum in ſententijs illas exprimi. ne regium fiſcum imitari videantur. qui cum veteres annonas non præſtet, mulctarũ compendijs ſtipẽdia ſupplet. & cũ ſimiliter Epiſcopi Officiarijs ſuis ſubſidia laborũ tribuere teneãtur; *c. charitatẽ.* 12. *q*. 2. (*iuſtum namque eſt*, inquit, *vt illi cõſequantur ſtipendiũ, qui pro tempore ſuum reperiuntur commodare obſequium.*) & dotes alicubi ſint tenues; ſtipendij loco partem mulctarum Promotoribus promittũt. Vrbanus VIII. feſtis ad enumerata in ſua conſtitutione *de qua egi-*

4. Olim ſolius Eccleſiæ.

3. Quæ fere pœnæ hodie? mulctæ; ſed in pias cauſis vertendæ.

cation, & varijs modis canonicis. quin etiam, ſi ſerui ſint ſortilegi; verberibus, cruciatibuſque: ſi liberi, incluſione digna, diſtrictaque. *c. cõtra idolorum. d. q. 5.* ſeu de parochijs ſuis eijcit dehoneſtatos. *c. Epiſcopi. ibid.* quod ſi ſortilegia ſapiant hæreſim, Iudicis Eccleſiaſtici ſolius eſt diſcernere. vt de hereſi diximus. quod ſi hæreſim ſapiant manifeſtã; poſſunt etiam Inquiſirores de hoc crimine cognoſcere. alioquin debent ſortilegos, & diuinatores ſuis Iudicibus relinquere puniendos. *c. accuſatus. §. ſanè. de hæret. in 6. Panorm. in c. 1. X. de ſortileg.* nec poſſunt cognoſcere an ſapianr hæreſim: quia non eſt attributa iuriſdictio, niſi ſub qualirate manifeſtæ. *gloſſ. & Panorm. ibid.* ſed de hac qualirate *manifeſta. ibid.* & ſic intelligendum c. fin. *de off. deleg. in 6.* ſed hodie ex conſtitutionibus poſteriorum Pontificum de maleficis generarim cognoſcere Inquiſitores tradit Farinac. *tract. de hære. q. 181. §. 4. n. 101.* adeo, vt etiam vix ſæculares de ſortilegijs nunc cognoſcanr. Et quamquam lex *eorum §. nullius. C. de malefic.* vt ibi interpretatur Bartholus, accuſationi ſubijci nolit eos, qui magicis artibus morbos à corporibus; imbres, grandines, ventos, à frugibus innocenter auerterint: conrra tamen canones hæc eſſe laqueos, & inſidias antiqui hoſtis, atque illicita docenr. *c. illos. 26. q. 2. c. ex tuorum. c. fin. X. de ſortil.* clericum ſortilegũ degradatione, laicum anathemate puniunt. *c. admoneant. 26. q. 7.* tametſi d. §. nullus, propter vetbum *innocenter* adhibita, & quia in priori parte de ijs agit, qui & ſcienria magica nocent; videri poteſt per anrirheſim agere de ijs, qui per ignorantiam malis remedia quæſierint: ideoque ſingulariter agere de ruſticis. quaſi innocenter ea adhibentibus. quate c. 2. X. *de ſortileg.* ille qui bono zelo, & ſimpliciter, non per dæmonis inuocarionem. ſed per aſtrolabij inſpectionem de furto quæſiuit, non

3. Cum hæreſim ſapit ſortilegiũ, ſolus Eccleſiaſticus cognoſcit.

4. De his qui mala arcẽt per magiã; aut per ignorantiam eam exercent.

pœnâ quidem ordinariâ punitus eſt: ſed per annum dumtaxat ab altari remotus: cum aliâs eſſe degradandus. *c: ſiquis Epiſcopus c. quicumque in fin. d. q. 5.* (vbi de ſacerdotibus etiam ſacrificio & miſſa *de Requiem* pro viuis aburentibus.) Et Leo Imperator *in l. 1. C. de theſaur. l. 10.* non admiſit theſaurum quæri adhibitis ſceleratis ſacrificijs, aut qualibet arte legibus odioſa. & Eccleſia orationes, ieiunia, eleëmoſynas, exorciſmos, ac cætera Eccleſiaſticę diſciplinæ munimina adhibeti mandat. *c. ſi per ſortiarias. 33. q. 1.* de quibus Leſſius *de Iuſt. lib. 2. c. 44. dub. 5.* adeo quidem, vt viri pij, & erudiri ſcrupulum patiantur in amorione ſignorum per maleficos poſitorum. quibus reſpondet; *ibid. dub. 6.* vt quidem maleficio maleficinm tollere non liceat, ſed induſtriâ naturali, nullatenus miſcendo ſe pacto magico, nec dæmonem prouocando ad aliquem actum; ſed exſpectando ceſſationem, ſeu priuationem actus. De maleficis, veneficis, diuinatoribus, chiromanticis; aſtrologis, ſtrijgibus, lamijs, alijſque quæ eo pertinent, vide latiſſimè differentem Delrium in Diſquiſitionibus magicis. *Fragoſum in Regim. reip. l. 2. diſp. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12.*

5. Exorciſmi &c.

6. An ſigna maleficij liceat amouere?

CAPVT LVII.

De ſacrilegio.

AD mixti fori crimina referri etiam ſolet ſacrilegium. *Diana p. 1. t. 2. reſol. 81. Fragoſ. vbi ſ. §. 5. num. 10.* quippe quod ab vtroque iure pœnis vindicatur; quas vterque Iudex poteſt imponere: & coram vtroque Iudice ſacrilegi poſſunt conueniri. *c. cum ſit. X. de for. compet.* commirritur in perſonas, & in res Eccleſiaſticas. *c. ſicut. 17. q. 4.* in perſonas commiſſum ipſo iure punitur anathemate. *c. ſi quis ſua-*

1. Mixti fori.

2. Variæ pœnæ.

ſuadente.eod. quoad res; ferenda ſententia. *c. conqueſtus. X. de for. compet.* addit c. attendendum. 17.q.4. infamiam, carcerem, exilium, deportationem. ſed vt hæc ab Eccleſiaſticis infligantur non vbique obtinuit;
3. Vterque imponit ſuas. ſed ferè vt vterque Iudex procedat ſecundum modum ſuæ iuriſdictionis: nec alterum impediat. *l. placet. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* ſi tamen ad pecuniariam aut ſimilem tantum pœnam concludatur; iure præuentioni eſſet locus: ſed mores non vbique præuentioni locum faciunt. etſi canonicarum pœnarum irrogatiooem admittere debeant, vt cum legalibus compatibilium. imo *in c. fælicis. §. per hoc de pœnit. in 6.* Cardioalem offendentes grauibus pœnis puniuntur; nec tantum Iudici ſæculari, vt legales pœnas irroget, inſuper permittitur; ſed &, niſi fecerit, locus ioterdicitur. Sacrilegum etiamque coitum cum moniali puoit vterque Iudex: ſecundum pœnas canonicas, & legales. *Cenallos de cog. per viol. p.2. q.90.* Vide quæ diximus ſupra *c.33. n.15. & ſeqq.*

CAPVT LXVIII.

De feſtorum violatione.

FErias indicit Princeps; feſta proponit Eccleſia. huius decreta etiam iuuat Princeps. vt Leo *in Nouel. ſua 54.* edicit. *vt dominicis diebus omnes ab operibus vacent.* feſtos etiam eoumerat Comnenus Imp. *conſt. 2. de fer.* dicitur etiam Conſtaotinus voluiſſe diem; veneris à iudicijs habere vacationem. *Hiſt. trip. c.9.* quæ feſta inſtituerit Eccleſia, canoneſque eo ſpectantes, & imprimis Paſchæ diem latè refert P. Greg. *Toloſ. in Syntag. Iur. can. l. 1. tit. 19.*

1. Mixti fori habetur. Feſtorum dierum violationem edictum 20. Septemb. 1607. Principum Belgij facit mixti fori, quod & mores fere paſſim receperunt. in Concilio autē Aurelianenſi III. *can. 28.* de feſtorum violatione dicitur, *non in laici diſtrictione, ſed in ſacerdotis caſtigatione conſiſtat qualiter emendari debeat*, adeoque ad Epiſcopum pertineot ſuper feſtis ordinationes, relaxationes, diſpeoſationes (quas neque ſæcularis Iudex poſſit impedire. *Diana p.4. t.1. r.94.*) & *can. 29.* ad Epiſcopum ſpectare, vt diſpiciat quam correctionem mereatur, qui cum armis (ea erat reuereotia maiorum) miſſæ interfuerit. & *in Concilio Matiſconenſi c. 1.* monentur violatores diei dominici timere punitionem Dei io futuro; Epiſcopi in ſæculo præſeoti. vt ea res antiquitus fuerit priuatiuè iuriſdictionis Eccleſiaſticæ. Solent ferè violatores feſtorum mulctis pecuniarijs corrigi. nam ius mulctæ etiam penes Iudicem Eccleſiaſticum eſt. *c. ſtatuimus. 16. quæſt. 1. c. quiſquis. 17. quæſt. 4. c. presbyteri. X. de pœnit. c. poſtulaſti. X. de Iudæis. c. 2. X. de priuileg. Auth. vt cleric. apud. propr. Iud. in V. emendari per Eccleſiaſticam mulctam. Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 20.* ſed non ſibi Epiſcopus de peccato alieno commodum accipit. *c. Epiſcopus. 16. quæſt. 6.* & diſertè prohibetur, ne pro corrigendis criminibus pecuniariam pœnam ſibi applicet. *c. cognouimus & ſeq. d. q. 6.* & Concilium Trid. *ſeſſ. 23. c. 3.* mulctas eo ipſo, quo exactę fueriot, pijs locis iubet aſſignari. Principum autem edictum in ſenteotijs illas exprimi. ne regium fiſcum imitari videantur. qui cum veteres annonas non præſtet, mulctarū compendijs ſtipēdia ſupplet. & cū ſimiliter Epiſcopi Officiarijs ſuis ſubſidia laborū tribuere teneātur; *c. charitatē. 12. q. 2.* (*iuſtum namque eſt*, inquit, *vt illi cōſequantur ſtipendiū, qui pro tempore ſuum reperiuntur commodare obſequium.*) & dotes alicubi ſint tenues; ſtipendij loco partem mulctarum Promotoribus promittūt. Vrbanus VIII. feſtis ad enumerata in ſua conſtitutione *de qua egi-*

Margin notes (right column): 4. Olim ſolius Eccleſiæ. — 3. Quæ fere pœnæ hodie? mulctæ; ſed in pias cauſas vertendæ.

mus in Reſponſis tit. de feſtis r. 1. reſtrictis; in iudicialibus tamen nihil mutari voluit. vt feriarum non ſit facta mutatio. neque ſæcularis punire iam poſſit non ſeruantes feſta abrogata; niſi aliqua ſit non eccleſiæ, ſed ciuilis magiſtratus ordinatio. quam ille, ob cauſas politicas velit adhuc ſeruari.

CAPVT LIX.

De rebus venalibus.

1. Annonæ cura, & precij exceſſus ad emendationem Epiſcopi, præſertim quoad pauperes, ſpectat.

NE modum excedant negociatores, prouidere debent Epiſcopi, non tantum quaſi ex delegatione legis 1. *C. de Epiſc. audien.* ſed eo iure, quo *Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei. Act.* c. 20. quare nec d. lex 1. delegationis meminit. ſed arguit obligationem officij. *quibus*, inquit, *verus cultus eſt adiuuare pauperes, & poſitos in neceſſitate.*

2. Et peregrinos.

Qua ex cauſa etiam procedit c. 1. X. *de empt. vt presbyteri*, inquit, *plebes ſuas admoneant, vt & ipſi hoſpitales ſint, & non carius vendant tranſeuntibus, quàm mercato vendere poſſint.* Hoſpitalitas ad pietatem, adeoque monitionem pertinet: iniuſta cum peregrinis commercia ad peccatum: huius vitandi cura etiam ad externam Eccleſiæ authoritatem ſpectat. adeoque ſubiungit d. c. 1. *alioquin ad presbyterum tranſeuntes hoc referant, vt illius iuſſu cum humanitate ſibi vendant. iuſſu*, inquit, non tantum monitione.

3. Cura etiam iuſtorum ponderum, & menſurarum.

Quomodo & in Concilio Moguntino decretum eſt, vt *menſuræ & pondera iuſta fiant.* c. 2. X. *de empt. ſi quis*; inquit, *iuſtas menſuras & iuſta pondera, cauſa lucri mutare præſumpſerit*, 30. *dies in pane & aqua pœniteat.* improbum ergo ex falſa menſura lucrum Eccleſia etiam pœna corporali caſtigat. additur *in ſupplemento d. c. 2. ſicut in diuinis legibus ſancitum eſt, & in capitulari D. Caroli continetur; ſicut & iſte ſacer conuentus conſtituit, ſic in omnibus obſeruari placet.* Eccleſiaſticus ergo conuentus & conſtituit, & obſeruari iuſſit ab omnibus. quare etiam olim inter canones pœnitentiales huius criminis correctio relata eſt. *art.* 24. in quibus & plures ſunt caſus, vbi grauis criminum punitio infligitur. ad quos remiſiſſe hîc ſufficiat.

CAPVT LX.

De cauſis miſerabilium perſonarum, dotis; & infantium expoſitorum.

VIduæ, pupilli, & alij fortunâ miſerabiles perſonæ extra prouinciam non trahuntur imperatorio reſcripto: trahunt autem ipſæ alios ad Imperatorem. *l. vnic. C. quando Imperator inter viduas, pupillos*, &c. eadem æquitate & de harum cauſis cognoſcit Papa, aut delegatus. *c. ſignificant. X. de off. deleg. c. ſuper. X. de verb. ſignif. item viduis*, inquit, *pupillis, orphanis, & perſonis miſerabilibus tenearis in iudicio Eccleſiaſtico reſpondere.* Vnde communis ſententia eſt quod cauſæ miſerabilium perſonarum ſint mixti fori: quod ad Eccleſiaſticum recurrere poſſint. *Diana & ab eo citati p.* 4. *t.* 1. *r.* 90. vt & ex Caſſiod. conſtat *l.* 11. *epiſt.* 3. Epiſcopos cauſas pupillorum, viduarum, inopum cognouiſſe iam olim. Et quamquam ſpecialia in dote conſtituta videantur *per c. ex literis. X. de pignor. c. ex parte. X. de for. comp.* tamen & *in d. c. ex parte* generalis ratio aſſumitur, quod eccleſiaſtici Iudicis ſit *viduas defenſare.* & ſequitur d. c. ſuper. & *in c. ſi quis de potentibus.* 24. *q.* 3. generaliter ſpolians pauperem ab Eccleſiaſtico citatur, & contumax excommunicatur: *donec obedias*, inquit, *& reddat aliena.* quę verba propriè dictum ſpolium non 1. An mixti fori.

vi-

videntur ſpectare, in quo non conſideratur proprietas, ſed poſſeſſio; nec potentia, nec paupertas; ideoque generaliter manet æquitas aliqua miſerabilibus perſonis impendenda; quæ non communicetur omnibus alijs. *Vide citatos à Diana p.1. t.2.reſ.*117. vnde & à Concilio *Trid. ſ.7.c.*14.*ſ.*14.*c.*5. cauſę miſerabilium perſonarum etiam extra caſum ſpolij conſiderantur aduerſus clericos exemptos.

2. Quæſtio dotis vt ad iudicem Eccleſ. ſpectare poſſit? Porro de quæſtione dotis, an fori ſit Eccleſiaſtici, paucis diximus *in Iur. pont. nou. anal. tit. de for. comp. n.* 18. & quidem ſi agatur de dote inter laicos ſimpliciter conſtituenda, cognitionem ſæcularem faciunt Cōcordata Brabantiæ. *§. non poterit.* de illa autem, vel donatione propter nuptias lucranda, vel perdenda acceſſoriè, cum principaliter actum eſt de diuortio; quæſtionem faciūt Eccleſiaſticam eadem concordata. *§. de dote.* quin & bonorum diuiſionem, ex prorogatione expreſſa partium, eiuſdem qui cognouit de diuortio. *§. de diuiſ.* eiuſque itidem cognitionem de alimentis lite diuortij pendente. *§. de aliment.* om-

3. Contra ſtupratores? niumque curiarum Eccleſiaſticarum praxis obtinet, vt ſtupratores condemnent ducere ſtupratas, vel dotare. Et ſanè non ex legibus; ſed ſacris literis deſcendit defloratæ

4. Huiuſmodi dotatio non ex legibus, ſed canonibus. dotatio. *Exod. c.* 22. quas ſequuntur canones. *c.* 1. *X. de adult. & ſtup.* quemadmodum & Trid. *ſ.*26. *c.*6. *de mat.* raptorem obligat raptam libertati reſtitutam, atque volentem, ducere, & dotare: nolentem autem; dotare: qualis actio non eſt legibus prodita: nec olim à prætore data. imo raptę matrimonium leges non admittunt: & mulctant nubentem bonis per leges ei delatis. *Auth. de rapt. mulier. §. vnic. verſ. ſancimus.* vt & Lætus introitus Brabantiæ *art.* 26. raptæ bona, ſi cum raptore manſerit, Principi applicat. Sed quod de raptoris bonis raptæ pro parte applicandis traditur *in l. vnic. C. de rapt.* in terminis non ſatis in vſu eſſe creditur. ſed magis defloratæ, raptæue dotatio. *iuxta c.* 1. *X. de adult. d. c.*6. *ſeſſ.*24. *Trident.* & mitigatio *d. l. vnic. Sanches de matrim. lib.* 7. *d.* 12. *num.*27.

Enimuero ſub nomine damnorum, & intereſſe propoſita quæſtio; durius ſonat, quam vt aliquibus videatur ea deferri poſſe ad cognitionem Eccleſiaſticam. Vt tractat Annæus *Robert. rer. iudicat. lib.* 3. *c.* 5. de eo, qui ſuper fœdere matrimoniali ad tribunal Eccleſiaſticum vocatus, & cum alia contrahere interim vetitus, ſpreto Eccleſiæ interdicto, cum alia contraxerat; quem ſuper damnis & intereſſe negat coram eodem Iudice conueniri; tametſi ille contemptum canonicis pœnis vindicare poſſit. 5. Non agendo ſub nomine damnorum.

Sed quid ſi conuentus ſuper fœdere matrimonij promiſſi, poſt longam moram, & litem diem obeat? non eſt dubitandum, quin iudicium peragi debeat, vbi cæptum eſt: ſi, quæ prætendit ſponſalia aut matrimonialia promiſſa, pergat petere defunctum declarari ijs obligatum fuiſſe, eatenus enim eſt cauſa matrimonialis, quam ad ſolos Iudices Eccleſiaſticos ſpectare aſſerit Concilium *Trid. ſ.*24. *de ſacram. mat. can.*12. cum anathemate contrariæ doctrinæ. 6. Nec aduerſus hæredem.

Sed cum ſubſequenter petitur declarari defunctum in mora explendi promiſſa deceſſiſſe, obligatumque ea propter illum tunc, & ſurrogatum nunc eius hæredem, ad ſuccedaneam dotationem, ſeu eius quod intereſt, reparationem; delicatis auribus excipitur quæſtio; & *ex d. canone.* 12. *Trid.* quouſque de obligatione promiſſi matrimonialis quæritur, non poteſt eſſe dubium, quin cognitio ſit eccleſiaſtica: quò etiam ſpectat an obligatio fuerit perſonalis, & extincta cum perſona; an realis, & ad hæredes tranſlata. 7. Niſi in cōſequentiam obligationis ſpiritualis.

Et vero rectè dicit Chopin. *de*

 ſac.

2. Vt Eccleſiaſtici præuentio non excludat ſæcularem.

tur. *l. qui cætu. in princ. l. 3. § idem. D. de vi public. l. qui ædes. D. de incend. ruin. nauf.* & pœnæ ciuiles vel mortis, vel adeo graues ſunt, vt præuentione Eccleſiaſtici Iudicis non impediantur. quin etiam inquiſitus à Iudice ſæculari, & abſolutus; poteſt nihilominus inquiri ab Eccleſiaſtico, & excommunicari: & ad partis etiam inſtantiam ad reſtitutionem condemnari: & donec paruerit, non abſolui. quia venia peccati non datur niſi correcto. *c. peccati. de reg. iur. in 6.* nec obſtat exceptio rei iudicatæ; quia quando ex eodem quamuis facto agitur ad alium finem, nec idem petitur, nec eodem modo, nec cauſa; illa locum non habet. *l. cum quæritur.* 12. 13. 14. *D. de except. rei iudicat.* cum d. l. 1. verſ. *concluditur ergo. C. quando ciuilis actio criminali præiudicet.*

CAPVT LIV.

De pijratis.

1. Vterque ſuas pœnas infligit.

EXcommunicantur in Bulla cœnæ; *c. ſi quis romipetas. 24. q. 3. c. ſi quis. 23. quaſt. 3. c. 3. X. de raptor. incendiar. &c.* iure etiam ciuili puniuntur. *l. nauigia. C. de fruct.* & mixti quidem fori eſt animaduerſio in pijratas: ſed vix vt Iudex alter poſſit præuentione alterum impedire; ſed vterque ſuas pœnas infligat. quod generaliter recipiendum eſt, vt, ne quidem ex delegatione Principis, Prælati poſſint vel ſanguinem fundere, vel pœnas proximas infligere. *c. 4. X. de raptor. incendiar. &c. in verbis, pecuniaria poteris pœna mulctare, & etiam flagellis afficere: ea tamen moderatione adhibita, quod flagella in vindictam ſanguinis tranſire minimè videantur.* Prælati enim paſtores ſunt non percuſſores. late Concilium *Trid. ſ. 13. c. 1.*

CAPVT LV.

De falſificatione literarum Apoſtolicarum.

1. Mixta cognitio.

HVius criminis rei clerici beneficijs mulctantur, degradantur, laico Iudici traduntur, legitimis pœnis ſubdendi: laici excõmunicantur. *c. 7. & tot. tit. X. de crim. falſ.* & qui falſas literas Eccleſiaſtico Iudici præſentat, quamuis laicus; ab Eccleſiaſtico retinetur puniendus. *c. 2. ibid.* In literis Regis falſitatem committens clericus degradatur; charactere in fronte notatur, & ex prouincia eliminatur. *c. 3. ibid.* explicat autem c. nouimus *X. de verb. ſignif.* quomodo accipienda ſint verba *degradari clericum, & tradi Curiæ ſeculari;* & *§. fin. ibid.* perpetuo carceri includitur in pane doloris, & aquâ anguſtiæ ſuſtentandus. vbi notandum eſt illam decretalem iam olim ſcriptam eſſe Epiſcopo Pariſienſi: capturam, & carcerem Eccleſiaſtica authoritate decerni: quam hodie intra audientiam Epiſcopalẽ Galli ibidem conſtringunt. igitur falſificatio literarum Apoſtolicarum ab vtroque Iudice punitur. & mixti fori dicitur. *Ceuallos de cog. per viol. p. 2. q. 92. Fragoſ. Regim. Reip. l. 2. diſp. 4. ſ. 20.*

CAPVT LVI.

De ſortilegio.

1. Mixti fori.

DAmnatur illud literis diuinis, & vtroque iure. *c. 1. tot. tit. X. de ſortileg. l. nemo. l. multi. C. de malefic. c. vn. 36. q. 1.* ſortilegia autem multis modis cõtingunt. *Vide cauſam. 26. q. 1. 2. 3. 4.* vbi prohibita omnia quæ ſuppetias dæmonis reſpiciunt. crimẽ mixti fori dicitur. punit ſæcularis: *ex d. tit. C. de malef. & math.* & eccleſiaſticus; *d. cauſ. 26. q. 5.* excõmuni-

2. Varia punitio.

P catio.

catione, & varijs modis canonicis. quin etiam, ſi ſerui ſint ſortilegi; verberibus, cruciatibusque: ſi liberi, incluſione digna, diſtrictaque. *c. cōtra idolorum. d. q.* 5. ſeu de parochijs ſuis eijcit dehoneſtatos. *c. Epiſcopi. ibid.* quod ſi ſortilegia ſapiant hæreſim; Iudicis Eccleſiaſtici ſolius eſt diſcernere. vt de hęreſi diximus. quod ſi hæreſim ſapiant manifeſtā; poſſunt etiam Inquiſitores de hoc crimine cognoſcere. alioquin debent ſortilegos, & diuinatores ſuis Iudicibus relinquere puniendos. *c. accuſatus. §. ſanè. de hæret. in 6. Panorm. in c.* 1. *X. de ſortileg.* nec poſſunt cognoſcere an ſapiant hæreſim: quia non eſt attributa iuriſdictio, niſi ſub qualitate manifeſtæ. *gloſſ. & Panorm. ibid.* ſed de hac qualitate *manifeſta. ibid.* & ſic intelligendum *c. fin. de off. deleg. in* 6. ſed hodie ex conſtitutionibus poſteriorum Pontificum de maleficis generatim cognoſcere Inquiſitores tradit Farinac. *tract. de hære. q.* 181. *§.* 4. *n.* 101. adeo, vt etiam vix ſæculares de ſortilegijs nunc cognoſcant. Et quamquam lex *eorum §. nullius. C. de maleſic.* vt ibi interpretatur Bartholus, accuſationi ſubijci nolit eos, qui magicis artibus morbos à corporibus; imbres, grandines, ventos, à frugibus innocenter auerterint: contra tamen canones hæc eſſe laqueos, & inſidias antiqui hoſtis, atque illicita docent. *c. illos.* 26. *q.* 2. *c. ex tuorum. c. fin. X. de ſortil.* clericum ſortilegū degradatione, laicum anathemate puniunt. *c. admoneant.* 26. *q.* 7. tametſi d. *§.* nullus, propter verbum *innocenter* adhibita, & quia in priori parte de ijs agit, qui & ſcientia magica nocent; videri poteſt per antitheſim agere de ijs, qui per ignorantiam malis remedia quæſierint: ideoque ſingulariter agere de ruſticis, quaſi innocenter ea adhibentibus. quare c. 2. *X. de ſortileg.* ille qui bono zelo, & ſimpliciter, non per dæmonis inuocationem, ſed per aſtrolabij inſpectionem de furto quæſiuit, non

3. Cum hæreſim ſapit ſortilegiū, ſolus Eccleſiaſticus cognoſcit.

4. De his qui mala arcēt per magiā; aut per ignorantiam eam exercent.

pœnâ quidem ordinariâ punitus eſt: ſed per annum dumtaxat ab altari remotus: cum aliâs eſſe degradandus. *c. ſiquis Epiſcopus c. quicumque in fin. d. q.* 5. (vbi de ſacerdotibus etiam ſacrificio & miſſa *de Requiem* pro viuis abutentibus.) Et Leo Imperator *in l.* 1. *C. de theſaur. l.* 10. non admiſit theſaurum quæri adhibitis ſceleratis ſacrificijs, aut qualibet arte legibus odioſa, & Eccleſia orationes, ieiunia, eleëmoſynas, exorciſmos, ac cætera Eccleſiaſticę diſciplinæ munimina adhiberi mandat. *c. ſi per ſortiarias.* 33. *q.* 1. de quibus Leſſius *de Iuſt. lib.* 2. *c.* 44. *dub.* 5. adeo quidem, vt viri pij, & eruditi ſcrupulum patiantur in amotione ſignorum per maleficos poſitorum. quibus reſpondet; *ibid. dub.* 6. vt quidem maleficio maleficium tollere non liceat; ſed induſtriâ naturali, nullatenus miſcendo ſe pacto magico, nec dæmonem prouocando ad aliquem actum; ſed expectando ceſſationem, ſeu priuationem actus. De maleficis, veneficis, diuinatoribus, chiromanticis; aſtrologis, ſtrijgibus, lamijs, alijſque quæ eo pertinent, vide latiſſimè differentem Delrium in Diſquiſitionibus magicis. *Fragoſum in Regim. reip. l.* 2. *diſp.* 4. *§.* 6, 7. 8. 9. 10. 11. 12.

5. Exorciſmi &c.

6. An ſigna maleficij liceat amouere?

CAPVT LVII.

De ſacrilegio.

AD mixti fori crimina referri etiam ſolet ſacrilegium. *Diana p.* 1. *t.* 2. *reſol.* 81. *Fragoſ. vbi ſ. §.* 5. *num.* 10. quippe quod ab vtroque iure pœnis vindicatur; quas vterque Iudex poteſt imponere: & coram vtroque Iudice ſacrilegi poſſunt conueniri. *c. cum ſit. X. de for. compet.* committitur in perſonas, & in res Eccleſiaſticas. *c. ſicut.* 17. *q.* 4. in perſonas commiſſum ipſo iure punitur anathemate. *c. ſi quis ſua-*

1. Mixti fori.

2. Variæ pœnæ.

ſu adente. eod. quoad res, ferenda ſententia. *c. conqueſtus. X. de for. compet.* addit c. attendendum. 17. *q.* 4. infamiam, carcerem, exilium, deportationem. ſed vt hæc ab Eccleſiaſticis infligantur non vbique obtinuit; ſed ferè vt vterque Iudex

3. Vterque imponit ſuas.

procedat ſecundum modum ſuæ iuriſdictionis: nec alterum impediat. *l. placet. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* ſi tamen ad pecuniariam aut ſimilem tantum pœnam concludatur, inre prænentioni eſſet locns: ſed mores non vbique præuentioni locum faciunt. etſi canonicarum pœnarum irrogationem admittere debeant, vt cum legalibus compatibilium. imo *in c. fælicis. §. per hoc de pænit. in 6.* Cardinalem offendentes grauibus pœnis puniuntur, nec tantum Iudici ſæculari, vt legales pœnas irroget, inſuper permittitur; ſed &, niſi fecerit, locns interdicitur. Sacrilegum etiamque coitum cum moniali punit vterque Iudex: ſecundum pœnas canonicas, & legales. *Ceuallos de cog. per viol. p. 2. q. 90.* Vide quæ diximus ſupra *c. 33. n. 15. & ſeqq.*

CAPVT LXVIII.

De feſtorum violatione.

FErias indicit Princeps; feſta proponit Eccleſia. huius decreta etiam iuuat Princeps. vt Leo *in Nouel. ſua* 54. edicit. *vt dominicis diebus omnes ab operibus vacent.* feſtos etiam enumerat Comnenus Imp. *conſt. 2. de fer.* dicitur etiam Conſtantinus voluiſſe diem veneris à iudicijs habere vacationem. *Hiſt. trip. c. 9.* quæ feſta inſtituerit Eccleſia, canoneſque eo ſpectantes, & imprimis Paſchæ diem latè refert P. Greg. *Toloſ. in Syntag. Iur. can. l. 1. tit. 19.*

1. Mixti fori habetur.

Feſtorum dierum violationem edictum 20. Septemb. 1607. Principum Belgij facit mixti fori. quod & mores fere paſſim receperunt. in Concilio autē Aurelianenſi III. *can. 28.* de feſtorum violatione dicitur, *non in laici diſtrictione, ſed in ſacerdotis caſtigatione conſiſtat qualiter emendari debeat.* adeoque ad Epiſcopum pertinent ſuper feſtis ordinationes, relaxationes, diſpenſationes (quas neque ſæcularis Iudex poſſit impedire. *Diana p. 4. t. 1. r. 94.*) & *can.* 29. ad Epiſcopum ſpectare, vt diſpiciat quam correctionem mereatur, qui cum armis (ea erat reuerentia maiornm) miſſæ interfuerit. & *in Concilio Matiſconenſi c. 1.* monentur violatores diei dominici timere punitionem Dei in futnro, Epiſcopi in ſæculo præſenti. vt ea res antiquitus fuerit priuatiuè iuriſdictionis Eccleſiaſticæ.

4. Olim ſolius Eccleſiæ.

Solent ferè violatores feſtorum mulctis pecuniarijs corrigi. nam ius mulctæ etiam penes Iudicem Eccleſiaſticum eſt. *c. ſtatuimus. 16. quaſt. 1. c. quiſquis. 17. quaſt. 4. c. presbyteri. X. de pænit. c. poſtulaſti. X. de Iudæis. c. 2. X. de priuileg. Auth. vt cleric. apud. propr. Iud. in V. emendari per Eccleſiaſticam mulctam. Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 20.*

3. Quæ fere pœnæ hodie? mulcta; ſed in pias cauſas vertendæ.

ſed non ſibi Epiſcopus de peccato alieno commodum accipit. *c. Epiſcopus. 16. quaſt. 6.* & diſertè prohibetur, ne pro corrigendis criminibus pecuniariam pœnam ſibi applicet. *c. cognouimus & ſeq. d. q. 6.* & Concilium Trid. *ſeſſ. 23. c. 3.* mulctas eo ipſo, quo exactæ fuerint, pijs locis iubet aſſignari. Principum autem edictnm in ſententijs illas exprimi. ne regium fiſcnm imitari videantur. qui cum veteres annonas non præſtet, mnlctarū compendijs ſtipēdia ſupplet. & cū ſimiliter Epiſcopi Officiarijs ſuis ſubſidia laborū tribuere teneātur; *c. charitatē. 12. q. 2.* (*iuſtum namque eſt*, inquit, *vt illi cōſequantur ſtipendiū, qui pro tempore ſuum reperiuntur commodare obſequium.*) & dotes alicubi ſint tenues; ſtipendij loco partem mulctarnm Promotoribus promittūt. Vrbanus VIII. feſtis ad ennmerata in ſua conſtitutione *de qua egi-*

videntur ſpectare, in quo non conſideratur proprietas, ſed poſſeſſio; nec potentia, nec paupertas; ideoque generaliter manet æquitas aliqua miſerabilibus perſonis impendenda; quæ non communicetur omnibus alijs. *Vide citatos à Diana p.1. t.2.reſ.*117. vnde & à Concilio *Trid. ſ.7.c.*14. *ſ.*14. *c.*5. cauſę miſerabilium perſonarum etiam extra caſum ſpolij conſiderantur aduerſus clericos exemptos.

2. Quæſtio dotis vt ad iudicem Eccleſ. ſpectare poſſit?

Porro de quæſtione dotis, an fori ſit Eccleſiaſtici, paucis diximus *in Iur. pont. nou. anal. tit. de fer. comp. n.* 18. & quidem ſi agatur de dote inter laicos ſimpliciter conſtituenda, cognitionem ſæcularem faciunt Cōcordata Brabantiæ. *§. non poterit.* de illa autem, vel donatione propter nuptias lucranda, vel perdenda acceſſoriè, cum principaliter actum eſt de diuortio; quæſtionem faciūt Eccleſiaſticam eadem concordata. *§. de dote.* quin & bonorum diuiſionem, ex prorogatione expreſſa partium, eiuſdem qui cognouit de diuortio. *§. de diuiſ.* eiuſque itidem cognitionem de alimentis lite diuortij pendente. *§. de aliment.*

3. Contra ſtupratores?

omniumque curiarum Eccleſiaſticarum praxis obtinet, vt ſtupratores condemnent ducere ſtupratas, vel dotare. Et ſanè non ex legibus; ſed ſacris literis deſcendit defloratæ dotatio. *Exod. c.* 22. quas ſequuntur canones. *c.*1. *X. de adult. & ſtup.* quemadmodum & Trid. *ſ.*26. *c.*6. *de mat.* raptorem obligat raptam liberrati reſtitutam, atque volentem, ducere, & dotare: nolentem autem; dotare: qualis actio non eſt legibus prodita: nec olim à prætore data. imo raptę matrimonium leges non admittunt: & mulctant nubentem bonis per leges ei delatis. *Auth. de rapt. mulier. §. vnic. verſ. ſancimus.* vt & Lætus introitus Brabantiæ *art.* 26. raptæ bona, ſi cum raptore manſerit, Principi applicat. Sed quod de raptoris bonis raptæ pro parte applicandis traditur *in l. vnic. C. de rapt.* in terminis non ſatis in vſu eſſe creditur. ſed magis defloratæ, raptæue dotatio. *iuxta c.*1. *X. de adult. d. c.*6. *ſeſſ.*24. *Trident.* & mitigatio *d. l. vnic. Sanches de matrim. lib.* 7. *d.* 12. *num.*27.

4. Huiuſmodi dotatio non ex legibus, ſed canonibus.

5. Non agendo ſub nomine damnorum.

Enimuero ſub nomine damnorum, & intereſſe propoſita quæſtio; durius ſonat, quam vt aliquibus videatur ea deferri poſſe ad cognitionem Eccleſiaſticam. Vt tractat Annæus *Robert. rer. iudicat. lib.*3. *c.*5. de eo, qui ſuper fœdere matrimoniali ad tribunal Eccleſiaſticum vocatus, & cum alia contrahere interim vetitus, ſpreto Eccleſiæ interdicto, cum alia contraxerat; quem ſuper damnis & intereſſe negat coram eodem Iudice conueniri; tametſi ille contemptum canonicis pœnis vindicare poſſit.

6. Nec aduerſus hæredem.

Sed quid ſi conuentus ſuper fœdere matrimonij promiſſi, poſt longam moram, & litem diem obeat? non eſt dubitandum, quin iudicium peragi debeat, vbi cæptum eſt: ſi, quæ prætendit ſponſalia aut matrimonialia promiſſa, pergat petere defunctum declarari ijs obligatum fuiſſe, eatenus enim eſt cauſa matrimonialis, quam ad ſolos Iudices Eccleſiaſticos ſpectare aſſerit Concilium *Trid. ſ.*24. *de ſacram. mat. can.*12. cum anathemate contrariæ doctrinæ.

7. Niſi in cōſequentiam obligationis ſpiritualis.

Sed cum ſubſequenter petitur declarari defunctum in mora explendi promiſſa deceſſiſſe, obligatumque ea propter illum tunc, & ſurrogatum nunc eius hæredem, ad ſuccedaneam dotationem, ſeu eius quod intereſt, reparationem, delicatis auribus excipitur quæſtio; & *ex d. canone.*12. *Trid.* quouſque de obligatione promiſſi matrimonialis quæritur, non poteſt eſſe dubium, quin cognitio ſit eccleſiaſtica: quò etiam ſpectat an obligatio fuerit perſonalis, & extincta cum perſona, an realis, & ad hæredes tranſlata.

Et vero rectè dicit Chopin. *de*

ri in foro Eccleſiaſtico: ſed ſi fecerit mentionem promiſſi matrimonialis, eoque defunctum obligatum contenderit declarari, & obligationem in hæredes transfuſam eſſe; ratio euincit, vt de eo Eccleſiaſticus cognoſcere poſſit. Eſt enim non tantum acceſſoria, & incidens hæc quæſtio; ſed tanquam effectus in cauſa ſua contenta in principali, & fluens ex quæſtione quæ ad ſolos Eccleſiaſticos cognoſcenda ſpectat. *d. can.* 12.

Siquidem, inſtituendo actionem per modũ ſyllogiſmi legalis, oportet vt actrix concludat ex ijs præmiſſis, quæ ſpectant ad obligationem fœderis matrimonialis promiſſi: ſi ergo ſæcularis de præmiſſis cognoſcere non poteſt; quomodo ſtatuet de concluſione? ſi non de cauſa audire poteſt; quomodo decernet de effectu? ſi non de antecedente inquirere; quomodo conſtituet de conſequente? quomodo de hærede decernet; ſi non poſſit diſquirere, an defuncti obligatio fuerit perſonalis, cum perſona extincta; an ad hæredem tranſlata? ſaltem quoad ſuccedaneam dotationem, & quidem ex ſacris canonibus aduerſus leges? ſi non poſſit cognoſcere quãta ſit obligatio; quomodo ſtatuet quãta ſit actio; quanta debeat eſſe condemnatio? nam quando ipſa in coniugem ductio ceſſat, ſuccedanea dotatio maior & minor eſſe poteſt ex ſeductionis & promiſſionis diſparitate: quidam enim coram miniſtris Eccleſiæ; quidam pluries repetitis vicibus; quidam ſanguine; quidam atramento ſe obligant; quidam verbis tantum; quidam cum copula & infamia; quidam ſecretò, ſine iactura: horum omnium diſpar obligatio diſparitatem facit condemnationis: quam quis rectè infliget, cuius de illa non ſit notio? aut ſi id faciat Eccleſiaſticus Iudex; quomodo non de damnis ſtatuet? dum enim ſic contenditur; venitur ad impoſſibile, aut contradictorium. Itaque admittendum eſt in conſequentiam acceſſoriè, & incidenter, ſeu ex influxu cauſæ ſpiritualis Eccleſiaſticum cognoſcere poſſe de effectu inde fluente, & dependente: ſtatuẽdo de ſuccedanea dote, & reparatione: quamuis ſub figura damnorum, quæ ciuilis cauſæ ſonum præ ſe ferunt; in verbis appareat offenſa; vbi ratio & iura rem ſatis tribuunt. Et ſic Senatus Brabantiæ iudicauit anno 1633. pro C. V. D. contra hæredes C. V. H. eos in petita caſſatione aduerſus concluſionem, vt ſupra, per illam capta, non fuiſſe receptibiles: ordinando tamen, ſi quid nomine damnorum adiudicandum cenſeretur, eius taxa ad ſuos Iudices remitteretur. *Vide Ceuallos de cog. per viol. p.* 2. *q.* 30. cum *in c. olim X. de iniur.* de expenſis & damnis iudicatum non tantum ſit; ſed & illorum taxatione.

Sic & ſpurio adulterino alimenta debita tantum per canones, vt coram Eccleſiaſtico peti poſſint, ratio pietatis facit. ob quam huiuſmodi cõdictiones canones concedunt. quamuis Ceuallos ne mixti quidem fori velit eſſe; ſed priuatiuè ſæcularis. *de cog. per viol p.* 2. *q.* 53. ſæcularis ergo Iudex contra leges ſæculares iudicare cogetur ſecundùm iura Eccleſiaſtica; quorum cura negabitur iudici Eccleſiaſtico? id negatur apud Dianam *p.* 1. *t.* 2. *reſ.* 85. 12. Spurius adulterinus vbi alimenta petat?

Quare & dos ſi principaliter, & non in conſequentiam ſacri fœderis initi, vel promiſſi petatur; videbitur ad ſæculares ſpectare: niſi & alia circumſtantia veſtiatur. v. g. priuilegio miſerabilium perſonarum: quæ ad Principem trahi vetantur; alios ſi maluerint eo trahunt. *l. vn. C. quando Imp. inter pupillos viduas vel alias miſerabiles perſonas cognoſcat.* quo exemplo ad Iudicem Eccleſiaſticum aduerſarios etiam laicos trahunt. *c. ſuper quibuſdam. X. de verb.* 13. An de ſola dote agere, titulo miſerabilis, coram Eccleſia poſſit ſtuprata?

verb. ſignif. c. ex parte B. de for. comp. qnamquam illud reſtringi videatur *in c ex tenore. X. eod.* vbi vidua de hæreditate non permittitur quæſtionem ad forum Eccleſiaſticum dedncere, niſi forte in materia bonornm dotalium, & ſpolij; non proprietatis feudi. *d. c. ex parte B.* niſi laicus ius dicere negligat. *ibid. in fin.* eoque magis ſi ipſe infert ininriam. *c. ex literis, X. de pignor.* vt quidam contendunt. quamquam potius tunc ad illius ſuperiorem oporteat appellare. ex quo inferri videtur non omnibus viduis id tribui; ſed oppreſſis tantum; & in bonis dotalibus, de quibus agi in d.c. ex parte apparet, ex ſupplemento eiuſdem decretalis. eoque pleniorem eſſe recurſum ad Principem. *ex d. l. vn.* vbi eo ipſo quod viduæ ſint, & pupilli, *vt alijs,* inquit, *fortunæ iniuriâ miſerabilibus* ille competit. *vt Azo ibid. in ſum.* quamuis alij arbitrarium id Iudici faciunt. qua ex cauſa dos puellæ panperi teſtamento legata etiam principaliter peti poſſe coram Eccleſiaſtico creditur *à citatis per Dian. p. 1. t. 2. reſ.* 116. denique ſuper dotis ſemel conſtitutæ reſtitutione viduæ quaſi ſpoliatæ acceſſus ad Iudicem Eccleſiaſticum ex *d. c. ex parte B.* procliuior videtur. etiamſi conſtituta eſſet ſuper feudo. *vt ibid.* quod in ſpolio non conſideratur; ſed ad petitorium ſpectat. *ibid. in fin.* etſi ibidem ratio generalis aſſumatur, quod ad Iudicem Eccleſiaſticum ſpectet viduas defenſare. at vero id inter alios non admitteretur. *c. cauſam* quæ inter. X. *qui filij ſint legit.* & quamuis hodie ratio miſerabilis fortunæ vix recipiatur; vt cauſæ ciuiles ob illam ad forum eccleſiaſticum ſpectent; tamen Concilium *Trid. ſeſſ. 7. c. 14. ſeſſ. 14. c. 5.* quoad exemptos meminit, & & alias *ſ. 24. c. 20.* & olim ex ea cauſas virginũ defloratarũ, quamuis citra matrimonij promiſſa, vt dotentur, eò fuiſſe deductas exiſtimo: eamque praxim eo in genere multis in locis non immerito retineri. cui accedit, quod canones & ſacræ literæ hanc actionem conceſſerint. *vt mox diximus.*

14. Et an omnibus viduis & oppreſſis coram Eccleſiâ agere conceſſum?

15. Ad miſerabiles ſpectant expoſititij, & de illis Eccleſia ſtatuit, & cognoſcit.

Ad miſerabiles etiã perſonas, & ad cognitionem Eccleſiaſticam pertinent expoſititij, quod non tantum canones *c. vn. X. de infant. expoſ. c. ſi expoſitus diſt.* 87. de illis ſtatuerint, vt etiam eccleſiaſtica cenſura defendantur; ſicut omnes miſerabiles perſonæ: de quibus agit diſtinctio 87. ſed etiam leges ciuiles illorum curam eſſe penes Epiſcopos voluerint. *l. nemini. C. de Epiſc. in fin.* imo valdè ſingulariter in expoſitorum collectione ſolet Eccleſia interuenire, vt notauit Cuiac. *in Paratit. C. de infant. expoſit. ad legem 2. eo tit. in Codice,* inquit, *Theodoſiano additur, ſi modo teſtis Epiſcopalis ſubſcriptio fuerit ſubſecuta. vt Anianus interpretetur, ſi conteſtationi de collectione eius Epiſcopus & clerici ſubſcripſerint. quamobrem eam legem ſignificari opinor Vaſenſis Concilij c. 9. his verbis; vt ſecundùm ſtatuta pijſſimorum Auguſtorum, quiſquis expoſitum colligit, Eccleſia conteſtetur.* Ita Cuiacius. eodem reſpicit d. c. ſi *expoſitus in verb. conteſtationis ponat epiſtolam. Vt ſi is, qui collectus eſt intra decem dies quæſitus, agnituſque non fuerit ſecurus habeat, qui collegit. ſanè qui poſt d. tempus calumniator extiterit, vt homicida Eccleſiaſtica diſtrictione damnabitur, ſicut Patrum ſanxit authoritas. Ita Concil. Arelat. II. c.* 32. Jam pridem ergo Patres Eccleſiæ pro ſua anthoritate de expoſitis cognouerunt, ſanxeruntque. Sunt enim expoſiti de his, quos connectit titulus Codicis *de Epiſcopali audientia, & de diuerſis capitulis, quæ ad ius, curamque & reuerentiam pontificalem pertinent:* eaque de canſa ſub hoc tit. ponitur d. lex nemini; cum alioquin iterum ponatur in *tit. C. de infant. expoſ. l. ſancimus.*

16. Præſertim cum de illis alendis ex eleemoſynis, ærario, aut bonis pauperum agitur.

Quare non tantum de baptiſmo expoſitorum ſtatuitur in Synodo *Prouinciali Mechlin.* 1608. *tit. 3. cap. 4. Antuerp. 1609. t. 3. c. 9.* ſed etiam de

illis

illis alendis rectè Eccleſiaſtici cognoſcunt. præſertim inter curatores diuerſarum menſarum S. Spiritus, ſeu pauperum. v.g. quando in loco vno baptizati ſunt, in altero expoſiti; & contenditur à quo alendi ſint, quam quæſtionem excuſſimus *in Conſult. de infantib. expoſ. conſ.* 1. etiam ab origine Eccleſiæ Chriſtianæ eam cognouiſſe de eleēmoſinis, & bonis pauperum, demonſtrauimus *in Conſult can. de paroch. conſ. 8.* ſed ſi deficientibus bonis pauperum agendum eſt cum Communitatibus vrbium aut pagorum; difficile volent coram Iudice Eccleſiaſtico citari. quamuis olim Concilium *Turon.* II. *c.* 5. deſuper ſtatuerit, vt ſinguli pagi ſuos pauperes alerent. & tamen eiuſdem ſit cognoſcere, cujus ſit ſtatuere.

CAPVT LXI.

De executione vltimarum voluntatum.

1. Quatenus mixti fori. AD vtriuſque Iudicis officium ſpectare executionem vltimarum voluntatum, multis vtriuſque iuris locis probant Martha *& ab eo citati. de iuriſdict. p. 2. c. 10. & nos diximus in Iur. pont. nou. anal. de religioſ. dom. & in Conſult. can. eod. tit. conſ.* 2: non quoad hæredes tantum, ſed etiam tertios. *Diana p. 5. t. 1. reſ.* 24. Ceuallos tamen *de cog. per viol. p. 2. q.* 84. *vbi num.* 12. relicti omnino pij executionem ad ſolum Iudicem Eccleſiaſticum ſpectare ait. *ex c. decernimus. X. de iudic.* & is fuit vſus primitiuæ Eccleſiæ. *vt latè deduximus in Conſult. can. de paroch. conſult.* 8.

2. Quid ſi nullum ſit in ea relictum pium? Sed, an Epiſcopo competat, ſi voluntas vltima nihil contineat in rem piam relictum? negat Ceuallos: *de cog. per viam viol. p. 2. q.* 21. ait Diana: *p. 3. t. 1. reſ.* 21. verius videtur non competere. niſi ex officio cogendo ipſum executorem. quia id ipſum pium eſt. *arg. l.* 1. *C. de ſacroſ. Eccl.* vt verò ſic quiſque legatarius hæredem conueniat, nimis aduerſatur communi iuris regulæ, ſine alia juris expreſſione; qua liceat ab illâ recedere. inde in Brabantia natum, vt ex cõſuetudine plurium ſæculorum, & concordatis Eccleſiaſticus cognoſcat de validitate vltimæ voluntatis; & ſtatuat effectum ſortiri debére generaliter: legatarius tamen coram eo legatum non exigat ab hærede ſingulatim: apud Britannos de ſola ſolemnitate teſtamenti Eccleſiaſticus cognoſcit: vt videre eſt apud Argentræum *ad Conſuet. Brit. ad art.* apud maiores noſtros amplius fuiſſe conſtat ex ijs; quæ diximus *in Iur. pont. nou. anal. de for. comp.*

CAPVT LXII.

De iuris vtriuſque differentijs, & legibus; ſeu de canonibus in iudicando ſequendis.

OCcaſione negociorum mixti fori, ſeu aliàs rectè hac de re diſſertatur. 1. Eccleſiaſticus vt canones ſequatur. Iudex Eccleſiaſticus in ſuo foro cauſas iudicat ſecundùm ius canonicum, ſi qua à clericis pecunia petatur, aut illi petant. *c. quod clerici. X. de for. compet.* vt & in cauſis ſpiritualibus inter quoſcumque, ſeu vbi de peccato agitur. *c. fin. de praſcript.* ſeu ijs quæ ad iuriſdictionem Eccleſiæ pertinent. aut etiam de profanis in terris Patrimonij Eccleſiæ. addunt alij, etiam vbi Ordinarius iuriſdictionem poſſidet temporalem. *c.* 1. *X. de conſt. & ibi DD.* quomodo & *in c. romana. de appell. in* 6. *§. debet. in huiuſmodi cauſis ab Ordinario appellatur ad Metropolitanũ*: ſed rectè excipit; *niſi fortè de cõſuetudine, aut priuilegio, ſiue iure alio ſpeciali, ſit appellandũ ad aliũ.* qua de re dicimus *j. l.* 2. 2. Non in feudis &c.

 c. 79.

c.79. admittit ergo conſuetudinem contrariam d.c. romana. neque abeſt æquitas. ſicut enim in feudis iura feudalia debent ſeruari; in emphyteuticis pacta & iura emphyteutica; in cenſualibus cenſualia, & generatim dicitur ſtylum curiæ in qua agitur eſſe ſeruandum quoad litis ordinatoria; iura autem partium & rerum quoad deciſoria: *Vide citatos à Marth. de iur.p.4.c. 175.* ita iniquum non eſt in deciſorijs ſeruari iura rebus impreſſa per ſtatuta, aut conſuetudines, de rebus ſtatuentes, ſeu in rem conceptas. præſertim antequam ad clericum peruenirent: ex cuius perſona ius publicum non videatur mutandum. v.g. agatur familiæ erciſcundæ coram Eccleſiaſtico; per ſtatuta aut conſuetudinem detur prærogatiua maſculis, ſeu primogenitis; æquum erit eam ſeruandam decernere Eccleſiaſticum: quamuis clericus ſit ſecundo genitus, aut de moniali agatur. Vt hæc mutari non debeant, quamuis cohæres ad clerum tranſierit, & canones æqualitatem ſeruent. etſi Martha *de iur.p.4.caſ.155.& alibi* non ita ſentiat.

3. Rerum cōmunia conſtituta non mutanda propter perſonas clericorum.

Sed nato ex ſecundo matrimonio clerico, an mater dare poſſit plus quam filijs prioris matrimonij? eò quòd clerico ſic quæſitum non deriuetur in patrem; quæ eſt cauſa iuris prohibentis nato ex ſecundis nuptijs plus dari, quam primis; *late Marth. de iuriſdict. p.4. caſ.* 181. cuius ratio, vt ait lex *cum dotem l. 57.D. ad leg. falc. in pleriſque ita obſeruatur, vt, omiſſa interpoſiti, capientis perſona ſpectetur.* quo etiam citat l. Sulpitius *alias incip. mulier. D. de donat. inter vir. & vxor. l. profectitia. in verb. ſi fortè. D. de iur. dot. l. ſi de vxor. D. de donat. inter vir. l. cogi. §. ſi qui. D. ad Trebell.* quæ etiam adduci poſſunt ad hoc, vt manus mortuæ legata bona immobilia capere poſſint, vbi alias id vetitum eſt, vt mox in laicos diſtrahant. *de quo diximus in Iur. pont. nou. anal. tit. de for. comp. num.19.*

§. I.

De æquitate canonica.

1. Seruanda in iure expreſſa, non imaginaria.

NEque facilè æquitas canonica, quam ſibi quis in iure diſertè non expreſſam imaginatur, admittenda eſt. vt indulgentior æquo eſt Martha. *p. 4. caſ. 162. Vide ſ. l.2.c.1. num.* 19. In quartis tamen Trebellianica & legitima ſimul detrahendis, magis vbique canones ſeruari, quàm leges diximus *in Iur. pont. nou. anal. de teſtam. in fin.* fortè ratione pietatis. quare & Falcidia non detrahitur à legatis pijs in ſpecie relictis, etiam in patrimonij defectu. quod & extendit Martha ad legatum quantitatis. Ita tamen vt hæres ab alijs legatis detrahat integram falcidiam. niſi deprehendatur teſtator expreſsè, non per coniecturas, detractionem vetuiſſe. *idem de iur. p. 4.caſ. 180.* Rectius Martha *de iur. p. 4.caſ. 161.* ait exceptionem non numeratæ pecuniæ, ſeu potius non in rem verſæ, non excludi biennio. ſicut mores obtinent.

§. II.

De differentijs iuris canonici & ciuilis.

1. Quando ſequendi canones?

EAs multi congeſſerunt: præclariores igitur mox ad ſuas cauſas contrahemus, ſummatim iterum præmonentes, tunc ſequi oportere canones; quoties de peccato, & animarum ſalute, de materia ſpirituali, de perſonis rebuſue Eccleſiaſticis agetur: adeo vt neque exceptio rei à ſæculari iudicatæ obtineat, *in ijs quæ animarum periculum inducunt;* inquit c.fin. *§. fin. de except. in 6.* in materijs autem

autem adiaphoris ius vnumquodque in ſuo foro fuerit retinendum.

2. *In rebus ſpiritualibus, & perſonis Eccleſiaſticis.* Quare quæ paſſim Iuſtinianus *C. de Epiſc. & cler. & in nouell. de ſanctiſſ. Epiſ. C. de ſacroſ. Eccleſ. atque alibi* conſtituit, canonibus cedere debent. *c. bene. diſt.* 96. *c. Eccleſia S. Mariæ. x. de conſtitut.*

Adeoque forma eligendi Epiſcopi à Iuſtiniano prodita *in nouell. de ſanctiſſ. Epiſ.* §. 1. cedit formæ inductæ per c. ea propter. *X. de elect.* forma ordinandorum, præficiendorúmne clericorum *in d. nouella.* §. *clericos.* cedit ijs, quæ in tit. *de ætat. qualit. & ordin præfic. in* X. *6. & clem.*

3. *Alienatione bonorum Eccleſiæ.* Jn alienationibus bonorum Eccleſiæ ſolemnitas præſcripta *in authent. hoc ius correctum. C. de ſacroſ. Eccleſ.* non ſeruatur; ſed quam canones *tit. de reb. Eccleſ.* X. *in 6. clem. & extrauag.* induxerunt.

4. *Oppignoratione.* Res etiam ſacra pignori per leges dari non poteſt: *l. 1. §. eam rem. D. quæ res pignori. l. 3. C. eod.* quod permittit c. 1. X. *de pignor. ſed iuſtiſſima,* inquit, *neceſſitate exigente.*

5. *Expenſis non deducendis à decimis.* De decimis non deducuntur expenſæ: c. 7. 22. 26. X. *de decim.* cum iure ciuili aliàs deducantur. *l. 7. D. ſol. mat. l. 1. C. de fruct.*

6. *Immunitate Eccleſiæ.* Immunitas Eccleſiarum etiam pluribus conceditur *in c. 6. X. de immunit. Eccleſiar.* quam in nouell. 17. *de mandat. princip. §. neque autem homicidis.* & nunc ſeruanda eſt conſtitutio Gregorij XIV. ſuper hac re lata, derogatoria omnium contrariorum priuilegiorum.

7. *Cùm agitur de peccato.* Pro peccato vitando nudum pactum *per c. 1. & 2. X. de pact.* cogitur ſponſor ſeruare: iure autem ciuili ex illo non datur actio. *l. 7. §. ad eam. D. de pact.*

8. *Iuramento:* Iuramentum pacto filiæ, de non ſuccedendo patri, adiectum c. quãuis *de pact. in 6.* iubet ſeruari: quãuis iure ciuili eſſet inualidum. *l. pactum dotale. C. de collat.* & alienatio rei dotalis iure ciuili irrita ex iuramento vires non adipiſcitur: canonico ſeruari iubetur. *c. cum contingat. X. de iureiur.* cuius ratio cùm ſit generalis, etiam tollit generalem diſpoſitionem l. non dubium. *C. de leg.* quæ habebat, vt quod per leges eſt vetitũ neque iuramẽto firmaretur.

Iuramento, quod in alterius præiudiciũ vergit, vires negat *d. c. cum contingat.* adeoque quãuis iure ciuili quis poſſit cuiuſlibet iudicis alieni iuriſdictionẽ prorogare: *l. penult. C. de pact.* non poteſt clericus laici, etiam iuratus. *c. ſi diligenti. X. de foro comp.* quippe totius Ordinis priuilegiũ eſt, exẽptio clericorum; vt ſinguli nequeant Ordini præiudicare. 9. *Iuriſdictione per clericum prorogatione.*

Sed neque diſciplina eccleſiæ permittit, vt clericus alteri iudici, quãnis Eccleſiaſtico, ſine Epiſcopi licẽtia ſe ſubijciat. *c. ſignif. X. de foro cõp.* cùm per leges liceat cuique in alienum iudicem conſentire. *l. 1. & 2. D. de iudic.* Vnde nec domini temporales à clericis exigere poſſunt iuramẽtum fidelitatis, niſi tẽporalia ab eis poſſideant. *c. nimis. X. de iureiur.* 10. *Diſciplina Eccleſiæ.*

Peccati etiã ratione, præſcriptio cum mala fide nunquam procedit: *c. fin. 5. & 17. X. de præſcript. c. 2. de reg. iur. in 6.* cũ ſecus iure ciuili obtineat. *l. 3. 4. 6. C. de præſcript. 30. vel 40. annor.* 11. *Præſcriptione.*

Hæredes ex delicto in quantũ ad eos peruenit, ne ex ſcelere ditẽtur, duntaxat tenẽtur: *ex l. vnic. C. ex delict. defunct.* ſed *ex c. fin. de ſepult.* ij ad quos bona peruenerunt, *iuxta facultates,* inquit *c. in literis. X. de delator. ſuas condignè ſatisfaciant, vt ſic à peccato valeant liberari:* ſeu potius peccati pœna. *vt gloſſ. ibid.* 12. *Hæredum ex delicto obligatione.*

Remedium recuperandæ poſſeſſionis non datur aduerſus tertium: *l. 7. D. de vi & vi armat.* datur *in c. 18. X. de reſtit. ſpoliator.* quod ibidem Panormitanus etiam à Judice ſæculari ſeruandum ait, quaſi de animæ ſalute agatur. 13. *Remedio recuperãdæ aduerſus tertium.*

Ratio etiã materiæ ſpiritualis facit, vt canones legibus præualeant. ſic, etſi ſponſus renunciare ſponſalibus poſſit: *per l. 1. C de ſponſ.* nõ poſſit per canones: *c. 7. & 10. X. de ſponſ. c. 7. X. de ſponſ. impub.* è cõtrario ſpõſa 14. *Materia ſpirituali: ſponſalibus repudiandis:*

15. Seu alias ſoluendis: alteri nubere poteſt, ſi ſponſus in remotas regiones diſceſſerit: *c.5.X. de ſponſal.* quæ *per legem 2. C. de repud.* triennium exſpectare iubetur.

16. Matrimonio ex dicto vnius impediendo: Iterum, etſi dicto vnius non creditur *per legem 5. C. de teſtib.* in matrimonio impediendo creditur: *in c. præterea. X. de ſponſal.* Ibidemque ex
17. Affinitate ex illicita copula: illicito coitu affinitatis impedimentum naſcitur: leges autem ad affinitatem iuſtas nuptias exigunt. *l.4. §. affines. D. de grad. affinit.*

18. Metu in matrimonio: Rurſus *in c.14 & 15. X. de deſponſal. & c.2. X. de eo qui duxit.* matrimonium metu contractum ipſo iure eſt irritum: ſecus quam per legem. *22. D. de ritu nuptiar.*

19. Litis pendentia illud non irritante: Litis etiam pendentia matrimonium non irritat: *c.18. X. de ſponſal.* cum alias leges in litigioſis id non admittant. *l.2. & 3. C. de litigioſ.*

20. Matrimonio coram alio quam Ordinario non cognoſcendo nec incidenter quidem: Status quæſtio, ſi in petitionem hæreditatis inciderit, tractatur coram eodem iudice: *l.3. C. de iud. l.3. C. de ord. iudic.* ſecus de quæſtione matrimonij ſtatutum *in c.3. X. de ord. cognition. c.5. X qui filij ſint legitimi.* quia iudex ſæcularis non eſt capax quæſtionis ſpiritualis. & fortè hodie per reſeruationem cauſarum matrimonialium factam à Concilio *Trid. ſ.24. c.20.* etiamſi coram alio Eccleſiaſtico, quam Ordinario loci, inciderit; Ordinario relinquenda eſt.

21. De ſecundis nuptiis non niſi de morte coniugis conſtat cō trahendis: Mulier, cuius maritus per multos annos abeſt, alteri poteſt nubere, ſi non conſtat eum viuere: *per l. 6. D. de diuort. nouell. 22. §. ſed etiam. auth. ſed hodie. C. de repud* ſed canones certum mortis nuncium exigunt. *c.19. X. de ſponſal.*

22. Conſenſu parentum: Ad nuptias *per l.2. D. de ritu nuptiar.* requiritur non tantùm conſenſus contrahentium; ſed etiam eorum quorum in poteſtate ſunt: canonibus ſufficit conſenſus contrahentium, etiam filiorumfamilias. *c.6. X. de rapt. Concilium Trid. ſeſſ. 24. de reform. mat. c. 1.* In puberibus
23. In puberibus iudicādis. matrimonij capacitatem ex ætate leges æſtimant: canones ex habitu corporis. *c.3. X. de deſponſat. impub.*

Matrimonium per leges tantùm contrahunt liberi; *l.3. C. de inceſt. & inutil. nupt.* contubernium ſerui: per canones matrimonij, aliorumque ſacramentorum capaces ſunt ſerui, non minùs quàm liberi. *tot. tit. X. de coniug. ſeruor.* 24. Seruorum matrimonijs:

Liberi ex damnato concubitu per leges non debent ali: *auth. ex complexu. C. de inceſt.* debent per canones. *c.5. X. de eo qui duxit in mat. quam polluit.* 25. Liberis ex damnato coitu alendis:

Per leges in tertio gradu matrimonium permittitur: *l.3. D. de ritu nuptiar.* per canones prohibitio eſt vſque ad gradum quartum. *c. non debet. X. de conſang. & affinit.* præterquam quòd diuerſimodè computentur gradus per leges & canones. Vt *in d.l.3.* fratrum filij computatione legali ſunt in tertio gradu; ſed canonica in ſecundo. 26. Gradibus cognationum in ordine ad matrimonium.

Inter affines non eſt ciuilis prohibitio, niſi inter illos, qui parentum liberorumue loco ſunt, reuerentiæ naturalis ergo: *§. affinitat. inſtit. de nupt.* canonica eadem eſt in affinitate, quæ in conſanguinitate. *c. non debet. X. de conſanguin* niſi quod per Concilium *Trid. de reform. mat. ſeſſ.24 c.4* ad ſecundum gradum reſtringitur, quæ orta ſit ex fornicatione. 27. Affinitate etiā licita:

Frigidi *in c. laudabilem. X. de frigid.* ſi de frigiditate ſatis conſtat, ſtatim poſſunt ſeparari, alioquin per triēnium debent experiri: *per nouell. de nupt. §. diſtrahantur. verſ. per occaſionem*, indiſtinctè triennium exſpectant 28. Frigiditate:

Filij ex matrimonio in facie Eccleſiæ publicè contracto nati, per canones ſunt legitimi: *c.2 & 14. X. qui filij ſint legitimi.* per leges non item, ſi quod ſubſit impedimentum. *l.3. C. ſolut. matrim.* 29. Legitimitate.

Filij illegitimè nati per ſubſequens matrimonium legitimantur, etiam ſine dotalibus inſtrumentis: *c. tanta. X. qui filij ſint legitimi.* at illa leges 30. Legitimatione per ſubſequens matrimonium:

ges requirunt. *l.10. C. de natural. liber.*

Nati ex concubina per ſubſequens matrimonium legitimantur dũtaxat per *§.* tribus *in Auth. Quib. modis natural.* per *d.c.tanta.* etiam ex ſcorto nati,aliave; cum qua tamen potuerit contrahi matrimonium: adeoque non ex incæſtu, aut adulterio nati *d.c.tanta.*

31. Diuortio: Diuortium non fit per canones niſi propter fornicationem: *c.2.X. de diuort.* ex pluribus cauſis permittit lex *S.C.de repud*

32. Secundis nuptiis: Poſt mortem mariti nubere ſtatim poteſt vidua: *per c.vlt. & penult. X. de ſecund. nupt.* per leges 1. & 2. *eod.* non intra annum luctus.

33. Raptarum nuptiis: Raptus non dicitur in ſponſa: *c. cum ſuam.cum ſeq.X.de raptor.* & raptam ſponſam poteſt ducere raptor: *ibid. Concilium Trid de reform. matr. c. 6.* non per legem *vnic. C.de raptor.*

34. Vſuris. Vſuræ iure diuino & canonico ſunt prohibitæ: *tot.tit.de vſur.* per leges toleratæ, ſaltem ſecundum moderamen *l. eos. C. de vſur.* Vt & antichreſis *l 33.D.de pignoratit.action.* ſed non æque eam canones admittunt: *c.1.2.8.16.X. de vſur.* niſi in modum reditus. *Vt diximus in Conſult. can. de pignor.conſ.2.*

35. Quæ in ſuo quæque foro obtineant? pœnæ mixti fori. Nunc videamus diſſidia quędam vtriuſque iuris, quæ ſingula in ſuo foro obtineant. atque imprimis in criminibus mixti fori diuerſæ ſunt pœnæ; quæ per leges & canones imponantur; quas ſinguli iudices ſecundum ſuam iuriſdictionem infligunt.

Ita quidem vterque iudex hic canones, ille leges ſeruat, vbi diſſident: quod ſi quid, per canones non eſt determinatum, quod eſt deciſum per leges, non dedignantur illi has imitari, & contra. adeoque & Iudex Eccleſiaſticus cauſas his in caſibus ſecundum leges debet decidere *c.1 & 2.X. de nou.oper. nunc.* ita vt & tunc obtineat maximè c.1. X, *de ſent.& re iudic. ſententia,* inquit, *contra leges, canoneſve lata non poteſt ſubſiſtere.*

Itaque reſcriptum Pontificium, etſi non habeat clauſulam *ſi preces veritate nitantur,* ſuſtinetur tamen: quoniam tacitè intelligitur: *c.2.X. de reſcript.* lex *final.C.de diuerſ.reſcript.* eam exprimi condicionem præcipit. 36. Reſcriptorũ forma ſi preces veritate nitantur.

Iudex delegatus per canones poteſt ſententiam ſuam exequi: *c.querenti. 26. X. de offic.de leg.* per leges non poteſt.quia familiam armatam non habet, & functus officio Iudex eſſe deſinit. *l. Iud x. D.de re iudic.* & exequitur Ordinarius ſententiam. *l.8.& l.9.§.fin.C.de Epiſc audient.* 37. Executio delegati:

Arbitri plures ſimul cognoſcere & pronunciare debent, per legem *ſi in tres.D. de arbit.* per c.2.*eod. in 6.* arbitri duo procedunt, tertio per contumaciam abſente. 38. Pronunciatio arbitrorum:

Rei criminum adulterij, & leuiorum ab Epiſcopo diſpenſari poſſunt: *c.4.§ fin,X. de iudic.* Judex autem ſæcularis, quem nouell. 82. *de iudicib.§.oportet,* non vult lege eſſe clementiorem, non poteſt delicti gratiam facere. *l.1.§. 1.D.ad Tertullian.* 39. Diſpēſatio reorum:

Qui non eſt ſoluendo bonis per leges cedit: *l.1.& tot.tit. C. qui bonis cedere poſſint* cap.Odoardus.X.*de ſolution.* clericum excipit. 40. Ceſſio bonorum:

Teſtes per canones monendi ſunt ad ferendum teſtimonium, non cogendi; indiſtinctè ſunt per leges congendi. *c. 3. X. de teſtib. cogen.* 41. Coactio teſtium:

Carcer per leges dumtaxat ad cuſtodiam inuentus eſt: per canones etiam ad pœnam. *c.quamuis. de pœnis in 6.* etſi in foro ſæculari etiam canonum inuentio hodie recipiatur. 42. Carcer.

De teſtamentis, vt coram parocho & duobus teſtibus valeant traditur in *c.cum eſſes.X.de teſtam.* præſertim in cauſa pia: *ex c.relatum.ibid.* etiam voluntate in alterius dumtaxat diſpoſitionem commiſſa; *ex c. 13.eod.* & vt liberis duæ quartæ de- 43. Forma teſtamenti:

beantur: *ex c. Rainutius. & c. Rainaldus eod.* multæ aliter diſponunt leges: ſed ferè mores ſunt canones amplexi, niſi quod videatur edictum anni 1611. *art.* 12. etiam ſeruandum hic in cauſis pijs, ſub pœna nullitatis: ex interpre Concilij ſecreti *relata in Edictorum Brabantiæ p.* 1. *l.* 4. *t.* 1. *c.* 10. *&* 18. ſed quæ aliquibus non ſatis videtur excuſſa. *ſecundùm d. c. relatum.*

44 Præſumptio matrimonij. Per cohabitationem, quamuis decennalem, non æquè præſumitur matrimonium: *per c.* 2. *X. de clandeſt. deſponſ. c. aliter.* 30. *q.* 5. *c.* 11. *X. de præſumpt.* quam per leg. *in liberas. D. de ritu nupt.* quia canones cæremonias præſcribunt in contrahendis matrimonijs, quas non exigunt leges: & hæ, vt libera cenſeatur concubina, proteſtationem exigunt: *l.* 3. *D. de concub.* quorum defectu quaſi in pœnam hinc leges matrimoniũ, inde canones, quaſi concubinatũ, interpretantur. *gloſſ. in d. l. in libero.* viuis vtique illis qui ſic cohabitant: nam vbi quæretur de legitimis natalibus liberorum, propius erit vt in eorum fauorem aliter ferè ſentiendum ſit. *Vt diximus in Iur. Pont. nou. anal. de paroch. n.* 8.

45. Crimina mixti fori. In mixti fori criminibus, *vt mox diximus*, vterque Iudex imponit pœnas ſui fori: in quibus canones legeſque, pro ſuo fine & modo iuriſdictionis, diuerſimodè variantur. quin imo nonnunquam idem crimen per leges non eſt, quod per canones. vt *in c. quiſquis.* §. *ſimiliter.* 17. *q.* 4. etiam ſacrilegium dicitur rei non ſacræ è loco ſacro ablatio; quæ *in l.* 5. *D. Ad leg. Iul. pecul.* pro furto duntaxat habetur.

46. Sportulæ, clericorum. De ſportulis clericorum, vt immunes ſint, tam leges § *ſportularum. in Auth. de ſanctiſſ. Epiſc. & Auth. vt ſine quoquo ſuffrag. in princ.* quam canones *c. cum ab omni. X. de vit. & hon. cler. c. ſtatutum.* §. *inſuper. de Reſcript. in* 6. diuerſimodè ſanxerunt. etſi in neutris tribunalibus per mores admodùm ſeruentur.

CAPVT LXIII.

De promulgatione canonum, conſtitutionumque Romæ tantùm publicatarum.

Differentiæ iuris canonici & ciuilis vbi ſunt, regulariter eſt vtrumque in ſuo foro ſeruandum: vbi alterum non diſpoſuit, ex altero ſupplendum. vt mox diximus.

Quid de legis publicatione ſentiendum? an vt noua publicationem prouincialem requirit per leges, receptum dicetur per canones? vt ad obſeruantiam lex obliget, ſcientia opus eſt: eaque naturali iure ſufficit. vnde dicitur *Luca* 12. quod *ſeruus, qui cognouit voluntatem domini, & non fecerit, plagis vapulabit multis.* iure ciuili publicatione opus eſt in prouincia; etiam hodie, quãnis parua. diximus *in Conſult. can. conſult.* 1. *de Conſt.* iure etiam canonum *ex c.* 1. *&* 2. *de operis nou. nunt.* id obtinere: quamuis non æquè de ſtylo, qui ferè inſerit clauſulam, vt publicatio Romæ facta obliget vbique. *in Iur. pont. anal. tit. de conſtitut.* Sed oportet poteſtatem diſtinguere à voluntate. nec quiſquam controuertere poteſt, quin Pontifex Romanus, cùm ſupra omnes leges ſit, publicatione prouinciali non teneatur. vtpote quæ legis tantum ſit humanæ. dummodo curetur, vt leges ipſius in notitiam veniãt, eamque ſuam eſſe voluntatem ſignificet, vt ſeruentur: quamuis non niſi Romę publicatę. & ſic refert Diana *p.* 7. *t.* 1. *reſ.* 28. *n.* 8. Vrbani VIII. conſtitutionem 5. Ian. 1641. decernentem in his quæ contra libertatem Eccleſiæ ſunt, non ſuffragari prætextum, *quod bulla non fuerint publicata, vel vſu recepta, vel contrario vſu, etiam decennali, & quantumlibet longiſſimo vt prætenditur, abrogata.* Quam in rem facere poteſt, quod omnes per orbem

1. Publicatio, ne prouinciali opus iure ciuili.

2. An & canonico ? valde inſpiciendæ ſunt nouæ conſtitutiones, quæ ſecus ſæpius ſtatuunt.

orbem Epiſcopi ſingulis biennijs, triennijs, quinquennijs, aut decennijs teneantur venire ad limina Apoſtolorum; & Pontifici referre ſtatum ſuæ diœceſis; ibidemque intelligere quæ interim conſtitutiones emanarint; & porrò ad ſuorum notitiam, & obſeruantiam ducere. *ſi decreta*, inquit Nicolaus I. *Romanorum Pontificum non habetis; de neglectu atque incuria eſtis arguendi: ſi verò habetis, & non obſeruatis, de temeritate eſtis corripiendi, & increpandi. c. ſi decreta, diſt. 20. c. 1. X. de poſtul. prælat. c. quod dicitis. d.* 16. non arguit de publicatione prouinciali neglecta, ſed de ignorantia, contemptu, temeritate. quare nec teneri ad eam Epiſcopos, niſi id videatur neceſſariũ, ait Diana *p. 6. t. 6. Miſc. reſ.* 38. 39. nec

3. Cur ita ſæpius decernatur? immeritò Papa omittit mandare prouincialem publicationem, propter contentiones in multis vbique regnis, & prouincijs alioquin ſubeundas. quamuis idem Nicolaus I. tunc fieri iuſſerit quorundam tunc decretorum. vt in Annalibus Eccleſ. Baronij reperitur. Et ſecundùm hanc diſtinctionem oportet excipere *c. in iſtis. §. leges. diſt.* 4. & quæ Baldus *in c. cognoſcentes. n.* 5. *de conſtit. & Vaſques quæſt. illuſt. l.* 1. *c.* 44. habent de lege non obligante, quamuis ſcientes, extra publicationem: & *d. c.* 1. *X. de poſtul. prælat. c. cum infirmitas. X. de pœnit. & remiſſ. d. c. quod dicitis.* ex quibus Aufre. *in not. ad deciſ.* 444. *Capell.* publicationem prouincialem per canones etiam deſiderari contendit. & quamuis de obligatione ſtyli Romani extra illam Curiam multa dici poſſint: nemo tamen dixerit; quando Pontifex expreſsè volũtatem eſſe ſuam declarat, vt Romæ publicatæ conſtitutiones vbique ligent; voluntate ſua ſic expreſſa fruſtrari defectu poteſtatis: nec iterum in poteſtate eſſe ſubditorum, huiuſmodi obligationem non recipiendo, tollere. id eſſe enim contra fidem docet Diana *p.* 7. *t.* 1 *reſ.* 28. *n.* 5. vbi noſtram quæſtionem exactè tractat. Cæterum quod leges dicuntur tum demum firmari, cum moribus vtentium approbantur: *d. §. leges.* non ad poteſtatem, ſed ad patientiam, diſcretionemque legiſlatoris pertinet: vt vel toleret, vel permittat, vel ob duritiam quarundam prouinciarum, vel quod exiſtimet non omnibus morbis eadem remedia conuenire; eorumque diſcretionem prouincialibus Epiſcopis relinquat. 4. Quatenus leges dicantur non obligare niſi receptæ.

Vnde & Pius IV. *conſt. incip. ſicut* declarauit Conciliũ Trid. cepiſſe vbique terrarũ obligare Kalend. Martij 1564. nec prouincialem publicationem exegit. quamuis nec tetigerit parochialem illam, quæ ab eodem Concilio requiritur *in c.* 1. *de reform. mat. ſeſſ.* 24. & Bulla *cœnæ §. inſuper* mãdat quidem omnibus Epiſcopis illius publicationem; ſed inquit, *vt omnia eo magis fiant notoria:* & mox ante, vt Bulla valuis S. Ioan. Lateranenſis, & S. Petri appẽderetur, quo ad omnium notitiam perueniat. & verò finis cuiuſcumque publicationis inuentæ eſt, vt lex innoteſcat: adeoque quod Salgado *de ſupplicat. ad ſanctiſſimum p.* 1. *c.* 2. *ſect.* 3. de Tridentino *& de reg. protect. l.* 1. *c.* 1. *præl.* 5. *n.* 322. *Ceuall. comm. opin. q.* 903. de legibus generatim, aliique alibi contendunt, ſine receptione leges non obligare; accipiendum eſt ſecundùm tolerantiam, aut diſcretionem, quam diximus. Vt etiam ſufficiat legi aliquoties fuiſſe contrauentum. *Couarr. variar. reſol. l.* 2. *c.* 16. *n.* 6. *§.* 5. 5. Conc. Trid. vt obligarit ſine tali publicatione 6. Quid de bulla cœnæ?

Ex ea, quam diximus diſcretione, deueniri poteſt in hanc quæſtionem; an cum iure aut ratione conſiſtat vſus aut conſtitutio, ne quid Roma allatum in prouincia publicetur, executionive mandetur; niſi examinatum, admiſſumque? cauſam dat lex *reſcripta. & tot. tit. C. de precib. Imperat. offerend. lex fin. C. ſi aduerſus ius vel vtil. publ. Nouell. vt nulli Iud. §. hoc vero Nouell. de mandat. princ. §. deinde competens. c. reſcripta. c. dicenti.* 7. An ſtatui poſſit, ne quid Romæ allatum publicetur ſine examine?

dicenti.25.q.2.& ſeqq.c.ſi quando.X. de reſcript. c. cum teneamur. X. de præb. in verbis ſi non poteſt ei ſine ſcandalo prouideri, æquanimiter ſuſtinemus, ſi mandatum noſtrum non duxeris exequendum, & qualitatem *negocij, pro quo tibi ſcribitur, diligenter conſiderans, aut mandatum noſtrum reuerenter adimpleas, aut per literas tuas quare adimplere non poßis, rationabilem cauſam prætendas. quia patienter ſuſtinebimus, ſi non feceris quod praua nobis fuerit inſinuatione ſuggeſtum.*

8. Non tâtum in priuatorum reſcriptis, ſed & conſtitutionibus.

Neque hæc difficultatem patiuntur in priuatorum reſcriptis, quæ ſæpe malis artibus impetrantur. & in ipſo Concilio Trid. admittitur. *d.ſeſſ.22. c.5.6 ſeſſ.7. c.5.6.* conſtitutiones autem aut leges, quę præuia conſultatione, aut deliberatione matura feruntur, *l.8.C.de legib.* non facile cadunt in eandem cauſam. *Diana p.4 t.1.reſ.9.* ſed tamen & aliquando cadunt. *c.ſtatutum. de reſcript. in 6.* vbi & cõſtitutio non vtilis reuocatur. aliæque multæ ſunt leges priorum derogatoriæ. & præſertim aliquid innâtum eſſe poteſt illis, quæ non motu proprio, ſed ad aliquorum ſuggeſtionem feruntur. *c.ad Apoſtolica.verſ.* & *ſi Eccleſ.de ſent. in 6.c.nos ſi competenter, 2. q. 7. c. neniam 35. q. 9.* & *in l.1. D.de appell.* ab eo etiam dicitur appellari, quod Princeps pro iure reſcripſerit, ſed cauſatur deceptionem. in qua eadem fundari debet appellatio ab executione legis, quam admittit Rebuffus *ad Concordata. tit. de conſtitut. in princ.* & agimus de lege Principis ſuperiorem non habentis; à qua appellari non poſſit. *l. ſi qua pœna. 244. in fin. D. de verb. ſignif.* alioquin ad ſuperiorem poteſt appellari ab eo, quod inferior ſtatuerit. ergo etſi rarius, ſi quando tamen quippiam eſt aduerſus vtilitatem publicam; ratio eadem permittit, quæ in reſcriptis, ne adimpleatur interim, dum Pontifex conſulitur. *iuxta d.c.ſi quando. Diana reſ.mor.tract. 10, reſ.6. tract.20.reſ.6.* ſic Philippus II. aduerſus Bullam Pij V. de cenſibus dicitur ſupplicaſſe Papæ: neque ſecundam iuſſionem ſuperueniſſe. adeoque dum maius apparet malum in executione, quam dilatione, hæc admittenda videtur. vt quod in priuatis expreſſum eſt; in publicis, dum eadem cauſa eſt, per interpretationem recipiatur. *l. nam vt ait. D. de legib.* tanquam rationi legis inſit, vt ſpecies generi. *Guttier. practicar. quæſt. l.3. q.17. n.75. & ſeqq.* quod iam tum eo clarius recipiendum eſt, quando iam non generaliter, vt leges ſolent, *l. iura D. de legib.* ſed in perſonam ſingularem ſtatuitur: vt tunc vel appellare, vel ſupplicare liceat. *Bart. in l.fin. l.3. D.de appell. recipien. Scaccias de appell.q. 17, lim.20. n.4. & ſeqq.*

9. Ad ſuggeſtionem aliquorum latis.

10. Aduerſus publicam vtilitatem.

11. Vt in ſupplicatione Philippi II. aduerſus Conſtitutionem Pij V. de cenſibus.

12. Præſertim ſi in perſonam ſingularem diriguntur.

13. Bulla cœnæ admittit ſupplicationes proſecutas.

Et verò addunt quidam Bullam cœnæ §. 14. ſupplicationes diſertè admittere: dum impedientes curſus literarum Apoſtolicarum excommunicantur, ſub *eo prætextu*, inquit, *quod ad nos, vt ipſi dicunt, informandos ſupplicauerint, aut ſupplicari fecerint, nisi ſupplicationes huiuſmodi coram nobis & Sede Apoſtolica legitimè proſequantur.* Si ergo non prætextus eſt, ſed vera proſecutio, & rationabilis cauſa, *iuxta d.c.ſi quando*, non obtinet Bulla cœnæ. quod verum eſt: ſed non continuò ſequitur id licere, quicquid illa non perſtringit excommunicatione. uam argumentum à contrario, aut exceptione, amplius comprehendere non poteſt, quam oppoſitum regulæ, aut ſui contrarij: & ſic non aliud; quam ſupplicantem & proſequentem non incidere in excommunicationem Bullæ.

14. Non prætextum ſupplicationum.

Cœterum bene dicit Reginaldus *in prax. for. pœn. de abſolut. ab excomm. Bullæ cœnæ.n.343.* prætextum Pontifici ſupplicandi maximè honeſtum. quod ea ratione ſæcularis poteſtas ſe recognoſcit inferiorem Eccleſiaſtica. loquitur verò de caſu, quo recurſus fit ad laicos. at verò canones, qui ſupra proferuntur

tut, & c. 5. *& 6. Conc. Trid. ſ. 22.* pro examine literarum Apoſtolicarum in prouincia faciendo; de Eccleſiaſticis Judicibus agunt; non de laicis: & porro quando hic prætextus ſumitur, & nunquam Papæ ſupplicatur; verba rebus non conſonant quod ſi ipſi laici ſententias, & decreta Eccleſiæ, quin & cenſuras, *caſſant, mortificant, & annihilant*; nec ratio Reginaldi, nec c. vnam *ſanctam de maioritat. & obed. in extrauag. com.* inueniri poteſt in huiuſmodi verbis, aut factis.

15. Iudex iudicans ſecundũ conſtitutionem in prouincia non publicatam ex d. clauſula vim non facit.

Igitur ſi Iudex eccleſiaſticus iudicauerit ſecundùm conſtitutionẽ aliquam Apoſtolicam, quæ clauſulam habet, vt Romæ publicata vbique liget; quamuis illa nõ ſit publicata in prouincia; an vim facere cẽſebitur? & quidẽ id videbitur fortè ijs, qui recurſibus locum faciunt. exiſtimandum eſt tamẽ ſecundùm ea quæ diximus, non facere. donec forte ſupplicatum ſit animo proſequendi. Quòd ſi de veritate conſtitutionis dubitetur, conſulendus eſt Papa; iuxta procemiũ Boniſac. VIII. ad Sextum Decretalium. vbi Vanquel alioquin Iudicem puniendum ait; etſi ſententia Papa non cõſulto lata valeat. & ſic hodie Vrbanus VIII. ſtatuit fidẽ in iudicio vel extra tribuendam nõ eſſe Declarationibus Cardinalium Concilij Trid. interpretum indies prodeuntibus: niſi ſub ſigillo Præfecti Cõgreg. & ſignatura ſecretarij authẽtice exhibeantur. quod omnino neceſſarium eſt cùm à iure diſſonant: ſi enim cõſonant, non æquè. quia tum *iuris cõmunis* (etiam Tridentini) *authoritate procedere videtur*; inquit c. paſtoralis, *X. de fide inſtrument.*

16. Sed hæc quæri non poſſunt in negocijs fidei.

Sed neque materię fidei applicari poteſt, ne quid Romà allatum ſine placito regio publicetur. alioquin incurritur in illud argumẽtũ quod in Actis Apoſtolorũ de Judæis refertur; *nonne præcipiẽdo præcepimus vobis, ne doceretis in nomine iſto?* & reſpõſum Apoſtolorum; *ſi iuſtum eſt vos audire magis quam Deum, iudicate.*

Quid dicemus de Eccleſiaſticis cõuentibus, & decretis? Synodos diœceſanas & prouinciales agi iubent canones de fide ſeruãda, de moribus reformãdis, virtutibus firmãdis, vitijs eradicandis; in illis tractari, deliberari, decerni. *Conc. Trid. ſ. 24. c. 2.* finis ille igitur vt habeatur; publicatione decretorũ opus eſt; ſcriptione, ſeu impreſſione: vt ad omnium, quibus opus eſt, manus deferantur. cui porro cõmiſſum eſt aliquid aut permiſſum; omnia illa cenſentur permiſſa, ſine quibus illud obtineri non poteſt. *l. 2. D. de iuriſd. om. iud. & quæ ibid. citat gloſſa in v. non potuit.* Immunitas ergo Eccleſiæ offenditur, vbi conueniendi venia peti, decretà *authorizari*, publicãdi facultas, imprimendi licẽtia à Principe poſtulari iubetur. extra quam typographi politiæ cauſa eam petere debeant. In Actis *Apoſtolorum c. 15.* refertur Congregatio primi Concilij eccleſię. vbi Apoſtoli conuenerũt, decreuerunt, publicarũt; & in prouincias literas miſerunt, nondum typis repertis; ſine authoritate Imperatoris Romani, aut Præſidis prouinciæ. erant tamẽ illi ipſi, qui aiunt ſubditam eſſe oportere omnem animam ſublimiori poteſtati, obedire Regi tanquam præcellenti, & Ducibus quaſi ab eo miſſis. Sic & Mileti Paulus Synodum egit *Act. c. 20.* mittens Epheſum vocauit maiores natu eccleſiæ: & monuit, vt gregis curã haberent, in quo Spiritus ſanctus eos poſuit Epiſcopos. conuocauit ergo Epiſcopos. Sed hodierni quidã cẽſores alios mores, quã Apoſtolicos, habent, nec ſatis expendunt, quod ibidem dicitur Spiritum S. poſuiſſe Epiſcopos, *regere Eccl. Dei*: nõ Reges aut Principes. ad regimen pertinet Synodos agere, decernere, publicare, ſeu voce, ſeu ſcriptis, ſeu typis, nec authorizatio exigitur, vt ab illis. Neque tantùm Valẽtinianus *Sacerdotes*, inquit, *& Epiſcopi, quibus hæc curæ ſunt, ſeorſum per ſe, vbicũque ipſis libitũ fuerit, cõueniant. Ruffi. l. 1. c. 2. Hiſt.* ſed & Religionis cauſa etiam per ethni-

17. Synodis nõ tantùm œcumenicis, ſed etiam prouincialibus aut diœceſanis.

18. Eòque & ſine alia venia Synodum indicere & conuenire licet.

19. Et regere Eccleſiam opere, verbo, ſcripto.

caſ leges coire licitum fuit. *l. 1. D. de colleg.* modò fraus abeſſet; *l. 2. D. de extraordinar. crim.* & ſtatuere: dum *ne quid ex publica lege corrumpatur. l. 3. D. de colleg illicit.*

21. Quid ſi diſertè contra ſtatuatur? Quid ergo, ſi ea Principis mens eſſe declaretur, ne quid ſecus fiat; an omitti Synodos, an hæc venia peti, & minui immunitatẽ Eccleſiæ conueniet? exiſtimo; ſi apparere nolit vllatenus ſerenior aura, ex duobus malis minimum eſſe eligendum; & ne fructus Synodorum pereant, aliquatenus cedendum tempeſtati: potius hæc etiam, vt fieri permittantur, quæ iure diuino competunt, atque etiam ab ijs, quibus non competit, poſtulandum; quam omittendo tam ſalutaria Eccleſiæ inſtituta, *corrumpere ſubſtantiam propter accidens.* Verbis tamen ita conceptis, vt non profiteamur quæ Eccleſiæ ſeu Dei ſunt, deferre Cæſari, quaſi propria, ſeu illi debita. profeſſio ſiquidem talis eſſe poſſet, vt aliquid de fide decerperet. quod nullo metu committendum eſt. verbis congruis facta poſtulatio ſuſtinetur; ſi & alibi & prece & precio licet impetrare, vt Chriſtum colere, vt orthodoxam fidem ſeruare, vt gemere ſub cruce permittatur. Eadem dicenda ſunt vbi Principes non permittunt Epiſcopos, aliosue ſuperiores exteros dioceſim ſuam, aut ſubditos viſitare, ſine ſuo beneplacito. Hîc autem quo-

22. Vt hic permiſſum. niam Concilium Tridentinum, quod certis temporibus & dioceſanas & prouinciales Synodos celebrari, viſitationeſque fieri iubet, receptum à Rege eſt ſine illa exceptione; dicendum eſt & coire poſſe prælatos; & quæ in rem Eccleſiæ ſunt ſtatuere, & exequi. *l. 2. D. de Iuriſd. omn. Iud. c. præterea. X. de off. deleg.* ſed ſi ipſi Synodos celebrarent, quoties à Concilio præſcribitur; nō viderētur res inſolita, & quę egeret hac controuerſia. Sed malignitas temporũ multa excuſat. alioquin ſerio eas præcipit Concilium: & in primitiua Eccleſia nihil magis frequẽtabatur. Cæterum ſi qua alia ad officium Epiſcopale ſpectantia fieri prohibeantur ſine placito Principum viſitatio, correctio, iudicatio, aliaque id genus; non tantum libertatem Eccleſiæ offendi; ſed & Ius diuinum, grauiter docet Binsfeldius. *tract. de Iniur. c. olim. q. 5. & ſeqq.* liber non eſt qui eget alterius beneplacito. *c. de multa. X. de præbend.* officium ſuum exequi viſitando, iudicando, conuocando, decernendo, corrigendo Epiſcopis iure diuino incumbit. quatenus ergo per talem beneplaciti requiſitionẽ illud impeditur, diuino iuri obuiari ſeuerè contendit Binsfeldius. quatenus autem id tantum intenditur, vt exteri præmoneãtur, ne quid contra priuilegia, iuraque patrię ab eis per ignorantiam morum, cum ſequela grauium incommodorum, committatur; non eadem quidem cauſa eſt; ſi non authoritatiuè procedatur: finis quidem iuri diuino talis non aduerſatur, ſed modus tamen canonicis ſanctionibus.

CAPVT LXIV.

De brachio ſæculari.

IMplorandum illud ſæpius. ſcilicet cũ manu forti, ac militari eſt opus. maiori quã habeat Epiſcopus; aut vbi nō habet. de illius inuocatione & pręſtatione plura dicemus *ſ. l. 4.* hic quæramus; an brachium præſtandum ſit, cum appellatum eſt? quamuis Iudex ſęcularis requiſitus ab Eccleſiaſtico, non poſſit exigere inſpectionem actorũ, quaſi de iuſtitia ſententiæ cogniturus: ſi tamen appellatũ ſit, non immerito brachiũ denegat. *Ceuallos de cog. per viol. p. 2. q. 151.* & vis fiet, ſi cẽſuræ ad obtinẽdũ brachiũ interponãtur. quod tamen hodie intelligendum eſt, à ſentẽtia definitiua, vel habẽte vim definitiuę, vel per hanc irreparabili: nō autem 1. An poſt appellationem præſtandum? merè

merè interlocutoria. *iuxta Conc. Trid. ſeſſ.24. c.10.* vel etiam quibus in caſibus idem Trid. prioreſque canones appellationem remouent. de quibus paſſim apud DD. *eundem Ceuallos de cog. per viol. & Salgado de protect.reg.* & ſupra *l.1.c.5. §.5.* per indicem tetigimus.

CAPVT LXV.

An conſuetudo immemorialis, præſcriptio, aut priuilegium aduerſus exemptionem cleri præualere poſſit?

1. Irrita conſuetudo quæ canonicis obuiat inſtitutis. NVllius momenti eſſe conſuetudinem quæ canonicis obuiat inſtitutis ait Innocentiæ III. *in c.ad noſtram X. de conſuet.* irritandam illam; quę diſrumperet neruum eccleſiaſticæ diſciplinæ: *in c.cum inter. ibid.* quæ redundat in grauamen Eccleſiaſticæ libertatis, tanquam prauitatem abolendam, Celeſtinus III. *in c.cum terra. X. de elect.* corruptelam

2. Inimica Eccleſiaſticæ libertatis &c. eſſe conſuetudinem immunitati Eccleſiaſticæ, non ſolum iure humano, ſed & diuino inductæ, contrariam, Bonif. VIII. *in c.quamquam de cenſ. in 6.* & disertè canonibus vt clerus de omni crimine conueniatur coram Iudice Eccleſiaſtico ſtatuentibus non debere ex aliqua conſuetudine præiudicium

3. Cleri exemptionis, generari, Lucius III. *in c. clerici. X.de iud.in v.etiamſi conſuetudo regia habeat, vt fratres à Iudicibus ſæcularibus iudicentur, Vide Dianam p.4.t.1.reſ. 10.reſ. 53.* quamuis alias poſſit conſuetudine acquiri iuriſdictio. *c. cum contingat.X. de for. comp.* etiam à clerico in laicum. *Dian.ibid.reſ.63.* quinimo

4. Peccata grauiora, quo diuturniora, Honorius III. *in c. nouerit. X. de ſent. excommun.* excommunicat omnes qui ſeruari fecerint ſtatuta edita, vel cõſuetudines introductas contra Eccleſiæ libertatem. & porro peccata, corruptelæ, & prauitates temporis antiquitate dicuntur non purgari; ſed tantò infeliciorem animam reddere, quantò diutius illam tennerint occupatam. *c.cum tanto.X. de conſuet.* præſcriptionem etiam valere iure non poſſe inde conficitur, quod bonam illa fidem requirat, quæ aduerſus huiuſmodi canonum damnationem induci non poteſt. 5. Corruptela non præſcribitur.

Quamuis enim conſuetudinis, vſuſque longæui non ſit vilis autoritas, tamen nec tanta eſt, vt aut rationem vincat, aut legem. *l.2. C. quæ ſit longa conſuet.* quippe ratio, quę conſuetudinem ſuaſit, cuſtodienda eſt. *l.1. ibid.* adeo vt vel iuri poſitiuo non debeat præiudicium generare, *niſi fuerit rationabilis, & legitimè ſit præſcripta.* Ita Greg. IX. *in d. c. cum tanto.* vbi iam ante naturali iuri quacumque conſuetudine, quæ dicenda eſt corruptela, dixerat non poſſe aliquatenus derogari. Itaque ſi conſideramus Eccleſiæ, & perſonatum Eccleſiaſticarum immunitatẽ vt Dei ordinatione, & canonicis ſanctionibus conſtitutam, vt loquitur Concilium *Trid. ſeſſ.25.c.20.* tanquam naturali iuri, ſeu diuino inductam, vt latè aſtruit Diana *p. 7.t.1.reſ.2.& multis ſeqq.* nulla poteſt dari conſuetudo, quæ aliquatenus ei poſſit derogare. *Diana ibid.reſ.18.* ſi autem conſideremus, vt iure poſitiuo inductam; neque tunc proderit conſuetudo; *niſi*, inquit Gregorius *fuerit rationabilis, & legitimè ſit præſcripta.* duo ergo hæc concurrant oportet. rationabilis eſſe non poteſt; quia canones, quos citauimus, damnant vt prauitatem: legitimè præſcripta eſſe non poteſt: bona quippe fide caret. vt diximus. vt etiam immemorialis conſuetudo aut præſcriptio non poſſit eſſe legitima. *c.1.de cõſuet.in 6.late Tuſcus v.libertas Eccl.concl.342.n.11.121.& multis ſeqq.* neruosè & breuiter Layman. *in Theol.mor.l.4.t.9.c.10.* &, vt de alijs ad prǽſcriptionem legitimam requiſitis, nihil dicatur, poſſeſſio cõtinua, pacifica, neque interrupta, quæ eſſe

6. Sed conſuetudo rationabilis.

7. Cur aduerſus Eccleſiæ libertatem non præſcribatur?

8. Non eſt rationabilis,

9. Non legitima,

10. Caret bona fide,

11. Pacifica poſſeſſione,

ſemper debet, hîc non aderit. dum quotannis in Bulla cœnæ tanto fragore, tot ſecuti ſummi Pontifices aduerſus illam conſueuerint detonare.

12. Neque tolerantia Pōtificis ſatis eſt.

Neque verò ex patientia Pontificis tacitum eius conſenſum inferri poſſe: qui quotannis cum tantis anathematiſmis diſſenſum ſuum declaret, ait *Layman.ibid. num.* 1. & quamuis de facto non vlterius progrediatur, credi poteſt id accidere vitandi ſcandali cauſa. *cum multa*, inquit Innoc.III.*in c.cum iam dudum X.de præb.per patientiam tolerentur, quæ ſi deducta fuerint in iudicium, exigente iuſtitia non debent tolerari. Tuſcus. v.libertas Eccleſiaſtica. concl.* 342. *n.* 117. *in fin.Layman.d.n.*1.*Vide j.n.*16.

13. Neque temporis antiquitas.

Jdemque dicendum eſt de antiquitate tēporis, dum dicitur quod vicem priuilegij obtineat. *l.* 1. *D.de aqua pluuia.* anathemata enim illa quotannis repetita nimium reſiſtunt eiuſmodi præſumpto priuilegio: quin & vero. ſed neque temporis antiquitas contra immunitatem iure ſancitam, cùm conſuetudinis reprobatione, præſumptionem facit priuilegij; niſi de hoc & conſtans fama probetur. *Dian.p.*4. *t.*1. *reſ* 62.

14. Quæ 100. annis vt ſummum acquirit vires priuilegij: ſed huic derogatur.

Nam & vero priuilegio derogatum eſſe (præterquam quod Tuſcus & ab eo citati exigant ſpecialem deſignationem; vt in c.dudum *X.de decim.* generalem allegationem negent prodeſſe; *n.*119. *& ſeqq.*) ſi verba attendamus, ſatis euidens eſt. tametſi verba quædam rigidiora poſt Greg.XIII.temporata eſſe dicat Malderus *in* 2.2.*quæſt.* 96. *art.*5. *§.priuilegium.* ita enim habet etiam Bulla Pauli V. quam citat Piaſcet. *in Prax. p.* 2. *c.* 1. *item excommunicamus.* & infra, *nec non qui Archiepiſcopos, Epiſcopos, alioſue ſuperiores & inferiores prælatos, & omnes alios quoſcumque Iudices Eccleſiaſticos ordinarios, quomodolibet hac de cauſa directè vel indirectè carcerando vel moleſtando eorum agentes, procuratores, vel familiares,*

15. Verba bullæ cœnæ.

nec non conſanguineos & affines impediunt, quo minus ſua iuriſdictione Eccleſiaſtica contra quoſcumque vtantur, ſecundùm quod canones & ſacra conſtitutiones Eccleſiaſtica, & decreta Conciliorum generalium, & præſertim Tridētini ſtatuunt: Item excommunicamus & anathematiſamus omnes & quoſcumque magiſtratus & Iudices, notarios, ſcribas, executores, & ſubexecutores quomodolibet ſe interponentes in cauſis capitalibus, ſeu criminalibus contra perſonas Eccleſiaſticas, illas proceſſando, banniendo, capiendo, ſeu ſententias contra illas proferendo, vel exequendo ſine ſpeciali, ſpecifica, & expreſſa huius S. Sedis Apoſtolica licentia. quique huiuſmodi licentiam ad perſonas, & caſus non expreſſos extendunt, vel alias illa perperam abutuntur, etiamſi talia committentes Conſiliarij, Senatores, Præſidentes, Cancellarij, Vicecancellarij, aut quouis alio nomine nuncupati, & infra, *non obſtantibus priuilegijs Apoſtolicis generalibus, & ſpecialibus ſupradictis, vel eorum alicui ſeu aliquibus alijs cuiuſcumque ordinis, ſtatus, vel conditionis, dignitatis, præeminentia fuerint, etiamſi vt præmittitur Pontificali, Imperiali, Regali, ſeu quauis Eccleſiaſtica & mundana præfulgeant dignitate, vel eorum regnis, prouincijs, ciuitatibus ſeu locis à prædicta Sede, ex quauis cauſa, etiam per viam contractus aut remunerationis, & ſub quauis alia forma, & tenore, & cum quibuſuis clauſulis etiam derogatorium derogatorijs conceſſis,* & infra, *nec non conſuetudinibus etiam immemorabilibus, ac præſcriptionibus quantumcumque longiſſimis, & alijs quibuſlibet obſeruantijs, ſcriptis vel non ſcriptis* &c. quæ verba ſanè ſufficere videntur omnino. *Tuſc. vbi ſup.n.* 123. vt nec recurſum ad Pontificem pro mentis interpretatione exigant. vt rectè Sayrus *apud Dianam p.*1.*t.*2.*reſ.*6. ſed aliunde interpretationis opportunitas inferri poſſe videtur, quod etſi verba ſint liquida; tolerantia ſit contraria, de qua dubitari poſſit conſenſumue ſignificet, an metum ſcandali. adeo vt Baunius *in Prax. ſua can. lib.* 2. *c.* 4. eiuſ-

16. Verba ſatis ſunt clara, ſed an tolerantia conſenſus argumentum ſatis præbeat?

eiuſmodi Pontificis tolerantiam non pro diſſimulatione, ſed conſenſu omnino accipiendam velit. *Car c'eſt de ſon deuoir*, inquit, *de s'oppoſer auecq courage, aux entrepriſes, qui ſe font contre l'Egliſe, & le immunités, de ceux, qui ſont en ſon ſeruice: s'il n'en dict mot; s'il faict ſemblant de n'en rien veoir; c'eſt vne marque, quoy que muette, toutesfois infallible, qu'il y conſent, qu'il y donne les mains, qu'il n'y repugne point. ſelon que porte la regle* 44. *du droict, au ſexte, qui tacet conſentire videtur.* Sed huic argumento valide reſpondet Diana *p.*7.*t.*1.*r.*18.*num.*5.*& ſeqq.* vbi & citat Bullam Vrbani VIII. 5. *Iun.* 1641. qua reprobat quaſcumque conſuetudines contra libertatem Eccleſiæ, etiam cum fama priuilegij.

17. Extentne contraria priuilegia? An autem ſint talia alicubi priuilegia, quærit idem Diana *d. reſ.*6. ſed de illis reſponderi non poteſt, niſi producantur. *c. porro. X. de priuileg.* de Gallia ait Bauniuſ; & teſtes citat pro Gallis exteros, qui nulla producunt: ſed potius, cum liquidos canones ſoluere non poſſunt, ne illos reos exiſtiment, ex pia præſumptione priuilegia extare credunt. vnum eſt Leonis X. *quod refert Chaſſanæus, & Boërius, vt citaui in Iur. Pont. nou. anal. de for. compet. n.*41. ſed & locale eſt; & de ijs agit, qui non ſunt in ſacris; & ſuper apoſtatis dumtaxat, per quatuor menſes in laico habitu incedentibus. vbi alia producta erunt, & cum derogatione Bullę cœnæ collata; ſequemur quod iubet d. c. porro *in verb. & ſecundum quod inueneris, ita obſerues.* Cœterum *d.n.*41. ita ſcripſi; *quamquam §.*15. *Bulla cœna priuilegia reuocet, tamen Nauar. loco ibi deſignato Gallos non facilè abſtenturos putat, ſine quod prætendant ea priuilegia remuneratoria eſſe; adeoque irreuocabilia; ſiue ſaltem immemorabilia, vt ceſſerint in iura regia. ſed hoc Papæ relinquendum. vt plura illic, alibique ſimilia. Interim quod Nauarr. citato c.* 27. *n.* 70. *Manual. de Gallis ſcribit, apud nos obtinet.* quid aliqui ſcribant, quid fiat, dixi. vt rectè accepit Diana *d.r.*6. Baunius autem *d.c.*4. duobus locis ait ſcripſiſſe me pro negatiua ſimpliciter: ſed aliud eſt, quid aſſerere; aliud aſſerentes referre. vt apud pſalmiſtam; *Dixit inſipiens; non eſt Deus*, atheiſmus inſipientis eſt; non pſalmiſtæ. video Pontificem *d. verſ. non obſtantibus* derogare priuilegijs ex quauis cauſa, etiam per viam contractus, aut remunerationis cõceſſis; ſcio habere plenitudinem poteſtatis: & negem derogare poſſe? etiam Principem ſæcularem poſſe ſcripſi *in Indice l.*3. *c.*1. *n.* 19. *&* 21. iuſtam quidem neceſſariamque cauſam exegi, in rebus ſæcularibus: in hac re Eccleſiaſtica, vt plenitudine poteſtatis Põtifex vtatur, iuſtam neceſſariamque cauſam ſubeſſe, quæ in ædificationem vergat, Pontificem hic præſupponere non dubitem. *Layman. ibid. n.*2. 18. Papa priuilegiis derogare poteſt, vt & Princeps iuxta de cauſa.

19. Quid in materia exemptionis, & libertatis Eccleſiaſticæ? Enimuero, vt fatear ingenuè, ſicut plures inſignes viri apud Dianam *p.*7.*t.*1.*r.*8.*n.r.*21.*n.*8. vſum priuilegiorum non audent damnare, ita dubius hæreo. dum non tantum video, præter annuam Bullæ pronuntiationem, nihil non tantum fieri; ſed etiam Reges, regioſque Iudices, notorios ex facto clericorum diſtrictores, illorum legatos, oratores, agentes, nec vitari, vt excommunicatos; ſed & fauoribus donari: & controuerti à claſſicis vndique authoribus *citatis à Diana d.t.*2.*reſp.*1. *latius p.*7.*t.*1.*r.*2.*& ſeqq. Layman, vbi ſup. c.*8. an exemptio cleri à iuriſdictione ſæculari, manet ex iure diuino, vel humano? & aliquos Principum Conſiliarios argumentari quaſi à pari; ſi Pontifex poteſt reuocare priuilegia Principibus conceſſa, quamuis ex cauſa oneroſa, & contractu; poſſe & Principes reuocare fori priuilegium clero à Principibus olim, vt illi aiunt, liberaliter cõceſſum. vt controuertitur apud Ceuallos *de cognit. per viam viol. præm. c.*6. *Vide Dianam* late

late p.7.t.1.reſ.8. qnamquam non attentis Principum priuilegijs magis Dei ordinatione, & canonicis ſanctionibus ſit exemptio conſtituta, vt loquitur *Trid.ſeſſ.25.c.20.* & docet Conar. *pract.quaeſt.c.31.* & quæ concedi poſſit à Papa, qnamuis inuitis Principibus. *Diana p.7.t.1.reſ.12.* adeoque per Principes non reuocabilis. *Tuſcus vbi ſup. n. 124.* Jterum, fieri poſſe aiunt vt cauſa reuocandi priuilegia non ſemper vergat in ædificationem; rationes temporum & locorum poſſe eſſe dinerſas, quæ diuerſa aliquando & contraria exigant: poſſe illis olim priuilegia exemptionis reſtrictiua conceſſa fuiſſe in ædificationem: ſicut & in corpore inris quoad clericos negociantes, delinquentes, coniugatos, non clericaliter veſtitos, reſtrictiones ſuperueniſſe reperiuntur. & nouiſſimè ſacroſanctum Concilium Tridentinum *ſ. 23. c.6. & alibi* iuſtis de cauſis notabiles reſtrictiones in ædificationem induxit: vt inferant fieri poſſe vt etiam rectè ihducantur reſtrictiones exemptionis clericalis, per priuilegia, ſeu immemorialem conſnetudinem (etſi tamen neque particnlarem admittat Diana. *d.r.18.n.8.*) qnæ forte à priuilegio ortum habuit: vel partiali renocatione priuilegij clericalis, tanquam à Principibus conceſſi; qnæ facta ſit alicnbi ex neceſſitate boni communis, tranquillitatis, ſalntiſue publicæ. Quin etiam ainnt qnæri poſſe, an reuocatio pontificia vergat generaliter in ædificationem Eccleſiæ; & ratio ſpiritualis regiminis Eccleſiæ neceſſariò exigat eiuſmodi priuilegiorum vniuerſalem derogationem? &, ſi. aut quatenus priuilegiũ forì proficiſcitur à Principibus, adſit illa neceſſitas ſpiritualis regiminis, qnę faciat ſtatuendi poteſtatem circa conceſſam vt à temporalibus Principibus exemptionem: adimendique Principibus reuocandi, ſeu in parte reſtringendi facultatem? cniuſmodi controuerſia, præſertim viris doctiſſimis, plurimiſque in diuerſas acies abeuntibus, *vt citantur apud Dianam d.p.1.t.2.reſ.1.2.4.5.6.7.126.* decidi ſine incommodo vix poteſt. qnemadmodum ex conſtitutione Bonifacij VIII. *in c. vnam ſanctam, de maior. & obed. in extrauag. com.* vtriuſque gladij prædicatoria, contentiones magnæ in Gallia acceptæ ſnnt; & demum, impetratum c. meruit *de priuil. in clem.* qnæ ſecutns eſt ille vſus in Gallia paulatim, qui de neutro gladio quicquam ferè reliquit iſti Eccleſiæ; quam quod pertranſeat animam. præſertim per Ordinationes regias prinilegia cleri, forique Eccleſiaſtici valde ſuccidentes: ſeu re ipſa partialiter reuocantes. tametſi neminem obſiſtere poſſe declarationi Pontificum factæ in vim clauium Eccleſiæ à Chriſto traditarum *Matth. c. 16.* doceat expoſitio B. Angnſtini *in c. quodcumque 24. q. 1.* Hæreo, inquam; & interea hæc, *cum Diana vbi ſupra* (cui tamen ſub aſpectu ipſius S. D. N. & extra teli iactum, reſpectu aliorum poſito, libera poteſt eſſe vox, & calamus) relinquenda exiſtimo ſuæ Sanctitati: cuius in verba ita iuramns, vt præcellere ſciamus eius voluntatem. adeoque ante illius declarationem non mox damnare illos debeamus, qui credunt verba Bullæ generaliter concipi propter exemplnm: cæterum fieri poſſe, vt generalis locntio non comprehendat eos, de quibus in ſpecie quis rogatus non idem eſſet reſponſurus. *iuxta c. 81. de reg. iur. in 6.* adeoque, dum præter annuam pronunciationem, aduerſus priuilegiarios aut conſuetudinarios non aliud fit (ſicut dicuntur actus pòſt geſti ambigua verba declarare; ita) ſuſpicari poſſe illos ſub generalitate ſeſe non eſſe comprehenſos. Interim male de republica merentur, qni priuilegia inclamant, qnæ vel non exſtant, vel nihil ſimile ſonant:

nant, & ſunt non de vulgo tantum, cui id vitij eſt frequens, ſed & docti viri, & in functionibus publicis ſæpe conſtituti qui talia in medium proijciunt; cùm huiuſmodi controuerſiæ occurrunt. Vnde & veritas ſæpe obſcuratur, & iuſtitia opprimitur: ſed proferri priuilegia oporteret, & inſpici. *d.c. porro.*

CAPVT LXVI.

Remiſſio ad ſpatioſiores tractatus.

Satis hactenus exegiſſe videmur quibus caſibus Iudex Eccleſiaſticus aut ſecularis quiſque in ſuos, vel etiam hic inter clericos, ille laicos cognoſcere, aut iùs dicere poſſit. largius qui volet ſpaciari, conſulet *Dianam p.1.t.1.& 2.p.4.1.p.5.t.1.p.6.t.1.& 2.* Tuſcum authoreſque ab eo vberrimè citatos *in pract. conc.v. Iudex* Eccleſiaſticus in quibus poſſit cogere Iudicem ſæcularem, vel non: *conc.*442. in quibus præcipiat Iudici ſæculari: *concl.*443. in quibus inhibeat: *concl.* 444. in quibus cauſis procedat ſolus inter laicos: *concl.*445. quas cauſas trahat ad forum ſuum inter laicos: 446. in quibus cauſis procedat contra laicos clerico actore: 447. *iterum v. Iudex* ſæcularis non habet iuriſdictionem in Eccleſiaſticos, neque in bona Eccleſiarum: *concl.*450. quatenus in aliquibus tamen cauſis procedat, contra clericos: *concl.* 451. præſertim in cauſa ciuili in multis caſibus, an & in criminali in caſibus quos Aufrerius proponit de poteſtate ſæculari contra clericos: *concl.*453. *iterum Tuſc. v. Iudex* ſæcularis quando cognoſcit de bonis, & rebus Eccleſiarum: *concl.*454. an aliquando de incidenti ſpirituali: *concl.* 455. quibus in locis remittit etiam ad plures alias concluſiones, ſuper caſibus ſingularibus: quo & recurrere licet cum opus eſt ſingulatim.

Porro ſua ſingulis locis concordata, ſi quæ ſint, imprimis ſunt ſpectanda. Et quidem pro Ducatu Brabantiæ & Comitatu Namurcenſi illa quem inita ſunt inter Carolum V. Imperatorem, Ducem Brabantiæ cum Epiſcopo Leodienſi anno 1541. in quibus ſatis latè deſcribitur, quæ vtriuſuis Iudicis ſint partes: 1. in cauſis teſtamentarijs, ſeu vltimarum voluntatum; dotalibus ſeu contractuum antenuptialium: 2. matrimonialibus, legitimitatis, ſeu diuortij: 3. bonorum amortizatorum: 4. poſſeſſorijs beneficiorum, iuri ſque ſpiritualium: 5. in actionibus perſonalibus contra Eccleſiaſticos: 6. clericos primæ tonſuræ in ciuilibus: 7. in criminalibus: 8. de ceſſu & interdicto: 9. vbi laici in criminalibus ſint conueniendi. vbi multa ſatis ex æquitate ſunt deciſa; quædam indulta tempori. excuſſimus illa ex magna parte in *Iur. pont. nou. anal. de foro comp.* & habentur in Edictorũ *Brabantiæ parte 1: lib. 1. tit. 1. c. 8.* nuper hîc typis vulgatorum. eodemque titulo Cõcordata Hannoniæ *c. 2. & 3.* cum Epiſcopo Cameracenſi: c. 13. Concordata Ordinariorum, cum Delegato Caſtrenſi: & *tit. 6. c. 5.* Epiſcopi Leodiẽſis cum Vniuerſitate Louanienſi: eodemque titulo, & Iuriſdictio Rectoris academici; & quatenus Scholares extra muros Louanienſes trahi non debeant; ipſi autem ſuos aduerſarios eò trahant, & Dux Brabantiæ omnimodam iuriſdictionem ſuam Rectori ceſſerit.

LIBER II.

LIBER SECVNDVS

CAPVT I.

De legibus.

1. Principes de negocijs Eccleſiæ non poſſunt ſtatuere, niſi id ab ea acceptetur.

DE exēptione perſonarũ & rerum Eccleſiaſticarum iam ſatis eſt dictum: conſequitur dicendũ quatenus laici neque de illis poſſint diſponere. quod & adeo rigidè ſancitum eſt, vt ne quidem in gratiam Eccleſiæ poſſint, niſi id ab ea acceptetur. *c. Eccleſia S. Mariæ. X. de conſtitut.* vnde & laudatiſſimæ conſtitutiones Frederici II. *quæ ad finem libri feudorum ſubiunguntur*, ſubiectam hanc habent confirmationem Honorij Papæ; *Nos Honorius Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, has leges à Frederico Romanorum Imperatore filio noſtro chariſſimo pro vtilitate omnium Chriſtianorum editas laudamus, approbamus, & confirmamus: tanquam in æternum valituras.* prout etiam de capitulis, ſeu Imperialibus præceptis Epiſcoporum regni iudicio latis, ad Lothariũ Imp. ſcripſit Leo IV. *c. de capit. diſt.* 10. vtpote vbi Princeps ad exequendum, non decernendum profeſſus eſt, ſe interuenire. quemadmodum in Synodo Sueſſionenſi ann. 853. Carolus Caluus *Rex*, inquiunt acta *adeſſe dignatus eſt; vt non ſolum deuotione Eccleſiæ ſe filium eſſe oſtenderet, verùm etiam, ſicubi opus eſſet, protectorem regia poteſtate monſtraret.* & *actione* 1. *Rex*, inquiunt, *abſque vlla ambitione Synodum ſolus ingreſſus, ſimpliciter cum Epiſcopis reſidebat.* non autem placuit ſemper Eccleſiæ à laicis de Eccleſiaſticis rebus diſpoſita, quamuis vtiliter, approbare. vt *in c. bene. diſt.* 96. *ne*, inquit, *in exemplum remaneret præſumendi quibuſlibet laicis, quamuis religioſis, vel potentibus; in quacumque ciuitate, quolibet modo aliquid decernere de Eccleſiaſticis facultatibus, quarum ſolis ſacerdotibus diſponendi indiſcuſsè à Deo cura commiſſa docetur.*

2. Quod non ſemper placuit, quamuis vtilia eſſent decreta.

3. Conſtitutiones alioquin generaliter latas à clero ſeruari conuenit.

Cæterum, quamuis *Eccleſia mundanis nunquam conſtringitur legibus*, vt inquit Nicolaus *in c. inter.* 33. *q.* 2. tamen cùm neque de perſonis, neque de rebus Eccleſiaſticis expreſsè vel ſingulatim diſponitur, ſed generatim; ſeruari leges ab omnibus æquum eſt. *c. certum. diſt.* 10. *quis enim leges Principum*, inquit Gelaſius; *aut regulas Patrum, aut admonitiones paternas dicat debere contemni? niſi qui impunitum ſibi tantum æſtimet tranſire commiſſum. c. quis autem. ibid.* ita tamen vt; *Imperiali iudicio non poſſint Eccleſiaſtica iura diſſolui. neque Euangelicis, Apoſtolicis, atque canonicis decretis leges vllum poſſint inferre præiudicium. c. lege. ibid.*

4. Vt tamen Eccleſiaſtica iura non diſſoluantur.

5. Quare iure canonico res Eccleſiaſticæ iudicantur.

Quare decretum eſt cauſas clericorum ſeu Eccleſiarum iure canonico non legibus debere decidi. *c. quod clerici. X. de for. comp.* vbi aliter canones, aliter leges ſtatuunt. idque paſſim: non tantùm in terris Patrimonij S. Petri, quia d. c. quod cleri. de Pariſienſibus agit. Vbi autem inuicem nõ aduerſantur, quod illis deeſt, ex his ſuppletur. *c.* 1. & 2. *X. de nou. oper. nunc.* ſic in adiutorium leges aſſumi dicuntur. ſic & feciſſe D. Paulum. *c. ſi in adiutorium d.* 10. ſic etiam Pontifices pro curſu temporalium imperialibus legibus vti dicuntur *c. quoniam. d.* 10. imò ſententia nulla dicitur, quæ contra canones, aut leges lata ſit. *c.* 1. *X. de ſent. & re iud.*

6. Vbi leges & canones non contrariantur, inuicem ſupplentur.

7. Sic appellatio iuſſa recipi ex legibus in c. venientes.

Sic Innocentius III. *in c. venientes* 19. *X. de iureiur.* Conſules & populum Tudertinum, non obſtante cõſuetudine & iuramento, in quo debet intelligi ius ſuperioris exceptum, appellationes ad Sedem Apoſtoli-

ſtolicam, cui territorium iſtud ſubiectum eſt, admittere iuſſit; quod leges etiam ſæculares illam grauatis non denegent.

8. Item ob neglectam conſuetudinem.

Idemque Innocentius *in c. cum veniſſent. X. de eo qui mitt. in poſſeſſ.* reſcripſit rectè potuiſſe appellari, quod Iudices, quamuis in cauſa Abbatis, ſecundum ius dumtaxat, non etiam laudabilem conſuetudinem voluiſſent iudicare.

9. Honorius II. leges Impp. ſeruari iuſſit.

Denique Honorius II. *in c. 1. X. de iuram. cal.* leges Iuſtiniani, Marciani, & Henrici interpretari, & ſeruari voluit. Henrici, inquam. vt non tantum leges Romanorũ ſcriptas, ſeu ius commune intelligamus: ſed etiam ſubſecutorum Principum, ius Imperij in ſuis ditionibus habentium. quemadmodum & Bonifacius VIII. *in c. vt inquiſitionis. de hæret. in 6.* approbat leges Friderici Imperatoris: quæ habentur in Corpore poſt libros feudorum & ab Honorio III. ibidem laudantur, approbantur, & confirmantur. *Vt diximus.*

10. Et Bonifacius VIII. quatenus ſtatutis canonicis nõ officiunt.

Rectè tamen Bonifacius addit; *quatenus Dei & Eccleſiæ ſanctæ ſuæ honorem promouent, & hæreticorum exterminium proſequuntur, & ſtatutis canonicis non obſiſtunt.* cum igitur leges Principum nihil coutinent, quod canonibus aduerſetur, clero aut eccleſiæ præiudicet; dicendum eſt non poſſe contemni. *Vt in d. c. quis autem diſt.* 10. ſed debere ſeruari. *d. c. certum. d. c. de precept.*

11. Seruari etiam a clericis.

Seruari, inquam: etiam à clericis. ne diſſonantiam faciant in politico corpore reipublicæ. cuius etiam ciues ſunt, & membra.

12. Cum Eccleſiæ libertati non præiudicatur, ſe qui cõmunes leges conuenit intentioni Principum, ſi olim ipſi clerum exemerunt.

Et vero cum non alitet Eccleſię intereſt, nulla cogit neceſſitas in rebus adiaphoris à communi lege exemtos dicere per canones, & ſi dicamus a Principibus immunitatẽ conceſſam; non omnem iure diuino tributam; quamuis in illo radicatam; credi forte poteſt non eam Principum fuiſſe intentionem, vt à lege ſua communi eſſent exemti, quæ canonibus nõ repuguet; dignitati, aut officio clericali, aut Eccleſiæ vtilitati non præiudicet. *Vide Ceuallos. de cogn. per viam viol. proœm. c. 2. n. 15. Menoch. conſ.* 1000. *& citatos à Diana. p. 1. t. 2. r. 7. Fragoſ. Regim. reip. l. 2. d. 4. ſ. 3. ſ. 4. memb. 2.* ideoque de foro ferè leges, canoneſque loquũtur; vt non in ius vocẽtur, ſiſtantur, conueniantur criminaliter, aut ciuiliter in iudicio ſęculari; ne ex lege actio aduerſus eos corã Iudice ſæculari exerceatur: non vero ne vllis legibus teneantur; ne lege prohibita facere ſit clericis permiſſum; ſed effectui leges dentur, & executioni. quamuis per Iudices clericorum; neque clericos præuaricatores punire ſæculares poſſiut. *Diana vbi ſupra.*

13. Sed præuaricatio clerici per Iudicem Eccl. punitur.

14. Sic inſtrumento publico executio dari poteſt in foro Eccleſ. ſicut in ſæculari.

Sic rectè Couar. *pract. quæſt. c. 8. n. 5.* ait vbi lege regia decretum ſit, vt Inſtrumentum publicũ habeat executionem; etiam illam obtinere debere in clerico: tametſi ipſa executio permiſſa non ſit Iudici ſæculari, ſed facienda per Eccleſiaſticũ. qua tatione ſeruata, nihil decedit dignitati cleri, aut vtilitati Eccleſiæ. ſic & apud nos vſus introduxit, vt chirographarius debirot ſignaturam recognoſcere, & pecuniam inſcriptam conſignare, in alijſque obligationibus liquidis per prouiſionem ſoluere damnetur: reſeruata in vlteriorem indaginem exceptione illiquida. quod & inter clericos Judices Eccleſiaſtici vſurparunt. laudabili conſuetudine. *iuxta d. c. cum veniſſent.* nec dignitati derogat clericorum, & vtilitatem non exiguam ſæpe adfert.

15. Et condemnationes prouiſionales fieri.

16. Quamuis clerici de diſtrictu &c. dicãtur, non ideo ſubijciũtur.

Fateri quidem oportet clericos dici de diſtrictu, dominio, & iuriſdictione dominorum temporaliũ; atque illius non raro rationem à iure haberi: *vt in c. accedens. 4. vt lite non conteſt. in verb. omnes ſub diſtrictu & in c. fin. de off. leg. in 6.* ſub ipſius iuriſdictione, dominio, vel diſtrictu Eccleſiaſtico, vel temporali conſi-

ſtat:non tamen illius habetur ratio, vt eo nomine præiudicari ant grauari clerus,ſen eccleſia poſſit.*c.* 1. *de immun. Eccle. in 6. verſ. etiamſi Eccleſiæ, vel perſona, vel res huiuſmodi ſint intra illorum diſtrictum vel territorium conſtituta.* Sed ab his abſtrahimus,& de lege communiter vtili,clero,vel Eccleſiæ non noxia,agimus.

17. Quamuis quis ſuis tantum leges ferre cenſeatur.

Sed aiunt, non cenſeri quem generali locutione eum comprehendere,de quo diſponere nõ poſſit:*vt in l. Lucius. §. Imperatores.in verb. cum ad ea qua mandari poſſunt voluntatem dediſſe videaris. D. ad Municip. c.à nobis.*21.*X.de ſent.excõ.*vbi ex generali clauſula,*quiſquis furtum fecerit,non niſi ſubditi*,inquit,*obligãtur.*eoque modo *in c.ſolicitæ. X.de maior. & obed.*inquit Pontifex,quod Rex vel Imperator ſuper bonos & malos gladij accepit poteſtatem; ſed in illos ſolummodo, qui vtentes gladio, eius ſunt iuriſdictioni cõmiſſi. cum ergo ab ea ſint exempti clerici, nec poſſe nec debere ad eos communẽ legem extendi, obſtãte iuriſdictionis defectu.

18. Vbi leges Eccleſiæ nõ ſunt noxiæ, an cenſeantur Principes clericos non eximere?

Sed de hoc defectu grauior foret inquiſitio; ſcilicet an iure diuino vel humano inducta ſit clericorum exemptio.quã latè examinat Cou. *pract.qq.c.*31. *& quos memorat Diana p.*1.*t.*2.*r.*1.*p.*7.*t.*1.*reſ.*2.*& ſeqq.* & an conceſſione Principum, an in generali huiuſmodi conceſſione cõtineatur id,quod Princeps ſpecialiter rogatus veriſimiliter nõ eſſet conceſſurus: vel eccleſia ſanctiones porrigere poſſit ad ea, quæ neceſſitas,dignitas,vtilitas non exigit.vt in adiaphoris negocijs ſint latæ leges reip.vtiles,eccleſiæ nõ noxiæ, & quas à clericis velit etiã ſeruari,vt diximus;ideoq; in ambigua huiuſmodi controuerſia facilè creditu eſt, velle Principes communi lege clericos obligare:ne diſſonantiam in rep.in rebus eccleſię nõ noxijs inducant: executionem tamen Iudicibus illorum relinquere.quippe quæ fieri per ſæculares nequeat ſine aliqua clericalis dignitatis imminntione.

19. Æquitas legibus ſi ſit contraria, an in foro Eccleſiæ recipiantur?

Quod autem Martha *de iur.p.*4.*c.*19.*n.*7.exigat non recipiendas leges in foro Eccleſiaſtico, ſi quo modo repugnent æquitati; quod in ea ius canonicum fundetur; de ea accipi tantum poteſt, quæ in illo expreſſa eſt,alioquin ſimulacra ęquitatis rectè inter cauſas corruptorum iudiciorum referuntur à Tuldeno. *De cauſ.corrup.iud.lib.*2.*c.*7.*& aliquot ſeqq. Diximus ſup.l.*1.*c.*62.

20. Canones non permittunt cum præiudicio domini rẽ alienam legari:ſed neque leges.

Exemplũ quod Martha profert *ex c.filius.X de teſt.*perperam adducitur;quaſi rei alienæ legatum nõ valeat iure canonico; vt valet ciuili: neque enim illud traditur *in d.c. filius.* ſed ſcribit Greg.IX. Epiſcopo dumtaxat,ſub eo prætextu rem Eccleſię illi legatam ab illo teneri non potuiſſe, qui aliena reſtituere debuerit. neque enim id leges permittunt, vt legata res aliena auferri poſſit inuito domino: ſed vt hæres teneatur redimere à volente; & præſtare legatario: vel ſi inuitus eſt dominus;æſtimationem: quod non improbat d.c.filius.quam legem ille Epiſcopus in reprobum ſenſum allegabat; quaſi rẽ inuiti liceret arripere.ideoque quod ibi dicitur lege Dei,non lege huius ſæculi viuimus; non ſignificat Pontificem ita Ius ciuile intelligere; nã paulo ante aliter retulerat; ſed, etſi id daretur, non tamen Epiſcopum tali lege viuere potuiſſe; ſed iuſtitiã colere, & aliena non tenere. accedit quod legata erat res Eccleſię,cuius difficile eſt commercium,tanquam alienari prohibitę.vt non valet legatum rei Cæſaris aut publico vſui deſtinatæ. *l.idem Iulianus. D. de legat.*1. *ſeu l.cum ſeruus.§.idem.§.conſtat.*eoque *in c.ſi Epiſcopus.*12.*q* 5.nec ſi Epiſcopus rem eccleſię legauerit, valet legatum;*niſi tantumdem*,inquit, *de iuris proprij facultate ſuppleuerit.* quod *in d.c. filius* non erat factum.

21. In rebus ergo Eccleſiæ non poſſunt Principes ſtatuere:

Itaque in rebus merè Eccleſiaſticis nec ſtatuere Principes ſæcu-

ſæculares poſſunt; nec clericos obligare; niſi leges acceptante Eccleſia. in his enim iure diuino liberos eſſe clericos à poteſtate ciuili eſt communis doctorum ſententia, *inquit Malderus in 2.2.q.96 art.5.* &

22. *Leges generales Eccleſiæ non noxias non poſſunt clerici contemnere,*

contrarius error Marcilij de Padua eſt ab Eccleſia damnatus. in politicis autem negocijs clerici, vt ciues, ſiue ex inſertione & iuſſu canonum, vt ſupra recitauimus, ſiue quod à Principibus ea exemptio (ſi ab illis profecta dicatur) non ſit data quoad legis lationem ſuam ipſorum Principum ſupremorum, ne illa teneantur (vt *in l.2.C.de Epi.c.aud.* generalis ſanctio dicitur clericos comprehēdere, quamuis pœna non fiſco, vt in laicis, ſed pauperibus erogetur) ſed quoad iudicium tantum; quo cogantur illas ſeruare, vel præuaricantes puniantur. 11.*q.1.per totam*; ad quam rationem à Concilio Conſtantienſi damnatus eſt ar.12. Ioannis Wiclef. eiuſmodi, *Prælatus excommunicans clericum, qui appellat ad Regem, & Concilium regni, eo ipſo traditor eſt Regis, & regni.*

23. *Agitur autē de legibus ſupremorū Principum; inferiorum clericos nullatenus ligant, vt nullatenus ſubditos.*

Dico legiſlationē ipſorum Principum ſupremorum. quia quoad leges & ſtatuta ciuitatum, communitatum, & minorum Principum, illis vi legis, ſtatutorumue ipſorum non teneri, vel ideo clarum eſt; quia lex ferri non poteſt niſi in ſubditum: &, quamuis generaliter loquatur, non accipi niſi de ſubdito: *d.c.à nobis.* at clerici à minoribus ſupremo Principe omnino ſunt exempti: nec ab eis exemptionem acceperunt: quoad ſupremi autem Principis legiſlationem, non accepiſſe exemptionem aliqui cenſent; vel ſaltem à canonibus iuberi obedire legibus Principum. non par ratio eſt Inferiorum Iudicum, ſeu Communitatum ipſarum: quorum valdè minuta eſt poteſtas, per d. extrauag. Frederici. *quæ habetur poſt Vſus Feudorum.* irritantur enim quæcumque ſtatuta contra libertatem Ec-

24. *Diſputatio ratio.*

cleſiaſticam, aduerſus canonicas & Imperiales ſanctiones: decernitur ne poſſint vlla Eccleſijs, Eccleſiaſticiſque perſonis onera imponere: ne ad Iudicem ſæcularem eccleſiaſticam perſonam in criminali, aut ciuili quæſtione trahere, ſub diuerſis & grauiſſimis pœnis: denique ſi quis clerico iuſtitiam denegarit tertio requiſitus, vt ſua ſit iuriſdictione priuatus. Vbi animaduertendum ſæpius repeti, *aduerſus imperiales conſtitutiones, & canonicas ſanctiones*: quaſi ex vtriſque priuilegia cleri manarint. Nihilominus cùm minorum etiam magiſtratuum edicta nihil habēt aduerſarium libertati vtilitatique Eccleſiaſticę; manet obligatio ſeruandi illa: ſeu ex iuris naturalis ratione, quæ vetet difformitatem membri à corpore: ſeu canonum præcepto, illa ſeruari iubentium. ex conſequentia illa, *ſiue regi, tanquam præcellenti, ſiue ducibus tanquam ab eo miſſis.* non verò vi coactiua ipſius legis. *Vide Dianam p.7.t.10.miſcel.r.2.* Quatenus inquam nihil ſtatuunt aduerſus imperiales conſtitutiones, aut canonicas ſanctiones. alioquin ſi generatim quamuis latæ, damnum Eccleſiæ contineant, non minus quàm alię reprobantur. vt *in c. quæ in Eccleſiarum X. de conſtit.* ſtatutum Taruiſium ſuper alienatione feudorum ob cauſam æris alieni permittenda, infirmatur quoad feuda, quæ ab Eccleſia tenentur. quamuis etiam illud ſtatutum conceptum fuerit in perſonas debitorū; tamē quia rem ſpectabat, modumque circa eam verſandi, reprobatur quoad rem Eccleſiæ, ſic damnosè moderandam. vt non ſufficiat perſonas ſtatuētibus eſſe ſubditas, dum perſona in ſtatuto comprehenditur ratione bonorum, & facti in eis explicandi. *argum. l.qui libertatis. §.ſeruus. D. de euict. author. conſilij* 1001. *num.26.apud Menoch.* Acriter tamen contendit M. Anth. *Gen. in prax.c.* 75. nullatenus obligari clericos le-

25. *Tamen dū vtiles ſunt, vt vitetur difformitas clerici ſe conformare debeat,*

tem immittere. *lib.* 1. *C. de Epiſc. & cler.*

8. Vt angarias & quæcumque onera imponere. Iterum non angarias, collectas, tallias, pedagia, portoria, gabellas, perſonis aut rebus eccleſiaſticis imponere, ſeu quomodolibet grauare, conſtitutiones & ſententias deſuper edere, vel ſeruare. *c. aduerſus. c. non minus. X. de immun. c. quamquam de cenſ. in* 6. *Bulla cœnæ.* §. 18. *Vide Tuſc. v. ſtatutum circa datia & gabellas. concl.* 502. *qua de re diximus* §. 1. 3.

9. Vt Eccleſiæ iuriſdictionē vſurpare. Iterū neque iuriſdictionem, bona, reditus eccleſiarum vſurpare: *c. fin. de reb. Eccleſ. non alien. c. non minus. c. aduerſus de immun. c. quoniam eod. in* 6. *Conc. Trid. ſeſſ.* 22. *c.* 11. *Bulla cœnæ* §. 17. adeoque qui vſurpationem continuant, ſeruant, aut deſuper decernunt. *d. c. aduerſus. d. c. nouerit.*

10. Vt impedite ne cauſæ ad forum Eccleſiæ ſpectantes ibi dem peragantur. Rurſus impingunt in canones, qui iuriſdictionem Eccleſiæ enervant; vel ſtatuto vel facto impediunt, ne cauſæ ad forum eccleſiaſticum quomodolibet ſpectantes ibidem peragantur: ſed ad ſæculare violenter trahunt. *d. c. non minus. de immun. Eccl. c. quoniam. eod. in* 6. *Bulla cœnæ.* §. 14. & 16.

11. Vt perſonas ad munera compellere. Nec minus qui Eccleſiaſticas perſonas compellunt ad munera ſordida, vel ſeruitia indebita. *c. generaliter.* 16 *q.* 1. *auth. item nulla. C. de Epiſc. & cler. Bulla cœnæ* §. 18. vel ruralam, curatelamue. *l. generaliter. C. de Epiſc. & cler. c. vlt diſt.* 88.

12. Perſonas, bonaue Eccleſ. arreſtis, repræſalijs, &c. vexare. Iterum qui bona & iura eccleſiarum, ſeu clericorum, aut perſonas, arreſtis, repræſalijs, pignorationibus vexāt, facto aut ſtatuto. *c.* 1. *de iniur. in* 6. ſed & imprimis qui rebus ſpiritualibus, electionibus, electoribus impedimentum, metumue afferant; aut per abuſum poteſtatis ſæcularis electionibus ſe immiſcent. *c. ſciant cuncti. de elect. in* 6. *c quiſquis. X. eod.*

13. Denique laicis inhibere ne clericis neceſſaria vel vtilia exhibeant. Denique excommunicantur poteſtates ſæculares, qui ſubditis ſuis interdicunt, ne eccleſiaſticis perſonis quidquam vendant, ne eis molant, panem coquant, aut alia neceſſaria, aut opportuna exhibeant. *c. vlt. de immun. Eccleſ. in* 6. quamuis enim ſtatutum conceptum videatur in perſonam ſubditam; effectus tamen vergit in præiudicium eccleſiaſticæ. vt ibidem dicitur. cum priuilegia nec indirectè ſint violanda. *c. quanto. X. de priuil.* quia *vt ibidem dicitur, & in c. vlt de reg. iur. in* 6. *committit in legem, qui verba legis complectens, contra legis nititur voluntatem.* Sic *in l* 1. & 2. *D. ſi quis aliquē teſt. prohib.* dicitur teſtatorem prohibuiſſe, qui teſti aut teſtamentario, ſeu notario acceſſum ad illum impediuit. & *in l. veteres. D de itin. actuque* refectionē impediuiſſe, qui neceſſariorum deportationem. quare & conſiderandum eſt potius in quem effectus, quàm in quem verba ſtatuti dirigantur. *l. cum pater.* §. *donationis. D. de legat.* 2. *l. miles eod. l.* 4. §. *nunc de liberat. leg.* & d. Bulla *cœnæ.* §. 15. mentem canonum plenius explicans, excommunicat omnes qui *ſtatuta, inquit, vel Ordinationes in genere, vel in ſpecie; quouis quæſito colore, aut prætextu ordinarint, vel publicauerint, vndè libertas Eccleſiaſtica tollitur, ſeu in aliquo læd tur, vel deprimitur, aut quouis modo reſtringitur, ſeu Sedis Apoſtolicæ; aut quarumcumque Eccleſiarum iuribus, quomodolibet directè, vel indirectè, tacitè vel expreſſè præiudicatur.* vt rectè Diana *p.* 1. *t.* 2. *r.* 53. dicat caſum d. c. vlt. nunc ſecum trahere Bullæ cœnæ excommunicationem; quamuis nonnulli id negauerint, quos citat. 14. Excommunicatio Bullæ cœnæ. §. 15.

15. Propoſitum præiudicādi Eccleſiæ, vt requiratur; excuſet ioaduertētia: &c. Acerbitas pœnæ, & contextus grauium delictorum, illaque verba *quouis quæſito colore aut prætextu* agi indicant de ijs, qui ex propoſito Eccleſiæ præiudicant. non ergo incidunt in has cenſuras, qui incauti aliquid decernunt, aut decretum ſeruant, non conſiderantes Eccleſiæ præiudicium. dummodo moniti deſiſtant. vt neque dum per aliquam conſequentiam quam non intendunt. v. g. imponitur hic vectigal mercibus, & annonis, quæ ex

 terra

terra hoſtili inuehuntur, *licentias* vocant, eoque neceſſum eſt illas carius vendi, & clericos qui empturi fortè ſunt, plus ſoluere. item ſtatutum vt accedentes ad molam ciuitatis tantum pro mercede ſoluant decem, vbi in molis aliorum etiam quas habent Eccleſiæ, ſolent exigi duodecim, etſi ob id molæ Eccleſiæ minus frequententur, eodem ſpectat. nempe licet mihi iure meo vti, quamuis tibi per accidens damnũ eueniat. *l. fluminũ. §. fin. cum 2. leg. ſeqq. D. de damno infect. Tuſc. v. Principalis diſpoſitio attẽditur, non quæ veniunt in conſequentiam, concl.* 662. hanc conſequentiam dum ſtatuentes non intendunt, ad d. c. nouerit. d. §. 15. non pertinent.

16. Iactura conſequens ex non iniuſtè ordinatis, ſine huiuſmodi propoſito, non ſatis eſt.

17. Exempla iacturę non intentę, nec illicitæ conſequentis.

Similiter ſi per ſtatutum augeatur minuaturque legitima, valet: quamuis illa aucta, pater monaſterium ingrediens, plus filijs relinquere debeat: minutâ; filius ingrediens minus exigere poſſit. nam per ſe ſubſiſtit ſtatutum: quamuis caſu contingat, vt videatur nocere. præſertim cum & vice verſa auctâ legitimâ, filius monaſterium ingrediens, plus exigere: minutâ; pater ingrediens minus præſtare teneatur. vt eò non reflexerit ſtatutum in ſe ſubſiſtens. ſimiliter ſtatutum in certis bonis prærogatiuam faciens primogenito, vel maſculo, per ſe ſubſiſtit: quamuis ſecundo genito, vel fœminâ monaſterium ingrediente, Eccleſiæ videatur aliquid decreſcere. quippe & vice verſa ſi primogenitus ſeu mas monaſterium ingrediatur, eadem prærogatiua ætatis, aut ſexus vtetur. vt non à ſtatuto contingat iactura; ſed ab accidenti. cùm contingat tantumdem nunc ſtatutum conferre, quantum aliàs auferre.

18. Secus ſi actus dirigitur aduerſus Eccleſiã etſi per cõſequentiam.

Non eadem ratio eſt, cùm non per accidens aut conſequens, ſed omnino idem ſtatuti actus dirigitur aduerſus Eccleſiam. Vt ne quis pro illa coquat, molat, &c. *d. c. fin. de immun. in 6. in c. grauem de ſent. excommun.* ne quis bona colat clericorum; qui literas Apoſtolicas impetrarint. iterum ſi ſtatutum aliquid præcipiat, aut permittat, quo Eccleſiæ iuriſdictio impediatur. *c. penult. de immun. Eccleſ. in 6.* ſimiliter ſi ſtatutum iubeat ſolui duplicatam gabellam à contraheutibus cum non ſubditis; quaſi pro his ſubditi ſoluant: idque ſtatuentes velint extendi ad Eccleſiam. *Tuſcus v. ſtatutum laicorum valet, concl.* 582. *n.* 2. *& ſeqq.* vbi latè plura ſimilia deducit. Sic & *in c. ſtatutum ciuitatis. de hæret. in 6.* decernitur excommunicatio contra omnes, qui inquiſitionem hæreticæ prauitatis per ſtatutum aliquatenus impediunt, iubenturque ſtatutum exhibere inſpiciendum, emendandum, ſeu moderandum, & ex libris eradendum.

19. Statutũ generaliter loquens, ſi Eccleſiam grauaret, cenſetur ad eam non extendi.

Sed cùm ſtatutum loquitur indefinitè, ſeu vniuerſaliter. & illud ipſum quoquo modo Eccleſiam grauat, ea generalis locutio ad priuilegiarias perſonas, aut res non ſpectat. *c. in generali. de reg. iur. in 6. latè Tuſcus v. ſtatutum laicorum non comprehendit Eccleſiaſticas perſonas, Eccleſias &c. concl.* 581. ſi nullatenus grauat, priuilegium Eccleſiæ nullum lædat, publico proſit, fraudibus amputandis inuentum ſit, merito ad Eccleſiam porrigitur. v. g. certa ſolemnitas actui, aut contractui præſcribitur: quamuis contrahatur cum Eccleſia, rectè ſolemnitas exigitur. neque verò dicendum eſt aduerſus libertatem Eccleſiæ ea fieri, quod citra ſtatutum Eccleſia illa ſolemnitate ſoluta ſit: vera enim libertas non eſt, quodcumque lubet agere; ſed quod iure licet dumtaxat: & quo modo licet. *l. libertas. D. de ſtat. hom. inum.* ſicut ergo quod lege ciuili prohibitum eſt, nõ offendit libertatem Eccleſię; quamuis ad Eccleſiam porrigatur: ita dicendum erit de ſtatuto aliquam ſolemnitatem iuſta de cauſa exigente, vt ad Eccleſiam extendatur. v. g. lege

20. Secus ſi nõ grauat v. g. ſi ſolemnitatem tantum actus præſcribat.

lege ciuili prohibitum eſt, ne quis teſtamentum ſcribat, quamuis dictante teſtatore, quo ipſe ſcriba ſe hæredem faciat, ſeu legatarium; alioquin relicto excidat. id ſi fecerit clericus, iure careat relicto. prout edictum Alberti 1611. ar. 13. notarium & parochum vetat in vltima alicuius voluntate, quam ſcribit, ſibi quidquam adſcribere; ſub pœna nullitatis: illius ſolemnitatis edicto præſcriptæ contemptus pariet nullitatem, ſi quid ſibi parochus, aut notarius, fortè etiam clericus, ſibi adſcripſerit. decernuntur quippe hæc indefinitè ex bono publico, in quo communicant etiam clerici. vt ciues; & cuius cura Principi commiſſa eſt: & ſub illo, Magiſtratibus: neque reſpiciunt odium, aut iacturam Eccleſiæ. Merito ergo boni publici directio, & diſtributio ad clericos porrigitur illius participes: eo modo, quo qui publico præſunt iuſtè dirigunt, & diſtribuunt. non tracto nunc, an ſæculares leges valere poſſint, quæ nominatim exprimunt clericos. cùm in non ſubditos nemo rectè ſtatuat, quamuis non expreſſi clerici iuſtæ legi indefinitæ conformare ſe debeant: cum parochi in edicto expreſſi in recipiendis ægrorum ſuorum teſtamentis quaſi fungantur vice notarij publici, & de officio illius ritè exercēdo Principis ſit ſtatuere, & nihil hic in perſonam parochi ſtatui videatur, ſed in modum exercitij publici, & politici dumtaxat.

21. Quid ſi quid proficuum ſub certo modo ſtatutum præſcribat? · Eſt & aliud genus ſtatutorum cum præſcribitur quippiam proficuum, ſi quid hoc vel illo modo vtentes egerint. ideoque ſi clericus ſtatuti beneficio vti voluerit, modum præſcriptum ſeruet oportet. *c. verum. X. de condit. appoſit.* cum ſit cuique liberum beneficio ſuo modum conditionemque, quam velit, apponere: nec quis debeat ſentire commodum, qui nolit incommodum. Neque verò eſt iniuria beneficium cuipiam non facere. *l. iniuriarum. §. ſi quis. D. de iniur.* v.g. eſto molendinum rei publicæ; edicat Magiſtratus, ſi quis eo grana ſua molenda deuexerit, teruncium minus ſolutorum, quam alibi dependitur, ſi modò grana ad forum publicum ad pretium vbertate minuendum, ante fuerint delata: clericus ſi beneficio teruncij frui velit, ad forum grana ſua deuehet. *Vide quæ diximus ſ. l. 2. c. 33.*

Ad hos quos diximus per ſtatuta Eccleſiæ libertatem, immunitatem, iuriſdictionem violandi modos generaliores ferè referri poſſunt, quæ paſſim contingunt. ſed tamen accidit non rarò, vt quędam intricatiora videantur, quam vt mox damnari queant. præſertim dum prauum propoſitum abeſt, vtilitas publica ſubeſſe videtur; neque præiudicium eſt aliquod eccleſiæ euidenter iniuſtum. nonnulla adfert Tuſcus *in verb. ſtatutum nō comprehendere Eccleſiaſticas perſonas, & quando ſecus, concl. 581.* vt cenſeatur hæres adijſſe, niſi intra certum tempus expreſsè repudiauerit: ne teſtamētum valeat niſi inſinuetur: ne ſine parocho conditum: vt vicino liceat retrahere: ne mulier contrahat ſine viro: vt etiam vtilia ſtatuta defectu iuriſdictionis nō porrigantur ad clericos, niſi per modum conceſſionis, ſeu priuilegij, aut propter euidentem vtilitatem. 22. Si quid dubium ſtatuatur, quod euidens grauamen non habet, vt in exemplis? cùm conſuetudo partim eſt clericorum, partim laicorum: aut beneficium continet, quo clericus vtatur: aut ſaltem tantum conferat, quantum aufert: fraudem amputet, beneficium à ſtatuto conceſſum aufert non ſubditis, dum idem auferat, quod cōcedit. nam ab alio olim conceſſum, nono ſtatuto non poteſt auferri. ne quidem ſi generaliter fuerit olim conceſſum ciuibus: adeoque eorum iure & clericis. quippe & clerici ſunt de ciuiū numero. *idem concl. 384. v. clerici ſunt de populo. Vide Dianam p. 4. t. 1. reſ. 15.*

v.g.

23. Quod per ſtatutum eſt conceſſum, vt generaliter eo mutato auferri poſſit.

v.g.ſi antiquo ſtatuto competit, vt abſenti,acquiratur non poterit beneficium ſtatuti auferri: niſi fortè ſtatutum generale contrarium edatur.vt fieri poteſt ſi iuſta ſit cauſa.*l. 5. D. de decret. ab ord. faciend.* iterum ne acquirant magnates actionum ceſſiones ab alijs, vt nec poſſint à clericis: vt ſtatuta porrigantur ad clericos, ſi in eis propoſita effectum habuerunt ante clericatum: vt ſtatuto inhabilitatus ad contrahendum nec poſſit cum clerico: vt legitima mutatio etiam in clericis obtineat: vt de bonis ſtatutum generaliter diſponens, non comprehendat Eccleſiaſtica.

24. Statutorum Eccl. libertati contrariorum exempla.

Iterum idem Tuſcus *v. Statutum. concl. 589.* plura alia id genus adfert diuerſorum locorum ſtatuta, quæ immunitati Eccleſiæ aduerſentur. v.g. ne bona alienentur in forenſem,non ſubeuntem onera reip.vel enim nō extenditur ad clericos,vel eſt contra priuilegia Eccleſiæ conceſſa. *l. priuilegia.C. de ſacroſ.Eccleſ.c. 1.de immun.Eccleſ.in* 6.& ſimilia clerum grauantia. *Tuſcus n.21. & ſeqq.* & vt conductoribus bonorum ecclaſiaſticorum liceat contractui renuntiare,auferaturque iuriſdictio Poteſtati, ne cogere conductores poſſit: ne quis ciuem in ius vocet niſi coram Poteſtate: ne liceat eam declinare, aut ius ei non reddatur: ne quis compellatur ad funeralia, aut ſimilia onera: quod ingredientes monaſteria à ſucceſſione excludantur.quæ priuilegijs cleri aduerſantia non tantum ſingulariter illi conceſſis,ſed & communiter.Tuſcus *n. 31. & ſeqq.* vbi & generatim quæ dicantur eſſe contra libertatem eccleſiaſticam: ſpeciatim ſi prohibeatur ne quis capiatur, niſi de licentia Poteſtatis: nemo portet arma niſi ipſius familia: ſi mens eſt extēdere ad Iudices Eccleſiaſticos, & Inquiſitores: ne bona Eccleſiæ elocari poſſint niſi certo generi perſonarum: ne quæ decimæ imponātur,ſeu exigantur.quod *n.54.* ait voto totius Rotæ in Regis Franciæ ſtatuto damnatum. ne iuriſdictio Eccleſiæ per conſuetudinem competens ſeruetur: quod Franciſcus I.ann. 1539.edicto præſtitit. vt bona ingredientium monaſterium, niſi teſtati fuerint, deuoluantur ad hæredes ab inteſtato: vt certa gabella ſoluatur de carne in macello vendita: niſi eximantur emptores clerici,vel aliuslocus ipſis liber maneat. alioquin ſi merces interdicantur, non licet clerico emere: ſi illatæ iuſtè onerentur, carius comparat clericus.

25. Quid libertas Eccleſiaſticâ.

Denique idem Tuſcus *verb libertas Eccleſiaſtica in quibus conſiſtat, & quis contra eam facere dicatur. concl. 342.* multis aſſertionibus id explicat, quidue libertas dicatur *ex l. libertas. D. de ſtat. hom.* quid aduerſus priuilegia Eccleſiæ commiſſum cenſeatur: *ex l. priuilegia. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* vt iure diuino libertas cōpetat: *c.quamquam. de cenſ.in* 6.vt priuilegia à Deo,Papa,Principibus ſint profecta: à Deo; *quidquid ligaueris ſuper terram,erit ligatum & in cælis. Matt.*16. eoque quæcumque ſtatuta illam poteſtatem arrodunt, iuri, priuilegioque diuino aduerſari. Priuilegium à Papa, ſeu Concilio Lateran. *in c. ſi quis ſuadente diab. 17. q.*4.ne quis manus violentas in clericum inijciat,ſub anathemate.Priuilegia conceſſa etiam ab Imperatoribus circa aſylum, immunitatem clericorum, bonorumque tēporalium *tot.tit.C. de ſacroſanct.Eccl. tot. tit. C. de Epiſc.& cler.* Beneficium etiam iuris communis, quamuis non ſit priuilegium ſpecialiter clero competens, ſi ſtatuto auferatur, cenſetur libertas Eccleſiaſtica læ-

26. Priuilegia Eccleſiæ aduerſus hæc acta minuunt libertatem.

di.imo illud eſſe hoc fortius, ex Alexandro refert Tuſcus *ibid.n. 8. citaturque c. cum terra. X. de elect.* ſi tamen, vt diximus, eo non vergat mens ſtatuentium; ſed generaliter ſtatuant (ſuppoſita ſtatuendi poteſtate aduerſus ius commune) quod reipublicæ ſic.expediat in com-

communibus actibus, & contractibus, eodem ciuium iure clerus vtetur, vt diximus: aliter autem ſe res habet, ſi ſtatuentes vetent, ne Eccleſia iure illo communi vtatur. denique irritum eſſe volunt quodcumque ſtatutum, ex quo clerici timidiores, laici audaciores reddantur. v. g. vt cōſanguinei clericorum aliquo incommodo afficiantur, ſi quid clerici fecerint, aut non fecerint: ſi laicus non defert authorita-

27. Si quid authoritatem Eccleſ. ſeu Iudicis Eccl. minuat.

ti Eccleſiæ: v. g. exceptioni rei ab illa iudicatæ: *cum quidam. de except. in* 6. Iudices à Sede Apoſtolica nolit impetrari: *c. grauem. de ſent. excomm. c. quoniam. de immun. in 6.* adeoque Conſeruatores: extra quam nunc Concilium Trident. permittat: aut ipſi aliquatenus iuriſdictionem eccleſiæ ſtatuto ſuo euacuent: *c. fin. de reb. Eccleſ. non alien. in* 6. non tantum in principali cauſa ad illam

28. De ſpiritualibus, an etiam poſſeſſione illorū ſtatuere?

ſpectante; ſed etiam in annexis & connexis. quomodo etiam de ſpiritualium quaſi poſſeſſione ſtatuere, aut quippiam decernere, libertati Eccleſiaſticæ contrarium eſſe totam Rotam cenſuiſſe apud Bellameram refert Tuſcus. *num. 63.* & officialem quendam Regis Galliæ fuiſſe excommunicatum, ob citatum presbyterum, & impeditam Auditoris Rotæ iuriſdictionem.

29. Aduerſus immunitatem bonorum.

Immunitas etiam impugnatur, ſi decernatur, vt bona omnia ſint tributaria: & cum eo onere ad Eccleſiam tranſeant. Neque excuſat quod ſtatuta tantum in ſubditos, aut in rem concipiantur; ſi modo effectus fluat in Eccleſiam: Neque quod nocendi affectus abſit: quod neque ſufficiat excuſationi voluntas, ſed & requiratur poteſtas, ſeu effectus: *c. cum ſuper Abbat. de off. deleg.* ſed ſemper nocet in clericos recta, vel per obliquum attentata iuriſdictio, etiam ad finem bonum. *c. bene. diſt. 96.*

30. De quibus ſæculares nec rectè ſtatuunt.

Sed neque circa Eccleſiæ bona ſæculares rectè ſtatuunt. *latè Tuſcus num. 125. verb. libertas. concl.* 344. iniquè etiam, ne poſſit Eccleſia in bonis laico olim conceſſis prætendere prælationem, deuolutionem, conſolidationem directi dominij. etiam ex defectu lineæ inueſtitorum, ſeu alia cauſa: item *n.* 133. ne veteres coloni ab Eccleſiæ

31. Sæpe etiam iniquè.

bonis poſſint expelli, veterem canonem ſoluentes: quod nullus poſſit vendere extra iudicium domini, ſeu forenſibus, ne alias iuſtitia ei exhibeatur: ſiue verba dirigātur in Iudicem, ſiue in quem alium *n. 137. & 153. & ſeqq.* adeo vt violantes eccleſiaſticam libertatem non tantum declarari poſſint excommunicati; ſed imo vt hæretici conueniri. *ex c.*

32. Qualiter contra ſic ſtatuentes agi poſſit?

cum inquiſitionis. de hæret. in 6. ex Bellamera Tuſcus n. 142. quod talia attētata ſpectent ad regimen violentū *ex c. cum ad verum. in appendice. diſt. 96. & ex l. decernimus. C. de ſacroſ. Eccl. gloſſa in l. priuilegia. in verb. pragmaticas. C. eod.* Quod ſi grauetur colonus

33. Grauamen coloni quod in Eccleſiam redundet.

Eccleſiæ eo modo, vt aliquatenus grauamen redundet in Eccleſiam, violatur libertas Eccleſię. Sed ſi ita, vt Eccleſię bona nō ob id vilius elocentur; ſed colonus taxetur ad nudā proportionē ſuarū facultatum; non porrigit ad illud Eccleſia ſuas alas.

34. Declarare Iudex ſæcularis debet ſe non comprehendere Eccleſiaſticos.

Sed & poteſt Eccleſia petere à Iudice ſæculari, ſtatuti obſcuri, vel indefiniti declarationem, quod non complectatur Eccleſiam, clericos, ſeu illorum bona. *S. Cong. Declarationes ad calcem part. 5. Reſolut. Diana num. 43. Tuſcus ibid. num.* 173. & ſi id non facit, in iuſtitiaque reddenda tergiuerſetur; defectus redditæ iuſtitiæ deuoluit negotium ad Iudicem Eccleſiaſticum. *num.*

35. Si nolit, poteſt cenſuris cogi.

155. & is poteſt declarare ſtatutum, aut non comprehendere Eccleſiam; aut violare illius libertatem, & ex libris reipublicæ eradendum eſſe. *num.* 178. ſeu alioquin ſtatuentes, & ſtatutum ſeruantes declarare excommunicatos. *ex c. nouerit. de ſent. excomm.*

36. Non præcipitanter.

Animaduertendum eſt autem

 Eccle-

ſpectant ; ſed & quæ cauſarum deciſionem. rurſus ſtatutum ne ſolutio probetur per teſtes, ſed inſtrumenta tantum; an vt litis ordinatorium, an cauſæ deciſionem ſpectans recipiendum ſit in clerico *c.69.* idemque de ſtatuto ne procuratoria admittantur , quæ quinquennium excedunt. *ibid.c.77.*

4. Conſuetudo legem vincit,

Cœterum conſuetudinis non vilis dicitur eſſe authoritas. *in l. 2. C. quæ ſit longa conſuet.* non tamen tanta, vt aut rationem vincat, aut legem. idemque aſſeritur *in c.fin.X.de conſuet.Vide ſupra l 1. c. fin. n. 7.* quin imo & ſæpius vincit legẽ. ſaltẽ qua parte & loco inducta eſt. *vt late gloſſa in d. l. 2. ſed clarius d. c. fin. in verb. non tamen eſt vſque adeo viliatura, vt vel iuri poſitiuo debeat præiudicium generare, niſi fuerit rationabilis, & legitimè ſit præſcripta.* Vt neceſſarium ſit hæc duo concurrere in conſuetudine legi contraria; & rationem, & præſcriptionem. quæ præſcriptio, cum præter ius dumtaxat eſt conſuetudo, non videbitur requiſita. *qua de re idem Azor.c.17.q.8. & ſpecialius quaſdam diſcutit c.19.*

5. Si rationabilis eſt & legitimè præſcripta.

6. Non præſcripta etiãſi præter, non contra legem ſit,

Sed & illud *d.c.17.q.10.* rectè excutit, an legem conſuetudo vincere poſſit, cum in lege ipſa damnatur conſuetudo? & dicendum eſt etiam vincere : ſi rationabilis ſit, ſi bonis moribus non aduerſetur: vtique non præteritam, quam damnauit lex; ſed quæ legem ſecuta eſt: cum vtique damnata non eſt, vt corruptela.

7. Etſi lex canonica ſit,

Quæ de lege diximus, etiam de canonica intelligimus. Vnde & Azor. *ibid.c.* 19. plures conſuetudines refert aduerſus canones inductas. & *c.18.q.*10. præſcribi ait aduerſus conſuetudinem, quæ contra facientes cenſuris afficit. quia etſi illis irretiantur antequam ſit præſcripta, poſtea tamen cum ipſa lege ceſſat pœna acceſſoria.

8. Caſus conſuetudinum damnatarũ & exempla.

Videamus ergo caſus quoſdam conſuetudinarios, vt corruptelas damnatos. eſt igitur ille in primis, per quem neruus eccleſiaſticæ diſciplinæ diſrumpitur. *c. cum inter. X. de conſuet.*

9. Qua neruus rumpitur diſciplinæ Eccleſ.

Iterum qui eccleſiaſticæ libertati, & immunitati aduerſatur. *c. 1. X. de conſuet. diximus ſup. lib. 1. c. penult.*

10. Quę aduerſatur libertati Eccleſ.

Si patroni alijue tantum auferant parochialibus Eccleſijs, vt non remaneat parocho portio congrua. *c. extirpandæ. X. de præb.*

11. Qua non congrua portio relinquitur parocho.

Si ludi theatrales per clericos, aut in Eccleſijs fiant. *c. cum decorem. X. de vit. & honeſt. cler.* Si clerici ſint publici aleatores, alioſue luſus voluptuoſos exerceant. *c. inter dilect. X. de exceſſ. prælat.* vbi non recipitur contraria exceptio cleri Gallicani.

12. Qua ludi theatrales in Eccleſia fiunt.

13. Clerici aleatores &c. ſint.

Si eccleſiaſticis obuiet inſtitutis. *c. ad noſtram. X. de conſuet. De qua diximus ſup. l. 1. c. 23. num 15.* (videantur tamen ea quæ ſolent tradi ad *c. 5. X. de conſang. in gloſſ. & DD. Pontius de matrim. lib. 6. c. 4.*) Si ſacris eſt canonibus inimica. *c. cum venerabilis. eod.*

14. Quæ Eccleſiaſticis obuiet inſtitutis.

Si veritati, aut legi præiudicat. *c. cum cauſa. X de re iud.* vtique nondum præſcripta.

15. Veritati præiudicet.

Si Archidiaconus curam animarum committat, ſine mandato Epiſcopi. *c. cum ſatis. X. de off. Archidiac.* iterum; niſi iuriſdictionem talem præſcripſerit. *vt diximus in Conſult. can. de off. Archidiac.*

16. Qua Archidiaconus curam animarum ſine Epiſcopi mandato aut præſcriptione cõmittit.

Si qui beneficia conferant ſine aſſenſu Epiſcopi dioceſani, ſuorumne officialium. *c. ex frequentibus. X. de inſtitut.* vbi tamen Abbas etiam excipit præſcriptam conſuetudinem.

17. Qua beneficia conferuntur ſine Epiſcopi aſſenſu.

Si electioni Epiſcopi laici ſe immiſceant. *c. meſſana. c. ſacroſancta. c. cum terra. X. de elect.* vbi libertati & immunitati Eccleſiaſticæ id dicitur aduerſari, niſi fiat ex priuilegio apoſtolico. *Abbas & DD. in d. c. ſacroſancta.*

18. Qua laici electioni beneficiali ſe miſcent.

Si presbyter vſurpet quæ ſunt ordinis Epiſcopalis. *c. quanto. X. de*

19. Qua presbyter vſurpet, quæ ſunt ordinis Epiſcopalis.

conſuet. qualia narrantur *in c. quamuis.diſt.*68.de qua re Azor.*d.c.* 19.*§. conſuetudo. qua presbyter.* vbi ad quædam contraria reſpondet ex ſpeciali delegatione ea eſſe facta.

20. Qua dignitas deponitur ſine authoritate ſuperioris.

Si quis dignitatem deponat ſine ſuperioris authoritate. *c.cum venerabilis.X.de conſuet.* aduerſus.c.admonet.*c.quod in dubiis c.niſi. X. de renunc.*

21. Qua electus adminiſtrat ſine confirmatione.

Si quis electus adminiſtret ſine ſuperioris confirmatione. *arg.d.c. cum venerabilis:*aduerſus.c.qualiter. *X.de elect.c.vlt.X.de renunc.*

22. Qua capitulū ſine Epiſcopi aſſenſu ſtatuta mutat.

Si Capitulum ſine ſui Epiſcopi conſenſu conſtitutiones, aut conſuetudines approbatas mutet, aut nouas inducat.*c.cum conſuetudinis.X. de conſuet.*quod & accipitur, niſi talis conſuetudo fuerit præſcripta:& agit de Capitulo Cathedrali. vbi iniquum videtur membra ſine capite ſtatuere. igitur ſi Capitulum eſt exemptū aut collegiatum dumtaxat, eo iure ſtatuta condere poteſt, quo generaliter illud conceſſum eſt collegijs licitis.

23. Qua plura quis beneficia poſſideat.

Si quis plura beneficia poſſideat. *c. de multa X. de præb.c. ſanctorum diſt.* 70. nec conſuetudine introduci poſſe cōtrarium communiter creditur, cum alterum ſufficit.niſi fortè conferri non ſolet dignitas aliqua,vel officium niſi illi, qui in eadem Eccleſia beneficium habet. vt *in c.eam te.X.de reſcript.*vt tunc quaſi pars dotis alterum beneficium cenſeatur.

24. Niſi non aliter ſolet conferri.

25. Qua quis eligat confeſſarium.

Nec vt quis ſibi confeſſarium eligere poſſit, qui eum ſoluat aut liget, ſine ſuperioris conſenſu. *c.ſi Epiſcopus.X.de pænit. & remiſſ.* quippe nec introduci poteſt, vt priuati iudicialem ſententiam ferant.*c.ad noſtram.X.de conſuet.vbi DD.* contingere id tamen poteſt præſcripta cauſa,ſcilicet iuriſdictione. quæ conſuetudine acquiri poteſt. *c.cum contingat.X.de for. compet. c. irrefragabili. X.de off ord l.*1.*& vlt.C.de emancipat.l. viros.C.de diuerſis officijs.*

26. Qua laici præbendas conferant.

Conſuetudine introduci non poſſe, vt laici præbendas conferant, præficiendos dignitatibus præſentent; extra verum ius patronatus etiam ait Azor.*d.c.*19.*§.vlt.penult.& antepenult.*

27. Conſuetudines Angliæ de quibus certauit D. Thomas Cantuar.

Hic locus nos prouocat, vt paucis dicamus aliquid de conſuetudinibus (ita enim iam olim Reges Angliæ vocabant,& pro magna coronæ ſuę parte reputabant,)de quibus contentio grauiſſima fuit D. Thomæ Cantuarienſi Martyrij cum Rege Henrico II. prout iam ante cum anteceſſoribus fuerat Anſelmo, itidem Archiepiſcopo Cantuarienſi:qui non minus quam ille & Romam venit,& annis pluribus exulauit. cuius hiſtoriā ſcripſit Eadmerus illius exilij comes. Igitur Baronius *in Annal.Eccl.ad an.*1164. *§.*35. *& ex illo Monomachia S.Thomæ & Henrici* primum caput facit ex conſtitutionibus regijs de aduocatione, & præſentatione Eccleſiarum: vt cognoſceret Curia Regis. de quo cenſura Alexandri eſt hæc; *hoc damnauit S. Romana Eccleſia ſub Alexandro III.*

28. Aduocatio Eccleſiarū.

2. Ne Eccleſiæ de feudo Regis in perpetuum darentur; Alexander *tolerauit.* 29. Eccleſiarū de feudo Regis perpetuitas.

3. Clerici citati, & accuſati, de quacūque re moniti à iuſtitia Regis, venient in curiam ipſius, reſponſuri ibidem de hoc, vnde videbitur Curiæ Regis, quod ſit ibi reſpondendum. Ita quod iuſtitia Regis mittet in Curiam ſanctæ Eccleſiæ ad videndum, qua ratione res ibi tractabitur. & ſi clericus conuictus,vel confeſſus fuerit, non debet de cætero eum Eccleſia tueri:*hoc damnauit.* 30. De clericis in Curia Regis citandis.

4. Ne Epiſcopis exire regno liceat ſine aſſenſu Regis; & exeuntes caueant de præiudicio regi, & regno non inferendo; Alexander *damnauit.* 31. Ne Epiſcopi regno exeant ſine aſſenſu Regis.

5. Vt excommunicati non debeant dare vadium ad remanens, nec præſtare iuramentum;ſed tantum vadium, & plegium ſtandi iudicio 32. Excommunicatus ne vadium det &c.

dicio Eccleſiæ, vt abſoluantur; *damnauit.*

33\. Toleratur modus cogendi teſtes.

6\. Modnm accuſandi laicos per certos & legales teſtes, & ijs deficientibus per Iudicem ſæcularem requiſitum qnoſdam cogere ad veritatem dicendam; *tolerauit.*

34\. Reſtrictio cenſurarum damnata.

Nullus qui de Rege teneat in capite, nec aliquis dominicorum miniſtrorum eius excommunicetur; nec terra alicuius eorum ſub interdicto ponatur; niſi prius dominus Rex, ſi in terra fuerir, conueniatnr; vel iuſtitia eius, ſi fuerit extra regnum: vt rectum de ipſo faciat, & ita, vt qnod pertineat ad Curiam regiam ibidem terminetur; & de eo quod ſpectabit ad Eccleſiaſticam Curiam, ad eandem mittatur, vt terminetur: *hoc damnauit.*

35\. Vt à Iudice Eccleſ. vltima appellatio ſit ad Regem.

8\. De appellationibus, ſi emerſerint ab Archidiacono, debent procedere ad Epiſcopum: & ab Epiſcopo, ad Archiepiſcopum: & ſi Archiepiſcopus defuerit in iuſtitia exhibenda; ad dominnm Regem perueniendum eſt poſtremo, vt præcepto ipſius in Curia Archiepiſcopi controuerſia terminetur; ita quod non debet vlterius procedere abſque aſſenſu Regis: *hoc damnauit.*

36\. An feudum pertineat ad Eccleſiã, ne Rex cognoſcat.

9\. De quæſtione ſuper feudo, an pertineat ad Eccleſiam, Curia Regis cognoſcat; neque ſaſina mutetur: *damnauit.*

37\. Iterum de reſtrictione cenſurarũ.

10\. Qui de ciuitate, vel caſtello, vel burgo, vel dominico manerio Regis fuerit, ſi ab Archidiacono, vel Epiſcopo, de aliquo delicto citatns fuerit, vnde debeat eidem reſpondere, & ad citationes eorum ſatisfacere; ſatisfacere noluerit; bene licet eum ſub interdicto ponere: ſed non debet excommunicari, priuſquam capitalis miniſter villæ illius conueniatur, vt iuſtitiet eum ad ſatisfactionem venire: Et ſi miniſter Regis inde defecerit; ipſe eris in miſericordia Regis, & exinde poterit Epiſcopus ipſum accuſatum Eccleſiaſtica iuſtitia coërcere: *hoc damnauit.*

38\. Cognitio feudalis regia.

11\. Vt Epiſcopi & clerici, qui de Rege tenent in capite, & habent poſſeſſiones ſuas de dominio Regis; de illis reſpondeant coram Iudicibus regijs: faciant conſnetudines regias, & rectitudines: & curiæ interſint; excepta cauſa ſanguinis: *tolerauit.*

39\. De fructibus vacantis Epiſcopatus Regi applicandis, noui & actione, homagio &c.

12\. Cum vacauerit Archiepiſcopatus, vel Epiſcopatus, vel abbatia, vel prioratus de dominio Regis, debet eſſe in manu eius, & inde percipiet omnes redditus, & exitus, ſicut dominicos. Et cum ventum fuerit ad conſulendum Eccleſiæ, debet dominns Rex mandare potiores perſonas Eccleſiæ, & in capella ipſius debet electio fieri aſſenſu Regis, & conſilio perſonarum Regis, quas ad hoc faciendum vocauerit; & ibidem faciet electus homagium, & fidelitatem domino Regi; ſicut ligio domino de vita, & membris, & de honore ſuo terreno, ſaluo ordine ſuo, priuſquam ſit conſecratus: *hoc damnauit.*

40\. Iuſtitia mutuo ſe iuuent.

13\. Si quiſquam de proceribus regni diſſortiauerit Archiepiſcopo, vel Epiſcopo, vel Archidiacono de ſe, vel de ſuis iuſtitiam exhibere; Rex debet iuſtitiare. Et ſi fortè aliquis diſſortiauerit domino Regi rectitudinem ſuam; Archiepiſcopi vel Epiſcopi, & Archidiaconi, debent eum iuſtitiare, vt domino Regi ſatisfaciat: *hoc tolerauit.*

41\. Bona regi confiſcata, Eccleſia nõ tueatur.

14\. Catalla eorum, qnæ ſunt in Regis forisfacto, non detineat Eccleſia, vel cæmiterium contra iuſtitiam regis; quia ipſius regis ſunt; ſiue in Eccleſijs ſiue extra fuerint inuenta: *hoc tolerauit.*

42\. Rex de Iuramentis vt nno cognoſcat.

15\. Placita de debitis, quæ fide interpoſita debentur, vel abſque interpoſitione fidei, ſint in Curia regis: *hoc damnauit.*

43\. De ſeruis, aſſcriptitijs non ordinandis.

16\. Filij ruſticorum non debent ordinari abſque aſſenſu domini, de

cuius terra nati dignoſcuntur: *hoc tolerauit.*

17. Has rex vocabat conſuetudines auitas: D. Thomas prauitates potius; quibus peruertebatur & confundebatur Eccleſia Anglicana: *in Epiſt. quam recitat Baronius ad an.* 1167. vbi & rei, & latinitatis Nortmannicæ barbariem damnauit. præſertim I. *in his*, inquit, *quod non appelletur ad Sedem Apoſtolicam, qualicumque de cauſa, abſque aſſenſu Regis.*

44. Impediri non poteſt appellatio ad Papam.

45. Epiſcopos coërcet periuria.

II. Quod non liceat Epiſcopo coërcere aliquem de periurio, vel fide læſa.

46. Libere excommunicat.

III. Quod non liceat Epiſcopo excommunicare aliquem, qui tenet aliquid de rege in capite, vel terram eius, vel officialium ſuorum ſub interdicto ponere, abſque licentia regis.

47. Clerus exemtus.

IV. Quod clerici vel viri religioſi trahantur ad ſæcularia iudicia.

48 Decimarũ cognitio eccleſiaſtica.

V. Quod laici ſiue rex, ſiue alij tractent cauſas de Eccleſijs, vel de decimis.

49. Epiſcopis ſine Regis aſſenſu ad Papã Proficiſci poteſt.

VI. Quod non liceat Archiepiſcopo, vel Epiſcopo exire de regno, vel venire ad vocationem domini Papæ, ſine licentia regis; & alia in hunc modum. & exinde plures excommunicauit: & ad Alexandrum ſcripſit de conſuetudinibus quas damnauerat. nam aliæ conſtitutiones, quas Rex in Normannia publiuit, relatæ à Baronio ad an. 1164. & multo nequiores ſunt, nec ante vſurpatæ. Scribunt aliqui cum de iuſſu necis D. Thomæ ſe purgaret, ſpopondiſſe impoſterum damnatis ſe conſuetudinibus non vſurum. Quod ſi quis nunc colligere vellet conſuetudines, ordinationes, arreſta præſertim lata poſt edictũ Franciſci I. an. 1539. ex Comment. Theueneau, Choppin. ſacra polit. & monaſt. Baunij prax. canonica, (ſeu anti canonica) arreſtis Papon. alijſque alibi quantum ſuperaret Eccleſiæ ſeu Columbæ gemitus!

50. Quod per conſuetudinem non poteſt, neque per ſtatutum induci poteſt.

Itaque quoniam æquiparari ſolent ſtatuta & conſuetudines, eas quas diximus damnari vt corruptelas, (cum ſæpe ſoleat magna authoritas eſſe longæui vſus,) multo minus poterit ſtatuentium voluntas introducere. niſi illorum authoritas ſuperiorum interuenerit, qui lege huiuſmodi canonica ſint ſoluti.

CAPVT IV.

De ſtatuto interpretando, ne contineat clerum.

1. Dubium coguntur ſtatuentes interpretari ne comprehendat clericos aut ipſe id facit Ordinarius.

DVm ſtatutum ergo conditur dubium, moneri poſſunt ſtatuentes, vt explicent, non ſpectare ad Eccleſiam, id ſi tenuant; ipſe Ordinarius poteſt declarare id, publicareque. *Vide citatos à Diana p. 3. t. 1. reſ. 68. Vide ſup. hoc lib. 2. c. 2. n. 35.*

2. In materia peccati, & rebus ſpiritualibus præualent canones.

Quomodo leges ciuiles plures per canones ſunt correctę. vt enarrat Azor. *Inſt. mor. p. 1. c. 20. & c. 21.* in quibus ea regula eſt tenenda, vt quæ ad res ſpirituales pertinent, aut quoquo modo peccatum fouent; omnino canonibus leges cedant, in vtroque foro. quinimo tam Iudicem quam partem cogere eccleſiaſticus poſſit, ne à tramite canonum recedant. ſaltem per viam Euangelicæ denuntiationis. *c. nouit. X. de iud.* quod ſi adiaphora ſint; leges in ſæculari; canones in Eccleſiaſtico foro obtinebunt. Sed hoc caſu rectius differentiæ vtriuſque iuris vocantur. *de quibus ſupra lib. 1. c. 62. ſ. 3.*

3. Alias leges in ſuo, canones in ſuo foro obtinent.

4. Papa poteſt corrigere leges ſæculares ſpiritualibus aduerſantes, & iniquas, & Principes cogere vt emendent.

Ex eodem ſupremæ authoritatis Eccleſiæ principio fundato in c. vnam *ſanctam de maior. & obed. in extrauag. comm.* poteſt S. Pontifex leges ſæculares iniuſtas, & bono ſpirituali aduerſantes abrogare, & extinguere: imo aduerſus Reges, atq; Principes fidei incommodantes ſtatuere, vt ab ijs deſiſtant, per quas Eccleſiæ noceatur.

CAP.

CAPVT V.

Statuta per Papam confirmata, an comprehendant clericos?

1. Confirmatio Papæ non facit extenſionẽ ad clericos.

GEneraliter confirmata non comprehendere, quæcumque minuere poſſunt libertatem Eccleſię, rectè tradit Martha *de iur. p.4.caſ.* 99. *n.6.* itemqne *n.5.* ſi ſubreptum fuerit, quamnis adiecta clauſula, *ſupplentes omnes defectus, & de nouo concedimus*, inualidam eſſe confirmationem.*c.1.2.3.& tot.tit.X. de confir.vtil.vel inut.*ſed & aliàs *n.4.* ſeruanda eſſe à clericis. vtique ſecundum ea, quę ſupra diximus, quibus in caſibus alioquin clerici ſe conformare tenentur. nam confirmatio non eſt extenſio, ſed manet intra terminos confirmati.*c.cum dilecta.eod.c.quia intentionis.X.de priuil.* nec actus agentium operantur vltra illorum voluntatem. *l. non omnis.D.ſi cert.pet.c.inter dilectos.X.de fid. inſt.* ideoque quibus ſtatutis clerici non ſunt comprehenſi, per confirmationem non ſubijciuntur. quia etſi actus confirmatus iam dicatur ipſius confirmantis; *arg. c. ſi eum.c. Apoſtol.de præbend.in 6.* tamen eò id ſpectat, vt ſolidam faciat rei confirmatæ ſubſiſtentiam: non tamen mutet, egrediaturque ſubſtantiam, *Gail.l.2.obſ.1.*

CAPVT VI.

An poßint clerici priuilegio renunciare, vt ſubſint ſtatutis?

1. Renunciare nõ poſſunt clerici vt ſubijciantur ſtatutis.

NOn poſſe dicendum eſt, quippe æquiparantur, *ſtatutis ſubijci*, vel *foro Iudicis*: atqui fori priuilegio renuntiare non poſſunt clerici; *c.ſignificaſti.c.ſi diligenti.X. de for.compet.* non ergo renuntiare vt ſtatutis ſubijciantur, vel illorum vi coactiua ad obſeruantiam compellantur. *Marth.de iur.p.4.caſ.*100.

CAPVT VII.

Statuta ante clericatum edita, & in rem concepta, an ligent clericum?

VInculum iniectum laico, manere in clerico quidam exiſtimant. id ſi verum foret, omnia paſſim ſtatuta clericos ligarent: quippe laicos natos. ſed vt tempus delatæ ſucceſſionis attenditur; *l.ſi cognatis.D.de reb.dub.* ita ſtatuti tempus, non quo conditur attendendum eſt; ſed quo fit aliquid, ſuper quo conditum eſt, *citati à Marth.de iur.p.4.caſ.4.num.15.* ideoque factus iam clericus, aliquid faciens quod ſtatutum vetat, conſiderandus eſt ſub qualitate quam habet cum facit.*l.in delictis.§.ſi extran. D. De Nox. act.* eoque iam clericus à Iudice ſæculari executionem pati non poteſt; quamnis legi ſtatutariæ ſe debeat conformare. — 1. Non ligant iam clericum cõdita cum eſſet laicus.

Sed & ſtatuta in rem loquentia, & quæ rem afficiunt; eam comitantur, quamuis tranſeat in manum Eccleſiaſticam. quamuis *ibid.* diſſentiat Martha *n.*18. & in forenſibus id admittat, qui in potentia poſſunt eſſe ſubiecti, non autem clerici. v.g. dicit ſtatutum; *hæreditas ad maſculos æqualibus partibus, ad fœminas pro dimidijs perueniat*; habebit etiam locum in clerico, & moniali, tanquam in rem ſcriptum: quæ mutationem non recipiat ex mutatione, quæ fit in perſona domini, clerici, aut monialis. Vt non fit alia facienda tempore conditi ſtatuti, quum delatæ hæreditatis. Nam res clerici patrimonialis eum obligat, *ex Auth.vt omnes obed. Iud. prouinc. §. hac conſiderantes*: quamuis non reſpectu contractuum, aut criminum: *Auth. vt omnes clerici apud pro-* — 2. Statuta generalia in rem concepta rem comitantur.

proprios Epiſcopos. Quamuis gloſſ. *in d. §. hæc conſid. v. ſubijciat per hanc Auth.* excipiat clericos tam in pecuniarijs omnibus cauſis, quam criminalibus.

Et gloſſa in hac *Ath. in v. pecunia-*
3. Et de rebus. *riam.* hoc verbum generaliter velit accipi, vt diſtinguitur contra criminalem; & ſic complectitur etiam realem : ſed ait coram Epiſcopo iſtius prouinciæ : at hæc auth. dicit apud proprios: ſed & Epiſcopus rei ſitæ quadantenus proprius, ſcilicet in iſta cauſa, dicetur. Sed hac de re videnda, quæ alibi quæſiuimus, an in cauſa reali clericus ſit exemptus. *l. 1. c. 29.*

4. In rebus Eccleſiæ vt ſitus ſpectetur.
Solet in contrarium allegari c. ſimiliter. *16. q. 1. c. Eccleſiarum. 12. q. 2. c. eos diſt.* 87. ſed ſi examinentur, loqui rectius dicentur de ijs, quæ Epiſcopis & clericis competunt vt talibus. l. ratione Eccleſiæ; non vt cuilibet. cum ſub nomine dignitatis loquantur. quod & c. Eccleſiarum apertè ſignificat. *in verb. ſerui ſupra ſcriptorum officiorum.* quæ ſunt valdè diſtinguenda. *c. requiſiuit. X. de teſtam.*

5. Leges publicè vtiles, quamuis caſualiter clerico præiudicent, non ideo negligendæ.
Per exemplum ſtatuti quod dedimus ſupra, conſtat nos diſcedere ab ijs, quæ tradit Martha *de iuriſd. p. 4. c. 22. & c. 5.* quaſi quæ de parte media tantum fœminis relicta ſunt ſtatuta, non obtineant in moniali: & quæ de laico non obtineant in clerico. & quod alia ſit ratio vt clerico primogenito à ſtatuto vinculum poſſit inijci; non clerico ſecundo genito. non nego, quin clerici poſſint vti fauorabilibus reip. priuilegijs; *c. dilecti. X. de for. comp.* neque tamen odioſis innoluantur: ſed dico leges indifferenter rebus latas, in ſe vtiles, mutationem non debere accipere, quamuis aliquem clericum fieri contingat, aut mo-
6. Sed communi ſorte vtetur, ſine conſideratione iuriſdictionis legiſlatoris.
nialem : ſed communi ſorte vſuros illos eſſe. neque odioſum id cenſeri : ſed vniformitati legis & reip. conuenire. *l. 3. 4. 5. 6. 8. D. de leg.* lege ergo communi vtentur in quibus priuilegium nullum habent contrarium, ſicut *in c. 1. de oper. noui nunc.* ex lege ciuili in clericum ſtatuitur. vt de legiſlatoris iuriſdictionis in clericum defectu arguere nō oportet. vt ſemper facit Martha. ſed ſpecialem cauſam adferre, cur hoc illoue caſu clericus legi communi ſe non debeat conformare: ſiue locum demus vi coactiuæ, ſiue directiuæ dumtaxat. cum etſi vno caſu grauis, eo conuerſo vtilis eſſe poſſit. v. g. clericus in theſi ſupraſcripta partē duplam feret contra ſororem laicam : etſi monialis ſimpla aut ſemiſſe contra fratrem laicum debeat eſſe contenta. vt omnis inæqualitas ſit non ex lege, ſed accidenti: quod hic eligat ſtatum clericalem; alter in laico maneat.

CAPVT VIII.

Abolitio Principis generalis, vt ſpectet ad clericos?

SOlet illa concedi ex publica iucundi aduentus, victoriæ, ſimiliue lætitia. *l. generalis. C. de ſent. paſſis.*
In Gallia, vbi caſus priuilegiati 1. Prodeſt vbi vſurpantur caſus priuilegiati, & immobilia clerici confiſcantur.
vſurpantur, quibus Iudices regij clericos iudicant, æquum eſt, vt & fauor indulgentiæ ad clericos porrigatur. quamuis non proficiat aduerſus canonicas cenſuras, aut irregularitates. iure autem canonum, quia criminalis omnis punitio clerici ad eccleſiaſticum iudicem pertinet; etiam abſolutio ſpectat. nemo poteſt non ſubditum ſoluere, vel ligare. *c. omnis vtriuſque. X. de pæn. & remiſſ.* quod rectè proſequitur Martha. *de iuriſdict. p. 4. caſ. 15. n. 13. & ſeqq.* quanquam omnino congruat iudicem etiam Eccleſiaſticum publicæ lætitiæ, honorique Principis deferre.

Iterum vbi veniunt bona clericorum immobilia publicāda, vſurpatur in Gallia, & ferè apud nos; vt cedant

Digitized by Google

cedant Principi, ſeu toparchæ: quod iuri aduerſari contendit Martha: *ibid. n.*19. *& ſeqq.* & ſa*tis* argu*it* Auth. *de Neſtor. C. de hæret. Clem. nolentes in verb. ſiſu etiam Eccleſia de hæret. Vide Fragoſ. Regim. reip. l.* 2. *d.* 4. *ſ.* 4. *memb.* 11. bona etiam immobilia à clerici perſona mutationem accipere idem Martha contendit. *num.* 24. apud nos igitur indulgentia Principis generalis, etiam bona clericorum complectitur. v. g. in ciuitatum, prouinciarumue, quæ defecerint, reductione ad Regis obedientiam, quando omnibus facta eſt remiſſio, nulla manſit in clericos, eorumue bona inquiſitio. Fiſcus autem olim ſolius erat Principis ſupremorumque Iudicum. *l. vn. C. ne ſine iuſſu Principis certis Iudicibus liceat confiſcare.* Vſus ad inferiores dinaſtias etiam tranſtulit. quamuis ægrè Eccleſiaſticis ſuperioribus velint permitti.

CAPVT IX.

An Princeps poßit legitimare clericum?

1. Prodeſt ad effectus politicos, & de facto à laicis exigitur.

QVippe ad iuriſdictionem pertinet legitimatio. *c. peruenerit. X. qui filij ſint legit.* quam Princeps non habeat in clericos. ſed vſus ferè vbique obtinet vt quoad effectus politicos, ſæcularis Principis legitimatio non tantum valeat; ſed & requiratur: non ſufficiat pontificia. niſi in radice matrimonij diſpenſando ſuper impedimentis &c. Principis etiam legitimatio non proſit quoad effectus ſacropoliticos, prælaturas, ordines, &c. *Vide citatos à Marth. de iuriſd. p.* 4. *c.* 79.

2. Sed cum fundatur in radice matrimonij ſolet ad omnes effectus admitti legitimatio Papæ.

Quin & Paſqualig. *quæſt. moral. canon. q.* 120. cenſet Principem poſſe religioſum legitimare ad effectum ſuccedendi. quod beneficium legitimationis dari poſſit non ſubdito, in ordine ad rem ſubditam concedenti. *Vide de legitimatione latè Fragoſ. Regim. reip. l.* 3. *d.* 6. *ſ.* 1. 2. 3. 4. 5.

CAPVT X.

Statuta laicorum, an in Curia Eccleſiaſtica obtineant?

1. In deciſione ſeruatur ius cannonicum; in his ordinatione, & in ſubſidium admittuntur laicorum ſtatuta.

CAuſæ in illa decidendæ ſunt iure canonico. *c. quod clerici X. de for. comp.* nihilominus in adiutorium ſumi poſſunt huiuſmodi ſtatuta. *c. ſi in adiutorium. diſtinct.* 10. eoque, ſi non contrariantur canonibus, ſtatuta recipi poſſunt in illa Curia. quomodo vſus arreſtorum ex foro ſæculari in Eccleſiaſticum hîc paſſim eſt introductus, aliaque ſimilia: præſertim litis ordinatoria. quæ non tam cauſam ſpectant, quàm proceſſum. *Vide citatos à Martha de iur. p.* 4. *caſ.* 50.

CAPVT XI.

Literæ hortatoriæ

1. Licentiæ ſi ex modo aut vſu aliquatenus libertati aduerſentur.

à Principe aut magiſtratu ſæculari Eccleſiaſtico ſcriptæ, vt aliquid boni faciant, aut à malo deſiſtant, ſi in ſe conſiderentur non ſunt illicitæ: *Diana p.* 1. *t.* 2. *reſ.* 54. ſæpe laudabiles; minus ſubiectæ cenſuris: etiamſi precatoriæ ſint, ſeu commendatoriæ. Cæterùm ſi, vbi conſuetudo eſt ijs vtendi, habeat vt quis non obſequens peius quoquo modo habeatur, vt timidiores per eos clerici reddantur, laici audaciores, quo minus obediant Eccleſię, & vergant in diminutionem libertatis Eccleſ. & pro modo intentioneque reprehẽſioni ſubiacẽt: atque etiam cenſuræ. quod ergo ait Diana Principũ preces mãdata eſſe, & minas: eoq; literas precatorias eſſe illicitas, ex ea, quã diximus, conſuetudine debet interpretationẽ accipere.

V

pere. nam indies videmus ..os Principes commendatitias ſcribere; quibus etſi non pareatur; non mox indignantur; minus rependunt aliquid quod obſit; quamuis, vbi vices recurrunt, neque ipſi præſtent aliquid non debitum.

CAPVT XII.

Statutum ſæcularium, quod aliqua ratione matrimonij ſubſtantiam ſpectat; aut libertatem impedit;

1. Licet iuuare Eccleſię decreta;

Non valet. *Diana p.7.t.1.reſ. 3.& ſeqq. diximus ſupra l.* 1. *c.* 33. *num.* 14. quia de ſacramento ſæculares ſtatuere non poſſunt. niſi tamen magis conſilium, quàm neceſſitatem; magis præmium, quàm pœnam imponant. *Vide citatos à Martha de iuriſd. p.* 4. *c.* 70. *diximus in Iur. pont. nou. anal. de ſponſ. & matr. n.7 & in conſult. can. eod. c.12.* ſi tamen filijf. parentibus inconſultis irreuerenter contraxerint; cum Eccleſia ſemper huiuſmodi matrimonia deteſtata ſit; *Concil. Trid. ſeſſ* 24. *de reform. matr. c.1.* pœnis ciuilibus illius intentionem iuuare, itidemque clàndeſtinè contrahentes, cùm grauiter puniri velit Eccleſia; etiam ſimilibus pœnis illius propoſitum promouere ſæcularis poterit. quãuis Marth. *ibid. & c.72.* non ſatis admittat. *nec plures citati à Diana p.1.t. 2.reſ.74. Vide Fragoſ Regim. reip. l.2.d. 4.§.2.* Ad Eccleſiam etiam pertinet curare, vt nuptiæ cum omni modeſtia, & honeſtate fiant. *Concil. Trid. ſ.24. de matr. c.* 10. *in fin. Vide quæ diximus ſup. lib.* 1. *c.*33. *n.*10.

2. Vt illius deteſtationem in matrimonijs filiorumf.

3. De diuortio ſolus Iudex Eccleſiaſticus cognoſcit.

De quæſtione diuortij ſolius etiam eſt Iudicis Eccleſiaſtici cognoſcere, in quantum agitur de viribus aut obligatione ſacramenti. *Vt multos citat Sanchez de matr. lib.*10. *diſp* 8. *n.*15. quin imo cum & de adulterio agitur, vt ex eo diuortium permittatur. *c. tua. X. de procurat. & c. 1. X. de lit. non conteſt.* etiam cùm de amiſſione dotis per conſequentiam. *c. de tua. X. de donat. inter virum.* adeo vt nec mixti fori fiat diuortij cauſa ob adiunctam quæſtionem dotis. quia ipſius fontis natura ſemper manet ſpiritualis; diuertere ne poſſit coniux, an non; obligatio ſacramenti diuortium admittat, nec ne. nam etſi conſtet adulterium, cùm ex eo petitur diuortium, ſeu matrimonij diſſolutio; ſiue quoad vinculum, ſiue quoad thorum; ſemper influit cauſa matrimonij, vt de diuortio ſine illius reſpectu ſtatui nequeat: at illa manet ſemper ſpiritualis.

4. Semper influente cauſa ſpirituali matrimonij.

Quam ob cauſam ſi de matrimonio agatur inter fideles contracto; quia Eccleſia non iudicat de his qui foris ſunt; & eorum matrimonium non ſacramentum; ſed contractus merè temporalis eſt; Iudex ſæcularis ſolus erit competens. *Sanchez de matr lib.*7. *diſp.*3. *n* 9. quod ſi alter fidelis fiat; actor ſequetur forum rei: ſi tertius dumtaxat denunciet, magis dignus ad Iudicem ſuum trahit minus dignum: adeoque matrimonij quæſtio, ex parte fidelis magis digni, diſputanda erit coram iudice Eccleſiaſtico: eritque illud propter fidelem legibus Eccleſiaſticis ſubiectum, quæ fidelem vbique ligant. alioquin vtrimque infideles legibus Principum ſæcularium reguntur. quod ſi ipſi Principes ſint infideles; etiam fideles eorum leges ſequi debent. dum infidelium Principum poteſtas per Eccleſiæ leges non eſt reſtricta. *Sanches vbi ſup.*

5. Quo inter fideles non conſtante cognoſcit ſæcularis. quid ſi fidelis cum infideli ſe coniunxerit?

CAP.

CAPVT XIII.

Tempore peſtis an parochus à functione ſua per ſtatutum impediri poſſit?

1. *Sacramenti adminiſtratio impediri nequit, ſed cum ſanis cõuerſatio, extra neceſſitatem muneris; idque ab Eccleſiaſtico.*

VTique non poteſt non tantum defectu iuriſdictionis in clericum; ſed & quia contra ius diuinum foret peſte tactos ſine remedijs, ſæpe ad ſalutem neceſſarijs, derelinquere. ſanorum autem commercio interdicere miniſtrantes contagio infectis, generali quidem lege poteſt; ſed vt executioni mandetur prohibitio, agendum eſt cum ſuperioribus in Eccleſia. quamquam Martha *de Iuriſ.p.4.c.63.* Principi id permittat, ad exemplum quod de leproſis ſtatuitur. *Leuit. c. 13.14. Num.c.5.* ſed eſto, abeſſe debeant infecti, vt leproſi; hic quærimus qua manu cogendi ſint? & ſæculari nequeunt; defectu iuriſdictionis; ſed implorato auxilio authoritatis Eccleſiaſticæ: quæ & tunc ſanis de parocho prouideat. nam nec hi deſtitui poſſunt. *Vide ſup.l.1.c.33.n.12.*

2. *Cura ſanitatis publicæ à nemine contemnẽda, etiam in carnibus emendis, ſimilibuſue annonis.*

Ex facto propoſitum hic ſtatutum vetans carnes occiſorum animalium aliunde inferri, vel extra macellum emi: viua permittit inferri; & à quolibet in vſum ſuum occidi: præfato ſtatuti rationem inter alias proponit, quod contagioſo tempore infectæ ſæpe carnes eos inficiunt in quorum alimenta vertuntur. quæ intra vrbem occiduntur animalia, exactè viſitentur, an quid morboſum retineant, ea cura foris non adhibeatur; intereſt publicæ ſanitatis ne quis eximatur ab huiuſmodi præcautione: an ad clericos ſtatutum porrigetur? diximus mox de contagij periculo vitando rectè ſtatuere generatim ſæculares: conformare ſe debere clericos; ratione publici boni ſeruandi, contagij vitandi. Cæterum vt hominibus, ita beſtijs ſui ſunt morbi, & contagia, quæ etiam comedentium valetudini officere poſſint. Verùm cùm malum huiuſmodi inter animalia non graſſatur, delicata videtur cauſa ſtatuti, neque ſemper ſufficiens, vt clerum reſtringat, præſertim dum clerici emptas carnes parati ſunt cenſuræ ſubijcere; an quid noxium habeant: & neminem laicum illarum participem facere. Rectè etiam Epiſcopus aditus, vt ſua authoritate clericis iubeat rem ſtatutam ſeruare; carnes aliunde non inuehere: reſpondit id ſe ſtatuturum, cùm medici conſulti publicam ſanitatem id exigere conteſtati erunt: eumque conſtiterit ſolum eſſe ſtatuti finem; non concurrere aliud grauamen: atque dum carnes longe carius in macello venduntur, quàm foris, laniones onera, quę ipſi ferre debeant, tacitè ab emptoribus non extorquere; ſupra quam exigunt ſtipendia eorum, qui inſtituti ſunt ad curam ſeruandæ ſanitatis, viſitandaque occiſa animalia. nam eatenus obſcurum cleri grauamen admitti non debet: quod aduerſetur immunitati illius, & libertati emendi, & de re ſua ſtatuendi, pro arbitrio: aduerſus c. Eccleſiæ *S. Mariæ, X. de conſtitut. & c. vltim. de immunit. Eccleſ. in 6.* vergitque ad monopolia *l. 1. C. de monopol.* & ſic docet Gutierres *practicar. quæſt. lib.4. quæſt.32. num. 16.* clerum Ciuitatenſem obtinuiſſe, vt ſibi liceret vina aliunde inferre in potus ſui neceſſitatem; non obſtante prohibitiuo ſimili ſtatuto. *Vide ſ. l.2.c.53.n.8.& c. 57.*

3. *Rectè aditur Epiſcopus; & ille in cauſam inquirit.*

4. *Et ne quid in præiudicium Eccleſiæ vergat.*

CAPVT XIV.

De iuramento.

1. Principes edictis præcauere periuria, vt commiſſa punire poſſunt.

VIx eſt vt ſtatuta ſæculares ſuper iuramento edere poſſint; niſi fortè ad præcauenda periuriorum pericula: vetando ne contractibus alijſque actibus iuramenta inſerantur. *Vt diximus ſup. l.1. c.46.* etſi nec hoc Martha *de iur. p.4. caſ.73.* velit admittere. quaſi ſuper re ſpirituali ſæculares nihil poſſint ſtatuere. quod quidem recipiendum eſt quoad interpretationem, & vires iuramenti; quæ ad ſpiritualitatem pertinēt: ſed qua ratione Princeps periuria commiſſa poteſt punire; eadem poteſt præcauere illorum pericula, ne committantur. nam & hi actus, qua parte politici ſunt, ad curam Principis pertinent. & vbique obuium eſt, vt ijdem actus & ſpiritualem reſpectum habeant, & ciuilem. vt ſpiritualem ferè ſolum ſpectat præſtiti iuramenti relaxatio. *c. venerabilis. de elect. c. nouit. de iud. c. cum contingat. c. debitores. de iuretur.*

2. Non æquè relexare, aut quatenus ſpiritualia ſunt, ſtatuere.

3. Neque nullitatem ſtatuere iuramenti, quāuis contra ctū poſſint iſtitare.

Itaque quamuis ſtatuatur contractum aliquem inter certas perſonas, aut certa forma non ſeruata eſſe nullum, adijcere ſæculares non poſſunt additum etiam iuramentum ſeu contractum iuratum fore nullum, ſeu non obligatorium, vt fit in l. non *dubium C. de legib.* ideoque ſtatutum ſimpliciter loquens non comprehendit actum, contractumue iuratum. quomodo & quidam intelligunt ſaluum conductum à Principe debitori conceſſum non extendi ad debita iurata. & ſtatutum, quod conſanguineos iubet compromittere, ad contractus iuratos non prorogari. *Vide Marth d. caſ.72. n.25. & ſeqq. latè Tuſcum An ſuper iuramento ſæculares ſtatuere poſſint v. ſtatutum.*

Statuere ergo laici non poſſunt vt illud infirment, aut quatenus non ſit ſeruandum, præſcribant. ſpectat enim ad Decalogi interpretationem, legiſque diuinæ. vt iurantem exonerare nequeāt: tametſi poſſint ei, cui iuratum eſt, non tribuere in foro ſuo actionem, aut iniungere remiſſionem. *Vide latè Tuſcum v. ſtatutum laicorum non tollere iuramentum, nec prohibere effectum illius. conc. 580.*

4. Poſſunt negare, ei cui iuratum eſt, in foro actionem.

5. Forma etiā iuramenti ad cognitionem Eccleſiæ pertinet, an ſit illicita.

Quare & forma iuramenti, an licita ſit, ad examen Eccleſiæ pertinet, eoque videri poteſt extra ſphęram ſuam cenſuiſſe Senatum Pariſ. *apud Ann. Robert. Rerum Iud. l.1. c.11.* reiectis inſolitis cæremonijs ſatisfacturum eum, cui delatum erat iuramentum, ſi id præſtaret tactis ſacroſanctis Euangelijs. quod rectè quidem procederet deferente Iudice: ſed delatio partis, contractum continet: qui vtriuſque conſenſum requirat. eoque acceptari non poteſt delatio, & reijci forma. quia contractus vtriuſque conſenſum exigunt: neque diuidui ſunt, ſed toti debent vel reijci, vel recipi. quia pacta ſunt plurium in idem placitum conſenſus.

6. Reijciuntur ſuperſtitioſæ formulæ ſed & admittūtur alia quam tactis ſacris Euangelijs.

Et quamuis ſuperſtitioſæ formulæ rectè reijciantur, vt ſi quis iuret per capillum Dei: *c. ſi quis per capillum. 22. q.1.* tamen & alij modi per canones admittuntur. vt ſuper reliquijs ſanctorum: *c. habemus. c. ſi peccatum ibid.* ſeu coram ſanctiſſimo Euchariſtiæ ſacramento. Sic Abraham *Geneſ. c.24.* à ſeruo ſuo iuramentum exegit per Dominum cœli & terræ, poſita manu ſub femore illius: propter promiſſionem Chriſti inde proceſſuri.

7. Ad reliquias certi ſancti delatum iuramentum, pręſtandum aut referendum.

Adeo vt cum ſit probatum, per canones ad reliquias ſanctorum præſtandum iuramentum; adeoque & peti poſſit præſtari illud ad reliquias certi ſancti: v.g. D. Antonij, aut alterius, quem experientia probauit non impunitos aliquando dimittere periuros; vti comes S. Pauli iuramentum poſtulauit

uit

uit à Ludouico XI. ſæpius perinro, *apud Comineum c.71.* præſtari ad Crucem S. Lnpi Angerienſis: qnod ille renuit; conſcius deſtinatæ in illum necis. ſi, inquã, aduerſarius iuramentum detulerit, ad huiuſmodi ſancti reliquias prçſtandum, eâ formâ aut erit acceptandum, aut referendum; ſen ex toto reijciendum. Iurari, inquit Vlpianus, oportet vt delatum eſt iuſiurandum. *l.3. §. vlt. D. de iuretur. cæterum ſi ego detuli vt per Deum iurares, tu per caput tuum iuraſti, non erit, ratum habendum iuſiurandum:* & *l. 33. ibid. qui per ſalutem ſuam iurat licet per Deum iurare videatur,* inquit Vlp. *d. l. 33.* (& Gratianus 22. *q. 1. §. ſic etiam verſ. ſed obijcitur* : vbi iuramentum Joſeph *per ſalutem Pharaonis.* ita accipiendum dicit) *attamen ſi non ita ſpecialiter iuſiurandum ei delatum eſt, iuraſſe non videtur: & ideo ex integro ſolemniter iurandum eſt.*

Quare nec rectè Senatus reiecit tanquam ſuperſtitioſum, quod ab Eccleſia (cuius ea de re eſt iudicium) non erat damnatum: aut ſaltem, reiecta delationis forma, permittendum erat deferenti alia via cauſam inſtruere.

CAPVT XV.

De aſylo.

1. Principes iuuare legibus, & tueri aſylũ poſſunt, non minuere priuilegium.

STatuere Iudex ſæcularis non poteſt. *Silueſt. in ſum. v. Immunitas 3. verſ. Sextum. n. 3. Couarr. var. l. 2. c. 20. n. 14. & alij apud Ceuall. p. 2. q. 5. de cog per viol.* qui contra ſentit pro lege Hiſpana in ſimplici debitore. vti nec poteſt ſæcularis de eo cognoſcere. *Vt diximus in Iur. Pont. nou. anal. de immun. Eccleſ. n.* 10. *Diana p. 6. t. 1. reſ. 30. 32.* nam hæc immunitas à iure diuino fluxit. *Diana p. 6. t. 1. reſ.* 34. niſi quatenus Eccleſiam protegat: & priuilegia tueatur. nullum ergo aſyli effectum poteſt impedi-

2. Vt fit per modos hic relatos.

re non capere, incarcerare, aut vinculis conſtringere: *c. definiuit: 17. q. 4. l. præſenti. C. de his qui ad Eccleſ.* non ad mortem, pœnam corporalem, aut bannnm damnare: *c. inter alia. de immun. Eccleſ.* quamuis ad mulctam pecuniariam: *Abbas ibid. n. 3. ex verbis, ſuper hoc tamen quod iniquè fecit, eſt legitimè puniendus.* nec ad pœnam ſeruitutis, exilij, aut triremium. *Layman. in Theol. moral lib. 4. t. 9. c. 3. n. 13. poſt Azor. & Suaret.* ſed neque prohibere Iudex poteſt; ne victus aut veſtitus ad reum deferatur. *d. l. præſenti.* nec rebus aut bonis ſuis, quæ ſecum detulit, eum ſpoliare. *d. c. definiuit.* niſi rapta ſint, aut alteri debita *c. de rapt. 36. q. 1.* vt ſæpe accidit in profugis decoctoribus, ſeu qui cedunt foro. ſed & hoc nec ſua authoritate; ſed ex Iudicis Eccleſiaſtici licentia. quippe *c. 1. de immun. Eccleſ. c. 2. eod. in 6.* prohibetur ſæcularis aliquam in Eccleſia iuriſdictionem exercere. *Vide citatos à Diana p. 1. t. 1. reſ. 8. p. 6. t. 1. per totum.*

Deniqne ait c. inter alia *non eſt violenter extrahendus.* quò ſpectat dolus: non vero perſuaſio per blanditias, aut promiſſiones. Iudex tamen Eccleſiaſticus iuramento Iudicis ſæcularis aliquando fidit, quod reus corporaliter non punietur, & illum tradit. *c. id conſtituimus. c. reum. 17. q. 4.* & ſingulatim quoad ſeruos dominis reſtituendos. *d. c. inter alia. § fin.*

3. A priuato extractum Iudex ſæcularis non poteſt incarcerare.

A priuato extractus à Iudice incarcerari non poteſt. nam Bulla Gregorij vetat, *vel extrahere, vel incarcerare.* Sed neque extrahere indignum aſylo; ante cognitionem & licentiam Epiſcopi. quia vtrumque eadem Bulla requirit. Sed multò magis in dubio exſpectari debet deciſio Eccleſiæ. Etiamſi contrariaretur conſuetudo. *Diana p. 5. t. 1. r. 101. p. 6. t. 1. r. 27. 28. 30. 31. p. 5. t. 1. r. 9.* Quid ſi iudex non extrahat, nec incarceret, ſed intra Eccleſiam per ſatellites occidat? omnes excommunicationem incurrere non eſt dubitandum: ſed an etiam pœnas

V 3 con-

conſtitutionis Gregorianæ? aſſerit *Naldus in Annot. pract. ad c. immunit. X. de immun. Eccleſ.* quaſi in ratione prohibitionis contineatur intellectu, non extenſione.

4. Occiſor clerici.

An occiſor clerici extrahi poſſit? quærit Cenallos *de cogn. per viol. p. 2. q. 91.* & putat extrahendum; ob cleri reuerentiam. Sed Bulla Gregor. XIV. non exprimit: nec admittit argumentum, ne quidem à maiori. *de qua constitutione plura diximus. ſupra l. 1. c. 34. In iur pont. anal. de Imm. Eccleſ. & in conſult. can. eod. & de pugnant. in duell. & in Reſpon. de imm. Eccleſ. reſ. 1. & 2. Vide Dianam p. 1. t. 1. per tot. p. 6. t. 1. per tot.* vbi latè quæ Eccleſiæ, quæ perſonæ, aſylo gaudeant. Vide etiam Declarationes S. Cong. ad calcem part. 5. *Reſol. Dianæ n. 2. 3. 4. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 40. 41. 42.* Naldum *in Annot. pract. ad c. ad conſtitu. 17. q. 4.* vbi docet Epiſcopi; non alterius prælati domum, niſi Eccleſiæ coniunctam, immunitate gaudere. quia id in iure expreſſum non eſt: & quæ à iure exorbitant non ſunt extendenda.

5. Lites in templo.

6. Cultus diuini turbatio vt ab vtroque iudice coërceatur.

Turbationem cultus diuini in Eccleſia Choppinus *de ſac. pol. l. 3. t. 4. n. 24.* ait eſſe mixti fori: eoque ſenſu, vt vindicari non poſſit ab Eccleſiaſtico in laico, ſed proculdubio eſt id contra ſacros canones. *c. decet. de Immun. Eccl. in 6.* qui etiam attactum rerum ſacrarum, vt ſacrilegum, in reo laico perſequuntur. *c. cum ſit. X. de foro compet. Diana p. 4. t. 1. reſ. 67.* cultum diuinum vindicat lex denunciamus. *C. de his qui ad Eccleſ. confug.* etiam ſeditiones ibi factas vltimo ſupplicio. Concilium Baſil. *tit. de his, qui tempore officij diuini vagantur per Eccleſiam. §. prohibeantur. Trid. ſeſſ. 22. decreto de obſeru. in celebrat. miſſ. c. dilectus. 51. X. de app.* & ipſa etiam loci ratio tribuit in peccantes in loco iuriſdictionem, cùm ibi laici vllam nequeant exercere. *c. 1. X. de immun. Eccleſ.* & in te præſenti oporteat ſæpius prouidere. cùm & priuato intra ſuos parietes liceat vim cohibere. qui negant hic in laicos Eccleſiæ iuriſdictionem, quomodo rectè dicêt Chriſtum ementes, & vendentes è templo eieciſſe? cùm *regnum eius non eſſet de hoc mundo,* ſed ſpirituali iuriſdictione competenter procederet?

CAPVT XVI.

De ſtatuto ſuper ædificandis Eccleſijs.

1. Iudex ſæcularis non poteſt de Eccleſijs ſtatuere niſi tanquam canonum executor.

POſtquam data eſt pax Eccleſię Chriſtianæ, publicata eſt facultas ædificandi Eccleſias. *c. futurum. 12. q. 1. vt diximus lib. 1. c. 35.* earum ergò ædificationem ex cauſa permittere, aut prohibere ad Eccleſiam pertinet. *c. quicumque. c. plures. 16. q. 1.* neque hoc tolli priuilegium poteſt. *l. priuilegia. C. de ſacroſanct. Eccleſ. c. nouerit. X. de ſent. excom. plura ſunt apud Dianam p. 1. t. 2. reſ. 61.* non ergo poſſunt Poteſtates ſæculares Eccleſiarum ædificationem impedire, ſeu prohibere ſtatuto. Vt amplè, & cum ſtomacho Tuſcus *verb. libertas Eccleſ. concl. 342. n. 75. & multis ſeqq.* vbi & idem ait de ſtatuto vetante, ne quis Eccleſijs quid donet, aut leget. *contra l. 1. l. general. l. fin. C. de ſacroſ. Eccleſ.* ſi tamen edicta Principum profiterentur, ſe tantum iuuare executionem conſtitutionum Apoſtolicarum, ſuper nouis Eccleſijs, monaſterijs, collegijs non ædificandis, neque illarum terminos excederent; interpretatio eſſet præſtiti brachij tantum auxiliaris. *diximus vbi ſupra,* adeoque ceſſaret lex auxiliaris, vbi ſuccederet Eccleſiæ permiſſio.

CAP.

CAPVT XVII.

De ſtatuto ſuper Eccleſiarum fabricis, ac rebus.

1. Non ſtatuit ſæcularis, niſi canones exequēdo.

LAicis nulla de Eccleſiaſticis facultatibus, inquit c. bene *diſt*. 96. *aliquid diſponendi legitur attributa facultas*. Et iterum; *non placuit laicos ſtatuendi in Eccleſia aliquam habere poteſtatem: quos obſequendi manet neceſſitas, non authoritas imperandi*. Et ſub finem; *eiuſmodi ſcripturam ſeu ſtatutum nullius eſſe momenti, & in irritum deducendam, quamuis aliqua poſſet ratione ſubſiſtere, ne in exemplum*, inquit, *remanere & præſumendi quibuſlibet laicis, quamuis religioſis, vel potentibus in quacumque ciuitate, quolibet modo aliquid decernere de Eccleſiaſticis facultatibus, quarum ſolis ſacerdotibus diſponendi indiſcuſſè à Deo cura commiſſa docetur. c. Eccleſia S. Mariæ X. de conſt*. Iuſtinianus etiam *in Nouell*. 123. *ſi Eccleſiaſtica cauſa eſt* inquit, *nullam communionem habeant Iudices circa talem examinationem, ſed ſanctiſſimus Epiſcopus ſecundùm ſacras regulas cauſæ finem imponat*. Sic & Martianus Imperator in Concilio Calchedonenſi intereſſe ſe dixit ad fidem confirmandam; non ad potentiam oſtendendam. in eademque Synodo, dum diuiſa prouincia per Martianum, quæreretur, an & Epiſcopatuum mutatio eam conſequi deberet; *dicat*, inquiunt Iudices à Synodo deputati, *S. Synodus, vtrum ei placeat ex regulis patrum huius cauſæ quæſtionem examinari; an ex ſacris pragmaticis; de quibus ea, quæ ſacro apici viſa ſunt, iam omnibus aperta fecimus: S. Synodus dixit, contra canones nihil pragmaticum valebit, regulæ patrum teneant*. Plura habet in eam rem Gratianus *tot. illa diſt*. 96. & multis proſequitur Dialogus Richardi Brunæi *n*. 147. & nos in *c*. 19. *ſ*. *l*. 2. diximus, ita & de Eccleſiarum bonis, fabricis, regimine, diuerſæ inualuerunt conſuetudines, & ex edicto Principum noſtrorum 30. *Aug*. 1608. non nihil mixta eſt gubernatio: dum, quid ſtatuendum erit, communiter deliberari, decernique edicto viſum eſt. *art*. 25. *& ſeqq*.

CAPVT XVIII.

De ſtatuto ſuper exequijs, mortuarijs & c.

DE exequijs, mortuarijs, & his quæ ad funera pertinent, nō licet ſtatuere ſæcularibus, niſi quo ad pompam ſeu cauſam ſæcularem: vt ante plures annos graſſante hic contagio ſtatuit magiſtratus, ne liceret in domibus mortuarijs conductitios pannos lugubres ſuſpendere: ne malum tunc ſerpens per eos diſſeminaretur. Vide Ceuallos *de cogn. per viol. p*. 2. *q*. 94. *diximus lib*. 1. *c*. 36. *de iure ſepulchror. Vide ſ. l*. 2. *c*. 13. 1. Non ſtatuit ſæcularis, niſi quoad pompam, & ſimilia ſæcularia.

CAPVT XIX.

De œconomia, curâue pauperum.

SPectare hanc ad Eccleſiam negare nemo poteſt, qui acta Apoſtolorum, veterumque Conciliorum canones legerit. vt rectè Laurentius à Villauicentio *in Oeconomia ſac*. per ſæculorum ſeriem deducit. agnouit etiam Iuſtinianus: qui *in Cod. tit. de Epiſc. & cler*. orphanotrophos, alioſque id genus curatores pauperum Epiſcopis, & clericis annectit. iuuerunt multi Chriſtiani Principes conſtitutionibus, ac muneribus: xenodochijs, hoſpitalibus, alijſque pijs locis fundatis: diſcriminarunt à validis mendicātibus: illos coërceri; hos iuuari voluerunt. etiam Principes noſtri. ſed imprimis Carolus V. *diximus in Not. iur. Belg. tit. de Epiſc. & cler. tit. de Mendican-*

1. Ab initio chriſtianæ Eccleſiæ ad Eccleſiaſticos ſpectauit.

2. Principes iuuare Eccleſiæ decreta vt poſſint.

dicantibus validis in Iudice lib. 3. c. 10. *In Iur. porit, nou. anal. de religioſ. dom. in Conſult. can. eod. tit. conſult. 2.* ad eam curam hic per fundatorum voluntatem, illic per conſuetudinem, alibi aliter venerũt ſæculares. præſertim cùm, quod initio delegati miniſterij fuit, degenerauit in ſpeciẽ iuris, ac imprimis dum laicis curatoribus quod cõmittere pro tẽpore viſum erat, ſæcularis magiſtratus perpetuum fecit. Conſuetudinibus quidem, & priuilegijs derogat Cõcilium *Trid. ſ. 22. c. 8 & 9.* ſed ijs, quæ excludant Ordinarium, non omnibus, quæ compatiuntur. *d. c. 9. in fin.* Tam difficilis autem nunc eſt temporũ ratio, vt reduci omnia ad veterum canonum normam vouere quis, non ſperare poſſit. neque tam rigidè quædã accipienda ſint, quam idem paſſim Villauicentius argumentatur. præſertim cùm non tangitur ſacra pauperũ pecunia: eleemoſynis viuentium, teſtamentis mortuorum iam olim corrogata. quamuis enim Apoſtoli, & Apoſtolici ſucceſſores ſanctam pauperem curam geſſerint; non tamen impediuerunt, ne vel priuati pauperum in vico iacentem colligerent, vel Magiſtratus colligi curaret; & impendia faceret, ille de ære priuato; hic de publico: in quod ille dominio, hic officio arbitrium exerceret.

3. Vt conſuetu hoes ioualuerint.

4. Pot. ſt magiſtratus de pecunia populi ſtatuere, & ſubſidio pauperibus ferendo.

Quæritur ergo an Magiſtratibus ſæcularibus liceat de œconomia pauperum ſtatuere? & dicendũ eſt iure priuato quemque rei ſuæ arbitrium habere: Magiſtratum etiã de publica populi pecunia pro ratione ſtatuere. adeoq; vt alias reipublicæ neceſſitates, ita & pauperum curare poſſe: non impedire Eccleſiam, quo minus functionẽ, authoritatemque habeat, quam habuerunt Apoſtoli & Apoſtolici ſucceſſores: quo minus, vt Apoſtoli diſponebãt de pretijs bonorum, quę ad pedes eorum deferebantur, ac deinde de rebus Eccleſiæ oblatis; ita etiamnum in Apoſtolorũ ſucceſſoribus, vt Euangelij doctrina, ita authoritas, & functio perſeueret.

5. Non authoritatem Eccleſiæ auferre circa oblationes fideliũ in vſum pauperum.

cæterũ quod mores hodie circa hanc rem nõ parum detulerint ſæculari Magiſtratui, vt diximus; præſertim cum deficientibus eleëmoſynis ab Eccleſia collectis, aut à pijs fidelibus olim relictis, ipſi populi, pagi, vrbeſque ſuos pauperes alere teneantur, ne fame pereant: dum nec hodie obſeruatur c. mos *eſt. 12. q. 2.* vt pauperes quartam habeant in omnibus bonis Eccleſiæ oblatis; &, vt olim *in Act. Apoſtolorum c. 4.* diuiditur ſingulis, prout cuique opus eſt; euenit ferè paſſim, vt Magiſtratus ſæculares œconomiam etiam pauperum vſui parint, de eaque ſtatuerint. atque id ipſum Carol. V. edicto *7 oct.* 1531. quo multa amplè de pauperum cura conſtituit, etiam locorum Magiſtratibus permiſerit, vt de eadem pro temporum oportunitate ſtatuere poſſent, nõ quidem ſimpliciter; ſed conformiter ad ſuum edictum. Qua occaſione accepta Magiſtratus Brugẽſis plures omnino articulos cõceperat, quos idem Villauicentius ſingulos diſcutit; & plures etiam edicto cõformes acerbius merito; quoſdã iure optimo perſtringit. facile enim non tantum in ſacros canones, ſed & diuina decreta impingũt, qui nimia ſuę authoritatis philautia antiquitatem contemnunt; rectè olim cõſtituta innouant, atque euertũt, atque iterũ Albertus *edicto ad Synodũ Mechlinięſem dato 2 li. aug. 1608. ar. 23. & ſeqq.* rogatus multa decreuit: atque imprimis vt iuxta Concilium Trid. Ordinarij locorum, ab eiſue deputati, ratiocinijs annuis piarum cauſarum interuenirent.

6. Sed vt electus pauperibus quartam non tribuit, ita ſæculares his relictorum curam vſu: patunt.

7. Principes Epiſcopos non excludi etiam à rationibus exigendis voluerunt.

Iam olim quidem in II. Synodo *Turonenſi can. 5.* conſtitutum fuit, vt vnaquæque ciuitas ſuos pauperes, & egenos incolas, alimentis congruẽtibus paſceret; ſecundũ vires: vt tam vicini presbyteri, quàm ciues ſuum pauperem fouerẽt: quo fieret vt ipſi pauperes per ciuitates alienas non fatigarentur: nec tamen

8. Canones ſingulas vrbes ſuos pauperes alere iubẽt, imitantur edicta.

men

mē per hanc, aliaſue cauſas fuit impedita olim Eccleſia, quo minus & pauperum curam, qui in ea præſunt, gererent, de eademque decernerent.

9. Vt tamen peregrini non excludantur.

Sed neque idem Cōcilium mox peregrinos damnauit, eiecítue. quibus & piētiſſimi maiores noſtri hic in ſingulis penè vrbibus xenodochia ſtruxerunt, dotaruntque. iuxta illud *Deuter.14. peregrino, qui intra portas tuas eſt, da vt comedat. Et Exod.22. aduenam non contriſtabis, nec affliges eum: aduenæ enim & ipſi fuiſtis in terra Ægypti.* Quæritur ergo an de his ſæculari Magiſtratui ſtatuere liceat, ne mēdicent; ne in xenodochijs niſi vnam noctem excipiantur, & ſimilia? negat Villauicent. *ad art.* 8. & ſanè rectius Magiſtratus antequam ſtatueret, cum Ordinario communicaret. nam Eccleſiæ eſt decernere ex interpretatione ſacrarum literarum, quid ſtatuere liceat.

10. An ſæcularis ſtatuere poſſit, ne hi mendicent?

11. Quid de Ordinibus Mendicantibus?

Mendicantes religioſi, vt citra controuerſiam fori priuilegio gaudent, ſi tamen excedūt in mendicatione, eaque ad quæſtorum vitium accedat, vt emendanda ſit diximus *in Reſp. de priu. r.2.* nihil autem ſæcularis Iudex in eos ſtatuere poteſt; vel non ritè collectas eleëmoſynas excutere: cui canones nihil ſimile commiſerunt. minus vt prohibere poſſit, ne iuxta inſtitutum ſuum mendicēt. cuius nec interpretatio, nec exceſſuum vindicta ei eſt tributa. quin & Laurentius à Villauicentio *in d. œconomia ſacra pauperum ad fin. in deliberatione ad articulos Brugenſes* late contendit d. art. 1 *& ſeqq.* laicis non licere, vel alijs quidem Chriſti pauperibus mendicationem interdicere. *& ad d. art.* 8.

12. De bonis moribus, & officijs pauperum ſtatuere Eccleſia, & magiſtratus iuuare.

Iterum de ſcholis dominicalibus, templis, catechiſmo per pauperes frequentandis; pœnitentia & communione annua ſtatuere, procul dubio ſolius eſt Eccleſiæ. ſed ſtatuta ab ea iuuando, poteſt & Magiſtratus ſæcularis pauperum œconomiæ dirigendæ ſe inſerere.

De prouentibus pro pauperibus relictis. aliter quàm relicti ſunt, v.g. vt ſpecialibus oneribus deductis in burſam communem pauperum referatur reſiduum, ſtatuere, regulariter ſolius eſt S. Pontificis. *clem. quia contingit. de relig. domib. c. vlt. 12. q 2. c. admonere. 16. q. 1.* Ordinarijs tamen quædam ſpecialiter permiſſa ſunt. & nuncupatim in rebus exilibus; quæque ſumptum aut moram non ferant; aut vbi conſuetudo plus authoritatis ſeruauit. 13.

13. Immutatio relictorum in vſus pauperum reſeruata Papæ.

CAPVT XX.

De Vniuerſitatibus ſtudiorum

LAtè quærit Carondas *lib. 6. reſp.* 195. an Vniuerſitas Pariſienſis corpus ſit Eccleſiaſticum, an laicum? magis pontificijs, an regis priuilegijs ſubſiſtat. *Vide etiam Choppin. de ſac. pol. l. 1. t. 5. num.* 10. *& ſeqq.* Vniuerſitas noſtra Louanienſis, ad Ducis Brabantiæ inſtantiam à Pontifice eſt erecta, ac multis priuilegijs donata; & ea quidem lege erecta, vt Dux ſuam omnem iuriſdictionem in eos remitteret, qui illius nomine cenſerentur. quamuis multis ſimiliter priuilegijs à Duce illo, ſucceſſoribuſque ſit aucta: & tamen Albertus Archidux per Commiſſarios ſuos viſitari illam, & circa multa reformari iuſſit. Rex etiam ante paucos annos ad eiuſdem Vniuerſitatis inſtantiam, extra illam ſeu Duacenſem, vetuit in his ditionibus doceri publicè philoſophiā. Societas IESV an. 1595. à Curia Regia Bruxellenſi obtinuerat, vt ei in ſuis ſcholis Louanij Logicam ac phyſicam docere liceret: ſed cùm Vniuerſitas apud Clementem VIII. queſta eſſet id aduerſari Apoſtolicis priuilegijs illi conceſſis; Clemens inhibuit, donec maturius deliberatum foret. in quo diplomate vſus

1. Corpus eſt magis Eccleſiaſticū, quam laicum ſi pontificia & Principali authoritate ſit erectum.

eſt Clemens his verbis; *donec Nos, ad quos huiuſmodi iudicium ſpectat, &c.* In eandemque ſententiam literas dedit ad Albertum tunc Cardinalem, & Belgicæ gubernatorem; obtinuitque hactenus inhibitio. Sed ſi generalius quæratur an de negocijs Vniuerſitatis ſtudiorumque (nam de priuilegijs Apoſtolicis Sedis Apoſtolicæ ſolius eſt cognoſcere *c. cum veniſſent. X. de iudic.*) ſtatuere ſit Pontificis, an Regis? dicendum erit, mixti eſſe fori adeoque qualia erunt negocia, talem fore cognitionem. Vniuerſitas ſtudiorū generalium, ſub quibus ſit & Theologiæ & canonum profeſſio, magis ad Eccleſiam ſpectare videtur, quam ſæculum. vt magis dignum trahat ad ſe minus dignum. *diximus in Conſult. can. de magiſt conſ. 1.* ſic & Honor. III. *in c. ſuper 28. X. de priu.* vetuit Pariſijs, aut vicinis locis leges ciuiles doceri. quamuis ſæcularis ferè rationis hoc ſtudiū videatur, ſed cauſam addit, vt diligentius canonum ſtudio inſiſtatur: quæ eccleſiaſtica eſt: quodque leges tum illæ in Francia non obſeruarenrur. Concilium *Trid. ſeſſ. 25. c. 2* ſignificat curam Vniuerſitatum non eſſe determinatam ſed & de illis vt ſtatuit, Eccleſiaſticam.

2. Mixtam habet cognitionem, vt ab vtraque authoritate ſurrexit; & quæque ſuas conceſſiones à interpretatur.

3. Alias pars magis digna in indiuiduis trahit minus dignam.

CAPVT XXI.

In Epiſcoporum & prælatorum deſignatione

1. De Regis interuentione in Anglia.

variatū admodū olim fuiſſe enarrat Azor. *Inſt. mor p. 2. l. 3. c. 17. q. 3. & nos aliquid diximus in Iur. pōt nou anal. de elect. & ſ. l. 1. c. 37.* In Anglia cōſuetudo inueſtituratū & antiqua fuit, & præfractè defenſa teſtis luculentiſſimus eſt Eadmerus *in historia ſui ſaculi ſiue anni ſalutis 1066. v que 1122. impreſſa Londini 1623. ex quo*, inquit, *Gulielmus Normannia comes terram illam* (Angliam) *debellando ſibi ſubegit, nemo in ea Epiſcopus vel Abbas ante Anſelmum* (de quo maior pars hiſtoriæ agit) *factus eſt, qui non primo fuit homo Regis, ac de manu illius Epiſcopatus vel abbatia inueſtituram, per dationem virgæ paſtoralis, ſuſcepit.* quē morem conatus eſt Anſelmus abolere, eoque in exilium eiectus; & interueniente S. Pontifice reſtitutus. ad quē Eadmerū Ioannes Seldenus notas ſcripſit, & ſpicilegium. & ſingulatim ad locum quē mox citauimus, vbi plures in eandem rē authores citat: qui meminerint huiuſmodi inueſtiturarum per annulum & baculum. adde Ragueau *Indice des droicts royaux. in v. Regale & V. par rain, & par baston.* id eſt per annulum, & baculū. Seldenus *ring* Anglicum facit: vt *reing* Germanicum. nam Germani Saxones eam vocem in Angliā detulerūt. ergo inueſtitura, ceſſio, ſeu traditio erat. quippe annulus, virga, ferula, ſigna erant ceſſionis, traditionis, inueſtituræ: vt & vexillum, ſcipio, haſta, contus, cultellus, gladius. eſt conſuetudo Curię vt regna per gladiū; prouinciæ per vexillum à Principe tradantur, vel recipiantur. *Otho Friſingenſis Epiſcopus. lib. 2. & de geſtis Frederici I. c. 5.* Ragueau. vbi plura de annulo, tam ex hiſtorijs, quā iure ciuili, & canonico: & nuncupatim de inueſtitura Archidiaconi per annulū *c. 12. X. de ſent. & re iud.* in c. 3. X. *de his quæ fiunt à maiori p. rt.* in ſignum inueſtituræ annulus aureus deſtinatus eſt: in c. 4. *de conceſſ. præb.* Pontifex quendam per annulum inueſtiuit: in c. 46. *X. de appel.* donum & inueſtitura coniungitur: deſponſatio fit per annulum in c. 10. *X. de ſent. & re iud. c. noſtrates. c. fœmina. 30. quæſt. 5. c. vlt. X. de deſponſ. impub.*

2. Vt homo regius ſit?

3. Inueſtitura,

4. Signa,

Inueſtituram dignitatum Eccleſiaſticarum à manu laica porrectam ſacris canonibus aduerſari conſtat. *ex can. 29. canonum Apoſtol. Nicena Synodi can. 3. & alijs apud Gratianum diſt. 63. Romana ſub Greg. VII. can. 5. Anthioc. can. 23. c. ſi quis clericus. 16 quæſt. 7.* in Eccleſijs quidem à

5. In beneficijs vt contra canones,

Regi-

Regibus dotatis, ſeu fundatis, vt ius aliquod ſit præſentationis, non eſt ſupra rationem: vt confirmat is vſus rerum temporalium olim à Principibus profectarum memoriam: quamquã tranſierint in dominium Eccleſię poſſeſſionẽque: vt tamen, quaſi in recognitionem inueſtitura detur vt antiquitus conſueuit, eſt tolerabile, pręſertim in fendis, alijſque bonis nexum adhuc aliquẽ aut

6. Vs nihil ſpirituale à Principibus proficiſcatur, ſed poſſeſſionis memoria.

reſpectum habentibus. dummodo meminerint Principes nihil Eccleſiaſticum, ſeu ſpirituale à ſe poſſe proficiſci: eoque non ſpectare illas notas; ſed ad poſſeſſionem facti tantum, recognitionemque temporalem, vt edixit Bonifacius apud Eponem Boetium *de regal. n. 23. collatio beneficiorum ſpiritualis eſt; ſecus credentes hæreticos reputamus.* quare quãuis Vrbanus inueſtituras, & hominia in

7. Hominia tolerata.

Anglis improbauerat; Paſchalis II. tamẽ hominia tolerauit. vt illius literas idem Eadmerus refert: ac denique conuẽtionem inter Regem, & Anſelmum Archiepiſcopũ Cantuarienſem; vt *inpoſterum nunquã per dationem baculi paſtoralis vel annuli,* inquit *quiſquã Epiſcopatu, vel abbatia per Regem, vel quamlibet laicam manum inueſtiretur in Anglia: concedente quoque Anſelmo, vt nullus in prælationẽ electus pro hominio, quod Regi faceret, conſecratione ſuſcepti honoris priuaretur. quibus ita diſpoſitis pæne omnibus Eccleſijs Angliæ, quæ ſuis erant paſtoribus diu viduatæ, per conſilium Anſelmi, ac procerum regni, ſine omni virga paſtoralis, aut annuli inueſtitura, patres à Rege ſunt inſtituti.* ſeu potius, vt hodie loquimur, nominati, ſeu pręſentati, cuiuſmo-

8. Nominatio ſeu præſentatio.

di nominandi priuilegium Regibus Hiſpaniæ, Franciæque, ac Belgij Principibus à S. Põtificibus eſt hodie cõceſſum In Germania per Cõcordata iſtius nationis electiones canonicæ retentę ſunt: iuxta intentionem Concilij Baſilienſis. pro cuius decretis & in Francia magna contentione edita, defenſaque eſt Pragmatica ſanctio. ſed poſtquam Franciſcus I. à Leone X. nominationem Prælatorũ ſibi obtinuit, zelus canonũ & libertatis Eccleſię Gallicanæ, adeo ſemper proclamatus, ea in re, alijſque pluribus per Concordata conceſſis, deferbuit.

Igitur citra huiuſmodi priuilegium perperam fit electio per abuſum poteſtatis ſæcularis. *c. quiſquis. X. de elect.*

9. Citra priuilegium non poteſt Princeps ſe immiſcere.

Sed neque Principes propriè collationes non electiuorũ beneficiorum habent: niſi Reges aliqui forte, & ſublimes Principes. *diximus in Conſult. can. de præbend. c.* 4. vt pote ſpiritualium incapaces. adeo vt nec acquirere poſſe per præſcriptionẽ collationes beneficiorum, contendant citati à Diana *p. 3. t. 1. r.* 65. ſed dicendum potius foret, ſi nõ interuenit Eccleſiaſtica aliqua authoritas, non propriè eſſe beneficia quæ ſic confirmantur; ſed legata pia: ſi interuenit; impropriè dici collationes: interuentum autem Eccleſiaſticæ ſeu admiſſionis, ſeu inſtitutionis, aut quomodocũque nominetur, pro ſpirituali titulo eſſe: *diximus d. conſ.* 4. alia vocabula à Principibus vſurpata reſolui in effectũ præſentationis: Longæuum autem & pacificum vſum in Epiſcopis deſignãdis, vt Principes interueniant, ſi non priuilegium, ſaltem redolere poſſe aliquid ex veteris Eccleſiæ vſu, vt populus interueniret; qui Principi, & in Principem lege regia ius omne tranſtulerit. Huc etiam pertinet, ne Principes citra priuilegium conſtituere poſſint, ne exteri beneficia obtineant. *Diana p. 3. t. 1. r. 26. Azor. Inſt. mor. p.* 1. *l.* 5. *c.* 12. *q.* 9. Item ne quis poſſeſſionem beneficij apprehendat, ſine literis ſeu permiſſu Principis. eſt illud ſiquidem contra libertatem Eccleſiæ. *Diana p.* 1. *t.* 2. *r.* 62. habet enim Eccleſia poteſtatem independentem mittendi clericos in beneficiorum poſſeſſionem. *Azor. Inſt. mor. p.* 1. *l.* 5. *c.* 13. *q.* 6.

10. Nec id præſcribere.

11. Longæuus vſus ſupremorum Principum ac ex Populi olim iure aliquid redoleat?

12. An conſtituant ne exteri promoueantur, ne poſſeſſionem ineant ſine Placito Principum?

CAPVT XXII.

De iudicio poſſeſſorio beneficiorum.

1. Iure laicis non competit quod vſurpant.

IVre merito illud tanquam cauſam ſpiritualem habens, ſpectat ad Iudicem Eccleſiaſticum dumtaxat. *Vide Azor. Inſt. mor. p.1. l.5. c.14. Dianam p.1.t.2.reſ.66.p.5.t.1. reſ.23.* etſi late in contrarium diſſertet Ceuallos. *de cog. per viol.p.2.q.65.diximus alibi.*

CAPVT XXIII.

De iure patronatus.

1. De eo ſtatuit ſolus Eccleſiaſticus, niſi fortè per conſequentiam.

SPirituale illud etſi propriè non ſit; annexum tamen ſpiritualitati ita eſſe, vt illius cognitio ſpectet ad Eccleſiam diximus *l.1. c.38.* ſtatuere ergo, & ius dicere ſuper eo, eſt Eccleſiæ. ideoque, neque ſi crimen commiſerit patronus, quod iure aut moribus confiſcationem irroget, non poterit Iudex illud principaliter confiſcare, ſed implicitè tantum per vniuerſitatem bonorum; aut ſaltem ita, *omnia bona cum patronatu, vel caſtrum cum iure patronatus.* quaſi tunc expreſſio tantum fiat, vt iure ineſt. *Vide Sanches in decalogum l.2.c.19.n.12.* Vide de regio patronatu *l.2.c.84.*

CAPVT XXIV.

De nominationibus academicis.

1. Cauſam ſpiritualem, vtpote beneficialem habent, ſtatuere ergo ſolus Eccl. poteſt.

SVnt inſtar iuris patronatus ex priuilegio conceſſi, ſeu vim præſentationis habent, ac ſpiritualem cauſam; quatenus à Pontifice proficiſcuntur, & in caſum recuſationis ſeu dilationis *mandatum* pontificium continent *de prouidendo.* eoque nominationum cognitio ad ſæculares iure ſpectare non poteſt.

CAPVT XXV.

De Bullis & literis Pontificijs examinandis.

LEgatos Pontificios ſuæ legationis literas exhibere, vt conſtet eſſe tales, non vt facultates debeant examinari, niſi reuerenter, non authoritatiuè, ait Azor. *Inſt. mor. p.1.l.5.c.14.* 1. Legatorum literas non authoritatiuè poſſunt inſpicere Principes.

Idem *ibid. q.3.* de literis Pontificijs per regia tribunalia ſuſpendendis, negatiuè aduerſus Couarr. & leges Hiſpanicas ſentit. permittit tantum de ſubreptione impugnari; authoritate non regia, ſed Eccleſiaſtica ſuſpendi: Bullam cœnæ, ſupplicationem admittere; ſed eam quæ habeat proſecutionem: non quæ dicis tantum cauſa fiat. eoque Caroli V. in Hiſpania legem in re ſpirituali non poſſe eſſe iuſtam. 2. Literæ Pōtificiæ non ab eis, ſed Eccleſiaſticis ſuſpēdi, examinari.

Quare & idem Azor. *p.1.l.5.c.14. q.4.* non licere tradit ſæcularibus cognoſcere, an literæ beneficiales falſæ ſint, an ſubreptitiæ facit. *c. in memoriam. d. 19.* ſpectant enim ad rem ſpiritualem: atque hæc ad iudicium Eccleſiæ: niſi eiuſmodi cognitio per priuilegium Regi ſit conceſſa. vt in Francia non erat tempore Caroli Magni *d. c. in memor.* ſed per Leonem X. Concordatorum obſeruatio. de cæteris eſt quæſtio facti. præſcriptione aut conſuetudine laici ſpiritualium incapaces acquirere ius non poſſunt. 3. An ſubreptitiæ aut falſæ.

Pertinent ergo hæc omnia ad ſpirituales Judices. quemadmodū etiam multo magis cognoſcere an conſtitutio aliqua, Bulla, ſeu decretalis pontificia ſit recipienda, ſeu S. Pontificem conſulere. *c. paſtoralis. X. de fide inſtrum.* præſertim ſi ad materiam fidei ſpectet. quippe non tantum contra damnatas hæreſes inſur- 4. Ad Epiſcopos hæc pertinent, & aduerſus hæreſes imprimis inuigilare.

inſurgere, ſed & ad periculoſam doctrinam attendere Epiſcoporum officium eſt: & ſpeculari, ac vigilare ſuper gregem ſuum. Sic D. Paulus præſcius quod poſt diſceſſionem ſuam exſurgerent viri loquentes peruerſa, vt abducerent diſcipulos poſt ſe; *attendite*, inquit, *vobis & vniuerſo gregi; in quo vos Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos, regere Eccleſiam Dei*: adeoque ex commiſſo regimine vigilare, & attendere debent Epiſcopi, ne quid gregi nocere poſſit. ideoque & Concilium Trid. Decreto *de editione librorũ* contrauenẽtes, & ſcripturam in ſenſum ab Eccleſiā alienum interpretantes, declarari per Ordinarios; & pœnis

5. Ad prædicationes, diſputationes, expoſitiones, lectiones perverſas attendere.

puniri vult: & paulo antè agit de publicis lectionibus, diſputationibus, & prædicationibus, & expoſitionibus. & *ſeſſ. 5. c. 2. §. ſi vero* iubet per eos impediri errores, & ſcandala non tantum, ſed &, ſi hæreſes prædicentur; ſecundùm iuris diſpoſitionem procedi, etiam aduerſus quomodolibet exemptos.

6. (In periculis hæreſeos ceſſat omnis exemptio.)

Quemadmodum & *in c. excommunicamus. 13. §. adijcimus. & §. fin. de hæret.* ſub grauibus pœnis mandatur Ordinarijs, vt aduerſus hæreſum pericula diligenter inuigilent & quo promptius remedium adhibere poſſint, in quæſtione fidei reijcitur omnis exemptio. *d. §. ſi vero. c. vt officium. §. denique. de hæret. in 6.* quod & duabus conſtitutionibus Clementis VII. *incip. ſicut.* & Pij IV. *incip. paſtoris æterni, quæ referuntur in p. 4. Directorij Inquiſitorum Eymerici & Pegnæ* ſtatutum eſt. atque etiam permittat illa ad capturam procedi eorum, qui prædicant populo, vel publice diſputant erroneas concluſiones.

7. Prouidere per capturas,

8. Sicut Inquiſitores.

Et quamquam d. c. vt officium loquatur in Inquiſitoribus; tamen eadem obtinent in Epiſcopis *arg. c. per hæc. §. fin. de hæret. in 6.* quemadmodum idem Pegna *ad quæſt. 56. p. 3. Directorij Eymerici* tradit Epiſcopis ea omnia competere, quæ Inquiſitoribus fauore fidei ſunt conceſſa. & *in 2. p. c. ad abolendam. n. 3. p. 3. ad quæſt. 74.*

De examinandis Pontificijs diplomatibus cùm nuper latè ſcripſiſſet Salgado, eum amplè refutauit Diana, tractatu quem breui à prælo expectamus. Interim fruimur illis quæ dedit *p. 5. t. 2. reſ.* 12. & *nos ſupra tetigimus l. 1. c. 63.*

CAPVT XXVI.

De ſtatuto ne ad Papam appelletur, aut recurſus fiat.

IN cauſa ſua quam proximè huiuſmodi ſtatuta lædunt primatum Romanum, qui eſt de fide. extant antiquiſſimi Canones à Gratiano relati. *2. q. 6. can.* 4. 5. 6. 7. 8. *10. 11. 12. 36.* qui eſt *c. 7.* Concilij Sardicenſis oecumenici, quodque ex primis fuit. *Vide Marth. de iur. p. 4. c.* 56. vnde ad hæreſim vergit eiuſmodi inhibitio. In Concilio quidem Carthaginenſi VI. cui D. Auguſtinus interfuit, de appellatione ad Romanũ Pontificem fuit agitatum, non tamen illa reprobata; ſed modus, de quo ibi erant querelæ. *Vt optimè Layman moral. Theol. l. 1. t. 9. c. 7. §. 2. d. 6.* Quare ipſa quidẽ appellatio, vt reſpicit ſupremam Sedis Rom. poteſtatem, ab illa inſeparabilis eſt, nec priuilegio aut conſuetudine aliud obtineri poteſt. *Paſqual. quæſt. mor. can. q. 7.* vt neque, ne Papæ quis ſubdatur: *idem q.* 8. ſed modus haberi poteſt. vt ſupremis Regum tribunalibus, & olim præfectis prætorio erat conceſſum, ne ab eis appellaretur. quod ipſum à Papa tributum dicitur ſupremo tribunali Inquiſitionis Hiſpanicæ. *Paſqual. q.* 11. quomodo & à Leone X. Belgis conceſſum, vt extra patriam trahi non poſſint: ſed in prima inſtantia, vt ſonat Bulla; & me-

1. Vt ad hæreſim vergat huiuſmodi inhibitio.

morat Paſqualig.*q.9.* & Brabantis, ne quomodocumque extra Brabantiam, Bulla vt vocant aurea: ſed ea ab Imperatoria poteſtate data, non ſpectat Pontificiam: & quatenus compellat Epiſcopos, reſpicit illos vt Imperij Principes; non quà Epiſcopos. *Paſqual.ibid.q.*10. atque hodie Ordinarijs prima inſtantia generaliter reſeruatur à Concilio Trid.*ſ* 24.*c.*20. Ideoque ſi non tam appellatio ipſa, & recurſus inhibeatur, quam proſecutio in Aula Romana; ſed mandetur vt appellans, vel recurrens impetret delegatum, qui cognoſcat in partibus; etſi aduerſentur iam dicti canones, & Bulla *cœna.ſ.* 13.*& ſeqq.* tamen quia non tam appellationi impedimentum ponitur; quam modus proſecutionis præſcribitur, non peruenit ad ſummum mali nam & fere Gallis id cōceſſum eſt per Concordata & alij nonnulli ad imitationem vſurpant. & praxis apud nos inualuit, vt in literis Placiti regij ſuper diplomatibus beneficiarijs inſeratur clauſula, vt ſi deſuper lis oriatur, ea in poſſeſſorio tractetur coram Concilio Regio; in petitorio coram Ordinario: ſi appelletur autem, impetrentur exinde Iudices, qui in partibus cognoſcant. quæ praxis ad alias materias aliquando traducitur, & bonorum apprehenſione ad eam coguntur appellantes ſubditi: exteri autem, qui nec bona hîc habent, nec iſtâ viâ cogi poſſunt, Romam cauſam traherè per priuilegia non impediuntur; ſed, ſi executione hîc, & brachio ſæculari opus erit; nō facilè iuuabuntur. An qui praxim huiuſmodi ſine priuilegio exercent; citationes Romanas in ſecunda aut vlteriori inſtantia, & multo magis qui ſententias partibus auditis Romæ latas, impediunt; imo arbitrariam punitionem exequentibus, quamuis per ceuſuras Romæ publicandas, comminantur; ad prohibitiuos canones, & Bullam Cœnæ ſpectent, ex

(2. Quid ſi nō ad excludendam Papæ authoritatem, ſed vt deleget in partibus?)

illorum mente facile colligi poteſt. Rectius Synodus Hiſpana decreuit ante aliquot annos; rogandum eſſe Pontificem, vt Iudices in partibus delegentur: ne Romam peregrinari oporteat. quod vt diximus Frãci multo plenius obtinuerunt per Concordata cum Leone X. approbante Concilio Lateranenſi inita an. 1516. Liberalitatis cauſa aſſignatur à Rege Euangelico *Matthæi c.*18. his verbis; *quoniam rogaſti me*, quanto ergo ſatius eſt rogare, quam marte ſuo agentem de cenſuris periclitari!

CAPVT XXVII.

Statutum ne laici agant, aut conueniantur coram Eccleſiaſtico,

PRocul dubio inualidum eſt iis in caſibus, in quibus competit Eccleſiæ iuriſdictio. *c. fin. X. de reb. Eccl.non alien. c.nou. de ſent.excom* ſed quæri poteſt an in cauſis realibus, & perſonalibus, non Eccleſiaſticis, prohiberi partes poſſint prorogare iuriſdictionē Eccleſiaſtici Iudicis? contra *l. ſi quis ex conſenſu.C. de Epiſc. audien.* quemadmodū Eccleſia prohibuit clericis, ne prorogent iuriſdictionem laici. *c. ſi diligenti. X. de for.compet.* ſed cum ea lex; atque alia Theodoſij, & Caroli Magni, *de quibus in c. nouit. X. de iud.* latæ ſint non tanquam priuilegium cleri; ſed in commodum populi; ex fiducia legiſlatorum, de iuſtitia rectius per Iudicem Eccleſiaſticum adminiſtranda; per huiuſmodi ſtatutum non videtur deperire iuriſdictio Eccleſiæ, ideoque conſtitutiones regiæ in Francia, vbi iuriſdictio in quæſtu eſt, & officia precio comparantur, vetant in cauſa temporali laicum ad Iudicem Eccleſiaſticum trahi. &c. quamuis Martha *de iur p.*4.*caſ.*92. eorum opinionem eſſe falſam dicat, tamen leges Principum,

(1. Simpliciter eſt contra libertatem Eccl. ſiæ, dum ſuo iure ſdituæ.)

(2. Non ſi in cauſis ciuilibus inter laicos.)

pum, qui Imperatores non recognoſcunt, eneruari non poterunt, vbi Eccleſiæ nihil iuris, aut priuilegij decedit. apud nos de communi partium conſenſu *iuxta d. l. ſi quis* laici coram Eccleſiaſtco Iudice litigare non impediuntur. ſed Concordata Brabantiæ ann. 1541. *§. de diuiſion.* expreſſam prorogationem partium, non procuratorum requirunt. quod aduerſus inuitos Theodoſij & Caroli Magni conſtitutio permittebat. *d. c. nouit.* edicta hîc & patriæ priuilegia vetant. atque etiam canones. *c. ſi clericus laicum. X. de for. compet.*

3. Quando tamen inter eos iudicauit, non eſt in vſu, ne appelletur, ſed ad ſuperiorem Eccleſ.

Cæterum cum Epiſcopi aditi *ex d. l. ſi quis ex conſenſu*, aliâſue indicauerint in rebus ſæcularibus, illud tum illorum reuerentiæ à lege tribuitur, vt à ſententia illorum prouocari non poſſit: ſicut nec à præfecto prætorio *l. 9. C. eod.* aut ſaltem ſemel dumtaxat, ſi confirmata fuerit, iure poſtremo. *auth. ſeqq. ibid.* quare ſi populus adire Eccleſiaſticum vetetur pro re temporali, nihil illi decedit, ſed populo tantum: ſi tamen partes non obſtante Principis prohibitione acceſſerint, atque ille iudicauerit, tum porro, niſi eius ſententiæ deferatur *iuxta d. l. 9. & auth ſeqq.* reuerentia; peccabitur contra Eccleſiæ priuilegium conditionale, dum partes prorogauerunt eius iuriſdictionem. tametſi vt hodie res ſe habent, vſus eiuſmodi appellationem in foro Eccleſiaſtico proſequendam non refugiat. cum in re canonico olim magis, quam ciuili, v. g. ab interlocutionibus, liceret appellare, etſi hoc Concilium Trid. emendarit. *ſ. 24. c. 20.*

CAPVT XXVIII.

De Papa poteſtate circa bella Regum.

1. In pace Principum curanda, quantum religionis cauſa exigit.

COnuenit noſtris tempeſtatibus quæſtio: & dicendum eſt S. Pontificem poſſe inter duos ſupremos Principes Chriſtianos periculosè diſſidentes interuenire, ſi Eccleſiæ incommoda timeantur, quo poteſtas clauium, illarumque finis ſupernaturalis porrigatur, *citati à Diana p. 1. t. 2. reſ. 123. p. 6. t. 4. r. 2. & Matth. de iuriſdict. p. 1. late.* etiam ex eo iure gladij vtriuſque, quem hic in Eccleſia eſſe contendit, etiam directè: & quo ſenſu accipit c. vnam *ſanctam. de maior. & obed. in extrauag. commun.* ſed non videtur illum ſenſum ſequi Pontifex *in c. nouit. X. de iud.* vbi inter Reges Franciæ & Angliæ cauſam iuramenti, & alias aſſumit, de feudo negat iudicare ſe velle. denuntiationem Euangelicam admittit; & ſecundum illam delatæ querelæ cognitionem, & cenſuram *diximus ſup. l. 1. c. 51. l. 1. c. 2. & in Hiatu l. 2. c. 1. l. 3. c. 1.*

2. Non directâ poteſtate in temporalia.

3. Leges bono ſpirituali aduerſantes corrigere, &c.

Ex eodemque ſuo principio Diana contendit, poſſe Pontificem leges ſęculares iniuſtas, & bono ſpirituali aduerſantes abrogare, & extinguere: imo aduerſus Reges, atque Principes ſi ei incommodantes ſtatuere: hæreticis, ſchiſmaticis, infidelibus Eccleſiam oppugnantibus, auxilium præſtantes, aut quid facientes, quod in Eccleſiæ cedat detrimentum, Eccleſiæ gladio percutere: & quocumque modo cauere, ne illa capiat detrimentum. *Vide ſ. l. 1. c. 2. c. 61. §. 2. n. 7. 11.*

CAPVT XXIX.

De ſtatutis circa forenſia iudicia.

1. Nō poſſunt laici æquiparari clericis, ſi qua tatione libertati officitur.

QVam ſæpiſſimè in his exceditur: dum qualitercumque cleri priuilegia offenduntur. vt ſi edicatur vt clerici laicis æquiparentur in iudicijs. etſi enim id tolerari poteſt, quatenus ex æquo ius omnibus ſit reddendum: ſed non vt ceſſent priuilegia clero conceſſa: ſiue quoad ordinationem litis, ſiue aliàs.

quæ

quæ ſemel conceſſa nec concedentes, nec ſucceſſores ex arbitrio reuocare poſſunt. *Martha, & citati de iuriſd. p.* 4. *c.* 52. non ergo hoc ſtatutum poteſt tolerari, quatenus aliquid minuit de iure clero competenti, vel vltra illud grauat. *Auth. caſſa C. de ſacroſanct. Eccleſ. Marth. de iuriſd. p.* 4. *c.* 55.

CAPVT XXX.

De voluntaria clericorum condemnatione.

1. Nec volens quidem clericus cõdemnari poteſt a laico, niſi forte tanquam actor litigatit.

IN quibus cauſis clericus ſiſti Iudici ſæculari non poteſt, non itidem is poterit in eum, quamuis nec inuitum, dictare ſententiam. quare & Judex chartularius, non poteſt in clericum voluntariam ferre condemnationem. quia neque ipſe iuriſdictionem habet in clericos, ſicut in laicos coram ipſo contrahentes; neque clericus poteſt illam prorogare. quod ſi autem clericus laicum conuenerit, & tranſegerit; ea tranſactio ſententiâ Judicis laici confirmari, & ab eo tranſigentes cõdemnari poterunt. quia ius tribuat poteſtatem Iudici laico in clericum actorem. Quare præceptum quod fit in inſtrumentis *guarentigiatis*, in clerico non habet locum, quamuis in laico contrahente cum clerico nihil obſtet. *Martha de Iuriſd. p.* 4. *c.* 61. tametſi praxis noſtra, quæ eſt vt ex chirographis, & inſtrumentis liquidis iudicatur prouiſionalis conſignatio, vt eo ſenſu alibi diximus, non malè ex foro ſæculari in Eccleſiaſticum ſit recepta. Vide de his M. Ant. *Gen. in prax. c.* 16. vbi etiam quærit de laicis vt ſupra condemnatis, & poſtea factis clericis, & contra. *de quo etiam diximus ſup. l.* 1. *c.* 24. *n.* 12.

CAPVT XXXI.

Statutum quomodocumque impediens declinatoriam fori,

non poteſt comprehendere, aut præiudicare clericis, ſiue in genere, ſiue in ſpecie: ſiue tacitè, ſiue expreſsè procedat. quia vergit in diminutionem Eccleſiaſticæ libertatis; exemptioniſque à ſæculari poteſtate. *latè Marth. de iuriſdict. p.* 4 *c.* 36. Multo minus recipi poteſt ſtatutum, disertè clericum, v. g. falſum teſtantem coram laico, ei ſubijciens. *Azor. Inſt. mor. p.* 1. *l.* 5. *c.* 13. *quæſt.* 2. 1. Non poteſt præiudicare clerico.

CAPVT XXXII.

Statutum ne forenſis audiatur ſine fideiuſſione,

non ſtringit clericos: qui iure ciuium debent cenſeri. ſi autem agit de quocumque ſuo tribunali non ſubdito; non debet ſeruari quatenus aliquid minuit de iure clero competenti, vel vltra illud grauat. *Auth. caſſa. C. de ſacroſ. Eccleſ. Marth. de Iuriſ. p.* 4. *c.* 55. 1. Non poteſt grauare clericum.

CAPVT XXXIII.

De ſtatuto ne priuilegijs gaudeant non ſubditi.

SI Princeps magiſtratuſue declarat ſe nolle, vt priuilegijs ſuis vtantur non ſubditi; ait Diana *p.* 1. *t.* 2. *reſ.* 58. eſſe contra libertatem Eccleſiaſticam. quia aufert quod competit iure, ſcilicet vti priuilegijs vniuerſitati conceſſis. Verum quod ſub modo & exceptione cõceditur, non aliter competit: nondum ergo conceſſum, non aufertur: 1. Qood cadē lege proponitur, ſtare poteſt ſi generaliter tantum intenditur ſine reſpectu ad clerum.

tur: nec concedit niſi ſub modo; & aliter concedere non tenetur. *diximus ſ. l. 2. c. 2. n. 21.* quare Azor. *Inſt. mor. p. 1. l. 5. c. 13. q. 4. & 5.* ſtatuto ait decerni poſſe beneficium per illud inductum clerico non cōmunicari: olim per aliud conceſſum, non poſſe auferri. quia donatio & liberalitas ſemel acceptata non poteſt reuocari. ſed ſi clerici tamen vt ciues, reijciantur, aliquid incongrui affricari videtur. Quod autem in ſecundo ait eleēmoſynam per ſtatutum quotannis certo pio collegio ſolui præſcriptā, per aliud ſtatutum reuocari non poſſe; id vero difficultatem patitur; quod huiuſmodi ſtatutum rebus ſic ſtantibus intelligēdum videatur: præſertim ex titulo eleēmoſynæ: vt naturā ſuā nō obliget in futurum. *l. ſi certis annis. C. de pact. ipſe Azor p. 1. l. 5. c. 18. q. 5.* ideoque ſi acciſum fuerit patrimonium rei publicæ per bellum, aliaſque clades, mutari rationes œconomię adminiſtrandę poſſunt. *l. 5. D. de decret. ab ordin. faciend.* vt tamen non animus minuendi priuilegij Eccleſiaſtici ſubſit: ſed vt publicæ penuriæ conſulatur. alioquin ſeruanda eſt lex priuilegia. *C. de ſacroſ. Eccl.*

2. Non poteſt auferri olim conceſſum priuilegiū.

3. Annua eleemoſyna vt auferri poſſit.

CAPVT XXXIV.

De moratorijs generalibus à clerico non participandis.

NE gaudeant immunitate expeditę ſolutionis, ſe beneficio literatū moratoriarum clerici, quo gaudēt omnes incolę ex conceſſione ſtatuti ante facti, eſt contra immunitatē Eccleſię. auferēdo quod iure illic communi competit. *Diana p. 1. t. 2. r. 58.* qui & *r. 60.* abrogationem ſtatuti, quod Eccleſiæ fauorem continet, quamnis particularis, eſſe ait contra Bullam *cœna §. 15. in verb. quarumcumque Eccleſiarum iuribus quomodolibet præiudicatur.*

4. Si priori conceſſione competunt, auferri non poſſunt.

CAPVT XXXV.

De ceſſione à laico facta clerico.

PRohibetur illa *in c. 2. X. de alien. iud. mut. cauſ.* duabus ex cauſis. quod prohibitæ ſunt ceſſiones factæ in potentiores: & odioſæ; quod ex fonte cupiditatis videntur procedere. ſignificat ergo d. c. 2. cenſeri clericum laico potentiorem; tametſi Martha *de iur. p. 4. caſ. 91.* neget eſſe potentiorem: niſi munus & adminiſtrationem aliquam habeat. ſed tamen negari non poteſt, quin huiuſmodi ceſſio duriorem reddat cauſam aduerſario, ob fauorem Ordinis, & exemptionis priuilegium. & agit Greg. IX. *in d. c. 2.* de quibuſdam clericis loci de Ipretis (Ipræ hodie dicūtur. idque intelligitur ex prælatis vicinis, quibus inſcribitur eadem decretalis) Ipris autem certum eſt illius tempore non fuiſſe niſi vnam Præpoſituram regularē: clericos ſæculares fuiſſe ſine dignitate, aut adminiſtratione: & conſiderat Pontifex litigij vitium. quo cauſas à ſæculari ad Eccleſiaſticum Judicem trahere conantur; & *prædam*, inquit, *ex huiuſmodi commercio aſſequi.* itaque ſi ſine vitio auaritiæ, & caſu aliâs non prohibito, dono vel pretio citra fraudem in Eccleſiam quid transſcribatur, ſine aduerſarij incommodo; ceſſio non cenſebitur interdicta. *Vide gloſſ. in d. c. 2. verb. ſanctiones. Martham & citatos d. caſ. 91.* cum ceſſent cauſæ prohibitionis *d. c. 2.* propoſitæ. Vide etiam Martham *p. 4. c. 35. n. 22.* dum neque cupiditas ſubeſt, nec intentio vexandi aduerſarium. quæ *in d. c. 2.* proponuntur.

1. Prohibetur.

2. Ob litigium & auaritiam.

3. Quæ ſi ceſſeot, ad ceſſio ſit licita.

Quare & vitium litigij etiam clericos tenet. *c. Eccleſia. S. Mariæ. X. vt lite pend.* vt interim alienari, dum litigatur, res non poſſit. Cæterum ſi quid ſecus fiat, Eccleſia-

4. Secus facta à Iudice Eccleſiaſtico emendantur.

ſiaſtico iudicio emendandum eſt. *Vide Marth. de Iur. p. 4. d. c. 35.*

CAPVT XXXVI.

De inſtantia peremptione.

ALiter per leges, aliter per canones perit. clericus coram laico litigans nihil debet extra ordinationem litis amittere. ſed quia dici ſolet inſtantia perempta, non perire cauſam; ſed poſſe de nono inchoari: non facile dabitur, vt in

1. Clericus & laicus ex æquo iudicantur cum nō nocetur libertati.

iudicijs clericus à laico, quoad inſtantiam, multum debeat differre. etſi per mortem litigantis inſtantia perierit, ſaltem poſt litis conteſtationem: qua inductus eſt quaſi contractus. niſi fortè quoad fori mutationem ex perſona clerici. *Vide quæ ſupra diximus l. 1. c. 24. n. 4. Mynſ. cent. 3. obſ 44. & ſeqq. citatos à Marth. de iuriſdict. p. 4. c. 32. 33.*

CAPVT XXXVII.

Statutum, vt plena fides habeatur libris mercatorum,

1. Io curijs etiam Eccleſiaſticis recipitur:

an obtineat aduerſus clericos? ex communi ratione decidendum eſt obtinere, etiam in curijs Eccleſiaſticis, aduerſus clericum qui cōtraxit cum mercatore: cuius conditionem priuilegiatam & ſcire, & ſequi præſumitur. *l. qui cum alio. D. de reg. iur.* dummodo agatur de rebus

2. io rebus mercatorijs.

mercatorijs. nam in alijs priuilegiatus ille non eſt *arg. legis ſi quis ex argentarijs. §. in ratione. D. de eden.* quamquam enim huiuſmodi ſtatutum non valere plures contendant; vſu tamen obtinet. *Vide Marth. & citatos de iur. p. 4. caſ. 84.*

CAPVT XXXVIII.

Statutum ſuper notarijs,

Ne v. g. notarius forenſis in diſtrictu ſtatuentium inſtrumenta conficiat; alioquin ea non valeant; validum eſt reſpectu forenſium, ab aliorum territoriorum dominis creatorum: non item reſpectu creatorum à Papa, vel Imperatore, vel alioquin ſtatuentium ſuperiore. *Vide Marth. de iur. p. 4. caſ. 87.* vtique quoad Imperatorem in terris Imperij: quoad Papam in terris Eccleſiæ, in cauſis merè temporalibus: nam in Eccleſiaſticis, per orbem vniuerſum eius agnoſcenda eſt authoritas. Eccleſiaſticæ cauſæ intelliguntur vt *in c. 10. ſeſſ. 22. Concil Trid.* eoque, cum & locorum Ordinarijs iure conceſſum ſit, pro cauſis ſuæ iuriſdictionis creare notarios; ad hos non porrigentur ſtatuta ſæcularia: quæ quoquo modo lædere poſſent authoritatem Ordinariorum, vel Eccleſiæ libertatem.

1. Non excludit Papam, aut ſtatuentium Principem.

2. Nec Ordinarium Eccleſiaſticum pro cauſis ſuæ Iuriſdictionis.

CAPVT XXXIX.

Statutum de præſcriptione.

STatutariam præſcriptionē aduerſus Eccleſiam non currere, niſi 40. annorum; & quamuis res prohibita alienari non prohibeatur præſcribi; tamen res Eccleſiæ ſine forma extrauagantis *ambitioſæ* alienatas, (quia illa reuera non præſumptiuè debeat interueniſſe, & ſine illa corruat actus, inficiatque titulum & fidem acquirentis,) nullo vnquam tempore præſcribi contendit Martha *de iuriſdict. p. 4. caſ. 94. p. 4. c. 43.* Verum id ex titulis appareat oportet, alioquin

1. Non afficit Eccleſiæ.

poſt

poſt tempora præſcriptionum res præſumentur ſolemniter actæ. præterquam quod eadem extrauagans paucis in locis vſu ſit recepta.

CAPVT XL.

An poteſtate ſæcularium legum teſtamentum clerici ſit ſolutum?

1. Non obeſt poteſtas patria clericis.

POteſtas patria teſtamentis clericorum non obſtat. *auth presbyteros. C. de Epiſc. & cler.* an nec poteſtas ſæcularium magiſtratuum, & legum? libertati Eccleſiaſticæ officere putantur, quæ ſæculares volunt ſtatuere, Eccleſiaſticos expreſsè vel tacitè comprehendendo. *c. Eccleſia. X. de conſtitut. & ibi DD. c. non placuit. 16. q. 7. c. ſæculares de for. compet. in 6. Diana p. 1. t. 2. num. 7. Vide ſup. l. 2. c. 1. & 2.* vbi egimus generatim de legibus & ſtatutis. eoque ſtatutum ne valeat teſtamentum, niſi præſente parocho conditum, non includere clericum, tradit Salicetus, *& alij citati à Martha de iuriſdict. p. 4. cent. 1. caſ 28. n. 12.* quod vt in ſtatutis Magiſtratuum admittatur, propter authenticam *caſſ. C. de Epiſc. & cler.* tamen in legibus Regum & Principum, ſupremorum, non facilè obtinebitur. *Vt diximus in Conſult. can. de teſtam. conſ. 3. & 5.* propter diſſonantiam corporis politici, & ſupremitatem Regum, ſaltem quoad res temporales. *ibid. de immunitat. conſult 1. in princ. Non ſunt* inquit Bellarm. *lib. de cler. c. 28. exempti clerici vllo modo ab obſeruatione legum ciuilium, quæ non repugnant ſacris canonibus, vel officio clericali:* loquitur autem non de vi coactiua: ſed quæ naſcitur ex ea ratione, quod *clerici,* inquit, *præterquam quod clerici, ſunt etiam ciues, & partes quædam rei politicæ.* Vtrum autem clerici gaudere debeant priuilegio militum quatenus illi ſolemnitatibus iuris ciuilis ſoluti ſint, iure tamen canonico requiſitis teneantur? vide Cucchum *in Inſt. maior. l. 3. c. 9. n. 50. Euerard. in loc. legal. à milite armata militia ad cler.*

2. Nec magiſtratus ſæcularis.

3. Sed legibus ſupremorum Principum generaliter latis ſe debent conformare.

Quæro, lex regni ſit (vt eſt Neapoli) vt teſtamenta ſcribi debeant per notarium regium, aliâs ſint irrita: (vt & hic edictum 7. oct. 1531. exigit, probatū à Concilio prouinciali, ſub pœna inhabilitatis, & correctionis) ſi notarius qui eſt Apoſtolicus tantum, ſcripſerit teſtamentum clerici; an ſubſiſtat? & deciſum refert Martha Neapoli *n. 22.* valere. quod multo magis hîc dicēdum eſt; vbi nullitatis pœna edicto nō eſt expreſſa: & inhabilitatis pœna, ob defectum admiſſionis, & literas non expeditas, non rem ſpectat, ſed notariū, & publico exercitio tectum collyrium recipit à lege Barbarius *D. de off. prætor.* & à ratione, quod generalia Principis ſæcularis verba ad perſonas, & res ſæculares tantum porrigi ſint intelligenda. *d. c. Eccleſia.* Quemadmodum Concilium *Trident. ſeſſ. 22. c. 10.* notariorum examen exigit, & inidoneis exercitium vult prohiberi *in negocijs,* inquit, *litibus, & cauſis Eccleſiaſticis, ac ſpiritualibus.* prohibitio ergo ſæcularis, ex paritate, venit reſtringenda ad negotia, lites, & cauſas ſæculares. quamuis Concilium idòneorum regiorum notariorum in cauſis Eccleſiaſticis *argumento à contrario. & legis cum prætor. D. de iudic.* exercitium admittat: lex Neapolitana, & Belgica Apoſtolicorum in ſæcularibus prohibeat. & Neapolitana quidem expreſsè clericos Iudices, aut notarios vllatenus ſtatui: quod rectè Martha *n.* 18. ait contrariari d. c. *Eccleſia:* ſi generaliter ſumatur: non autem ſi quaſi in executionem tituli *X. Ne clerici vel monachi negocijs ſæcularibus ſe immiſceant.*

4. Quid ſi leges exigant notarium regiū, alias ſint irrita teſtamenta?

Rectè & illud Martha *num.* 20. mortuo clerico hæreditatem, vt deferatur, defuncti perſonam

ſuſtinere: *ex l.hæreditas.*34. *D.de acquirend. rer.dom. & quæ ibidem à gloſſa citantur*, eoque iure Eccleſiaſtico deferri: & ſic ex teſtamento eo inre valido: ſæcularia autem edicta aut ſtatuta hæreditatem eccleſiaſticam non afficere. Poſtquam autem adita hæreditas eſt, & executioni mandata clerici teſtatoris voluntas; quæ plenè in laicos tranſiuerunt, deſinunt eſſe Eccleſiaſtica. *l.per curatorem. D.de acquir.hæred.* & tunc poteſt incipere deberi ex reſiduo gabella, ſi hæres laicus bona efferat; quæ eo caſu ſtatuta eſt. *Vide Fragoſum Regim.reip.l.2.d.4.§.4. memb.5.*

5. Hæreditas clerici defertur ex teſtamento, ſi iure canonico valiдum ſit.

CAPVT XLI.

Statutum, ſeu teſtamentum minus tribuens in caſum ingreſſus religionis, an valeat? & de teſtamento clerici.

1. Si eo fine ſit, irritū eſt ſtatutum.

TEſtatoris voluntas priuata lex dicitur. ideoque regulis fere iiſdem lex, & teſtamentum vtuntur. ſtatutum ne clericus aut monachus effectus capiat, quod alioquin iure ei obueniret, pro non valido habetur: tam ex defectu poteſtatis *c. Eccleſia S. Mariæ. X. de conſtitut.* quam offenſione libertatis Eccleſiaſticæ. *c.1. de immun. Eccl.in 6. Vide Marth.de iuriſd.p.4.c.76. Vide J.l. 2.c.44.* eodemque modo irritum ait is teſtamētū *c.*80. quod de eo, quod alias competeret, aliquid diminuit. *Vide etiam citatos à Diana p.1.t.2.reſ.*124. Verum quidem eſt per ingreſſum monaſterij euaneſcere ſubſtitutionem; & pro non ſcripta haberi conditionem, *ſi ſine liberis moriatur*; & ſimiles *§. ſed & hoc præſenti. in Authent. de ſanctiſſ. Epiſc.* quod obtinet etiamſi dixerit teſtator *ſine liberis naturalibus & legitimis*, item *de ſuo corpore*: *Martha ibid. c.*95. ſed rectè Menoch. *lib.4. præſumpt.*83. accipit eum authenticæ locum cum pater de monaſterij ingreſſu nihil expreſſit. nam nec illius textus meminit in conditionibus à teſtatore appoſitis; vt malè ait Martha; ſed præſumit lex, ſi patri caſus fuiſſet propoſitus, eam conditionem non appoſiturum fuiſſe. eoque, piè interpretando diſpoſitionem, tanquam caſum omiſſum ſupplet: at ſi teſtator exprimat; dicendum eſt non iniquam eſſe voluntatem: cum liber vltimi elogij debeat eſſe ſtylus; & quiſque rei ſuæ ſit moderator, & arbiter: eoque eſſe pro lege ſeruandam. vt deciſum eſt *in l.Deo nobis.§. hoc etiam cognitum. C.de Epiſc. & cler.* vbi diſertè ſtatuitur, vt ob ingreſſum monaſterij nequeat quis exhæredari; debeat habere legitimam; poſſit dare amplius, ſi velit, pater: ſi is autem nihil declarauerit; capiat quicquid obueniſſet ab inteſtato. ergo quicquid declarauerit, dummodo filius retineat legitimam, ratum erit. Ait Martha, & ab eo citati, eam legem eſſe correctam per d. Authenticam; ſed legum correctio vitanda dicitur, niſi fiat expreſsè. *l.præcipimus. C.de appell.* at hic ea diſtinctio d.legis. *Deo nobis.* non corrigitur expreſsè: ſed generalibus tantum verbis, ſeu indiſtinctè dicitur, euaneſcere, & pro non ſcriptis eſſe ſubſtitutiones, & d. conditiones: ſolemus autem leges indiſtinctas per alias diſtinguere, & legum rationes inſpicere. & vſu hanc opinionem eſſe receptam adeo quidam aiunt; vt nec ab ea ſit recedendum: tametſi Martha *n.*10. *& ſeqq.* nulla eam conſuetudine introduci poſſe arguat. rerum optima dicitur ipſarum legum interpres eſſe conſuetudo. eoque ſi de interpretatione legis quæratur, videndum eſſe quo iure retro ciuitas in huiuſmodi caſibus vſa ſit. *l. ſi de interpret. D.de legib.* & conſuetudinem etiam à clericis ſeruandam diximus *ſup.l.2.c.3.*

2. Per ingreſſum religionis iure euaneſcit ſubſtitutio, non ſi teſtator in eum caſum expreſsè prouiderit.

3. Quid vbi edicta & conſuetudo manus mortuas excludunt?

Sed

4. Eccleſia teſtatoris bona non contra pit contra apertā eius voluntatē. Sed neque dicendum eſt libertatem teſtatoris eſſe contra libertatem Eccleſiæ: quæ inprimis eſt cultrix iuſtitiæ: nec rem alienam attrahere cupit ſine voluntate domini. quinimo nec ſine publica cauſa, eaque neceſſaria, teſtatoris voluntas mutanda eſt. *Jl.2.c.68.* Sed neque illius poteſtatē Principi ſæculari facit Martha: *p.4.c.74.* vnde ergo legiſlatori? ideoque, ſi nō poſſit Princeps mutare vltimas voluntates; dicendum eſt Iuſtinianum *in d. Authent.* vtique noluiſſe, quod non poſſet.

5. Quid ſi ſubſtitutus ſit alter teſtatoris filius, an adhuc euaneſcat ſubſtitutio per ingreſſum primi? Quare & quod quæritur, cum ſubſtitutus eſt alter teſtatoris filius, an locus ſit d. *§. ſed & hoc præſenti?* cum indiſtinctè loquatur: & exiſtimem eſſe quæſtionem voluntatis, an eum in caſum non maluerit filium monaſterio præferri. nec verum eſt, quod ait Martha *d.c.95. n.22.* non poſſe dari caſum qui religione maiorem contineat fauorē: nam id reprobat Chriſtus, *Matth. 15. refutans illud; munus quodcumque eſt ex me, tibi proderit.* quia in filio eſſe poteſt; cum teſtator peccat contra c. ſi quis 13. *q.2.* vt nec rectè illud, etiam ante profeſſionem habere locum d. *§. ſed & hoc præſenti:* ſaltem hodie, *vt diximus in Iur. pont. nou. anal. de regul. n.28.*

6. An per clericatum euaneſcat? Sed an illud; quod *n.15.* d. *§.* ſed & *hoc præſenti* obtinere omnimodo velit in clerico ſæculari? exprimit quidem d. *§. ſed &* etiam clericum; & dicit gloſſa ſaltem non cedere Eccleſiæ: cum diſponere poſſit, & teſtari. *§. presbyteros. ibid.* quin & clerici inteſtati bona patrimonialia conſanguineis cedant. *gloſſ. in c.2. X. de ſucceſſ. ab Inteſt.* quanto magis vbi fideicommiſſo ſubiecta ſunt? admittendum eſt tamen, vt, quamuis clerico iam ſacris initiato nulla ſuperſit ſpes liberorum; tamen quantiſper viuit, inefficax ſit ſubſtitutio: tum fauore clericatus; tum quod is nondum eſt mortuus, quamuis certum ſit moriturum; & quidem ſine liberis.

Rectè tamen idem Martha *c.81.* legatum viduæ, donec vidua fuerit, caſteque vixerit per ingreſſum religionis ait non auferri. quamuis Chriſto nupſerit. per illum enim non deſinit eſſe vidua. *c. vidua. diſt. 34.* & d. *§.* præſenti *in v. quibuſcumque* omnes ibi commemoratis ſimiles conditiones comprehendit.

CAPVT XLII.

Paternæ poteſtatis iura in filium clericum; patronatus in libertum; an locum habeant?

POteſt pater filium vendere ad pellendam famem. *l.2.C. de pat. qui filios diſtraxerunt.* libertus, ſi ſit ingratus, poteſt reuocari in ſeruitutem. *l. libertus. C. de libert. & eor. lib.* & quamuis non omnes clerici à patria poteſtate liberentur, *vt ſupra l. 1. c.21. diximus,* & patrem inopem alere teneantur: vendi tamen à patre non poſſunt: ne iniuria Ordini irrogetur. *citati à Marth. de iur. p.4. caſ.90.* ſeruus autem de conſenſu domini ordinatus, ita ſit liber; vt viles operas, & clero indignas, præſtare non teneatur: vt & perſonalium munerum publicorum ſiunt clerici expertes. *l. presbyteros. C. de Epiſc. & cler.* inſcio autem domino ordinatus deponitur, eique reſtituitur. *c.2. 6. X. de ſeru. non ordinand.* ingratus etiam denegans operas nō indignas, deponitur. *c. nullus. c. eo. ibid.* ſed & indignitas operarum ſpectatur ex gradu ordinum. *d.c.2. & 7.* quia ſacros, inter quos & ſubdiaconatus hodie *d c.7.* quædam decent, quæ in minoribus tolerari poſſunt. presbyteris dum maioribus vacant, non conuenit miniſtrare menſæ, ad quod munus diaconi inſtituti ſunt. *Actor. c.6.* inferiores vero etiam minora præſtare poſſunt.

1. Ad omnia tenentur quæ salua honore ordinis præſtari poſſunt.

2. Alioquin in priſtinum ſtatum rediguntur, ſeu alias puniuntur.

3. Quædam non decent ſacros ordines quæ minores nō dedecent.

ſunt. *de quibus vide diſt.* 91. de differentia clericorum. *diſtinct.* 93. 94. 95.

4. Statutum indifferẽter augens, minuenſue legitimam, à clerico ſeruandum.

Huc etiam pertinet, vt ſi ſtatutum indifferenter augeat, minuatne legitimam parentum, filiorumue; vt ſtatutum clericus monachuſue pater filiuſque ſequi debeat: neque patris poteſtas, neque filij ſuitas aliud hic operetur in clerico, quam laico. *diximus ſup. l. 2. c. 2. n.* 17.

CAPVT XLIII.

Statutum minuens pœnas iniuriantium clericis,

1. Præiudicat immunitati clericorum eoque irritum eſt,

non aliter recipi poteſt; quam vbi iuſta ſingularisue circumſtantia ſuaſerit. quæ enim per leges aut canones decreta ſunt in eos, qui clericis iniuriam inferunt; re ipſa continent priuilegium cleri; & ſecuritatem: porro in detrimentum illius quidquam ſtatuere, toto genere prohibitum eſt. *c. quanto. X. de priuil.* v. g. homicidæ debetur pœna mortis, ſi homicidæ clerici ſtatutum dumtaxat imponat pecuniariam, detrabit libertati, & ſecuritati Eccleſiæ: eoque irritum eſt *citati à Martha de iur. p. 4. caſ.* 60.

2. Generaliter iniquum, ſi condignas homicidio pœnas tollit, aut nimium minuit, vt pecũnia tantũ mulctet,

Omitto iniquitatem ſtatuti, ſi generaliter homicidæ, cui diuino & humano iure mors infligenda eſt, pecunia tantum indicitur. dum nullam reus pertimeſcit culpam, quã redimere nummis exiſtimat. *c. pauper,* 11. *q.* 3. quod idem dicendum eſt, ſi clerici homicidæ abolitio, & veniales codicilli facile dentur. nam ſine graui cauſa facta remiſſio tantæ iniuriæ, ſi non prouocat nouam, ſæcuritati tamen Eccleſiaſticæ nimium derogat.

CAPVT XLIV.

Statutum quo clericus, vel monachus excluditur tacitè, vel expreſsè à ſucceſſione,

contrariatur legi Deo *nobis. C. de Epiſc. & cler.* & libertati Eccleſiæ: ſubiectum diſpoſitioni *Auth. caſſ. C. de ſacroſanct. Eccleſ. c. nouerint c. grauem X. de ſent. excomm. c. 1. de immun. Eccleſ. in 6. Martha de iur. p. 4. caſ.* 25. — 1. Eſt contra leges, & libertatem Eccleſiæ.

Eſt apud Flandros edictum 21. Feb. 1528. ne monachi conſanguineis ſuccedant: ſed non excludit clericos ſæculares; ſed ne manus mortuæ immobilia acquirant. Sed neque vetat ne peculia clericorum, ſepoſitis immobilibus, ad Eccleſiã reuertantur ab inteſtato, quatenus ab illa ſint profecta. vt pro Capitulo Antuerpienſi nuper iudicauit Concilium Brabantiæ, quod & immobilia conſanguineis addixit. & videmus indies monaſteria paſtorum regularium defunctorum peculia ad conuentum retrahere, nemine cõtradicente. *Habetur edictum illud Edictorum vol. 1. l. 3. r. 1. c. 1.*

CAPVT XLV.

Statutum vrbis, vt liberi in conditione poſiti, cenſeantur vocati;

comprehendit etiam clericos ciues Romanos. an alios, & alibi? quærit Martha *de iur. p. 4. caſ. 29.* & apud nos edictum *ann.* 1611. *art.* 18. quaſi ambiguum ius declarando, ſtatuit in conditione poſitos pro vocatis eſſe habendos: eoque eiuſmodi iuris declaratio merito etiam in clericis eſt ſeruanda. quamuis enim Martha dicat communi doctorum ſen-

1. Non ſpectat ad alios quam vrbis incolas.

2. Edicta regia ſi hoc pro iure declarent, clerici eo vtentur.

ſententia non haberi pro vocatis, eoque præiudicare non poſſe Eccleſiæ libertati, ſeu clericorum; tamen cum eum finem nullatenus reſpiciat edictum, ſed ambigui iuris, & litium remedium: imo tantum conferat, quantum aufert: vt caſus ſe obtulerit; vt tam prodeſſe quam obeſſe clericis poſſit: merito, tanquam bono communi congruens, recipiendum eſt; etiam in clericis. ne in communibus negocijs vnius politici corporis membra diuerſo iure diſtrahantur. quod
3 vetat lex *fin. C. de fruct. & lit. exp.* alioquin in deciſorijs, non litis ordinatorijs, ſolet Judex partium non ſubditarum iura conſiderare; non leges fori ſui. *Vide citatos à Martha de iuriſd. p. 4. c. 31.*

3 Iudex in deciſorijs iura partiū ſequitur, in ordinatorijs litis, ſua.

CAPVT XLVI.

Statutum, ne legatum peti poßit, niſi facta inſinuatione Iudici loci.

1. an clericum comprehendat? iuſta ex cauſa latum eſſe poteſt; eoque & clericum illud ſeruare debere recte dicetur. etſi diſſentiat Martha *de iuriſdict. p. 4. c. 78.* ſi tamen clericus inſtitutus eſt hæres, apud ſuum Judicem eſt conueniendus à legatario: inſinuatio huiuſmodi ſpectat tantum ad certiorationem, vt iuriſdictionem non exigat: vt re-
2. ctè argumentetur Martha *ex l. diffamari. C. de ingen. manum.* quod adeundus ſit Iudex diffamantis, quoad diffamationem: etſi quoad cauſam, Iudex diffamati: quia & d. l. diffam. aduerſus diffamantem exercenda eſt iuriſdictio: vtique cognita probataque diffamatione, iniungendum; vt intra certum tempus actionem inſtituat; quale nihil in inſinuatione.

1. Inſinuationem ſtatuto præſcripto etiam læſit clericus.

2. Diffamans coram ſuo iudice conuenitur, et inſtuat actionem, ſed coram Iudice diffamati. Sed hæc iuriſdictionalia ſunt, non inſinuatio.

CAPVT XLVII.

Statutum, ne vxor marito relinquat, niſi certam quantitatem.

1. an obtineat, ſi maiorem reliquerit, quam maritus debeat, Eccleſiæ, vel pauperibus tribuendā? nō tantum maritus & vxor per ſe dare nō poſſunt; ſed neque per alios: *l. 3. §. cæterum. verſ. non tantum D. de donat. inter vir. & vxor.* quod etſi non obtineat in donationibus cauſa mortis, ſeu quarum in hoc tempus excurrit eueutus, quo vir & vxor eſſe deſinunt; *l. ſi eum in fin. cum ſeqq. D eod.* tamen quia ſæpe vxorijs maritalibuſque delinimentis, inſtigationibuſque alter corrumpitur in præiudicium filiorum, agnatorumue; non iniuſtum hoc erit ſtatutum: eoque nec per ſuppoſitam perſonam infringendum. *d. verſ. non tantum.* quæ fraus nec ſub nomine Eccleſiæ, aut pauperum eſt admittenda. *arg. l. g fin. C. de annon. & tribut. lib.* 10. quamuis probari eam oporteret. non enim præſumitur. *vt recte Martha de iuriſdict. p. 4. caſ.* 88. cum & legati pij Epiſcopus curam, & rationum inſpectionem, exactionemque habeat. *vt idem Martha deducit, & alibi diximus.* quod & eo magis obtinebit, ſi teſtator ad legatum erogandū vxori conſortem dederit executorem. *citati à Martha, n.* 11. *Vide qua dicimus ſ. l. 2. c. 58.*

1. Si in fraudē fiat, non debet iuuare prætextus Eccleſiæ.

CAPVT XLVIII.

Statutum, ſuper confectione Inuentarij.

Clericum non conficientem Inuentarium ex benignitate canonica non teneri vltra vires hæreditatis; ſed ex rigore iuris; non malè dixit Baldus. Sed neque laicum

1. Clericus in rigore tenetur.

cum in foro conſcientiæ Bartholus, alijque. *Vide citatos à Diana p.1. t.2.r.70. Marth.de iuriſd.p.4.c.75.* qui non rectè huc conſiderationem trahit c.Odoard. *X.de ſolut.* quia, etſi non patiatur executionem clericus vltra quam facere poſſit; *ex d.c. Odoard.* tamen illud ei non ſuffragaretur, quando ipſe opulentus eſſet, & hæreditas damnoſa: ſed quod hæreditati deeſt, de ſuo ſoluere teneretur ex d. rigore. neque enim impedit, aut tollit clerici obligationem d.c.Odoard.

2. Nõ excuſat c.Odoard. quod non agit de contrahendo debito, ſed vltra facultates non exequendo.

CAPVT XLIX.

Statutum ſuper ſolemnitatibus contractuum, an in clericis obtineat?

1. Vt clericus laicum obliget: vt clericus obligetur ſi vtilia ſunt, ſeruentur: ſi noxia; irrita ſunt quoad Eccleſiam directè, vel indirectè.

VT ſibi laicum obligent non eſt dubitandum obtinere. nam laicus ſuis ſtatuentibus debet obedire. niſi caſus aliter diſerto iure ſit expreſſus. vt v.g. ſola conuentione transfertur in Eccleſiam dominium. nam de priuilegijs, & libertate Eccleſiæ ſtatuentes nihil poſſunt imminuere. ne etiam clericus obligetur laico, niſi forma contractus ſeruata, quatenus proficuum eſt Eccleſiæ, admitti poteſt: non illa odio prægrauari. *Vide Marth. de iur. p. 4. caſ. 72.* vt ſi vetet laicis cum clericis contrahere. *c.fin.de immun. Eccl. in 6.* nam per indirectum noceretur Eccleſiæ. *c.quanto, X. de priuil.*

Quod ſi ſolemnitates quædam ſint reipublicæ vtiles, Eccleſiæ non noxiæ: obſequi clerici debent, *diximus ſup.l.2.c.2.n.19.*

CAPVT L.

De clerico negociatore.

1. Illicitè negocians clericus contra ſtatuta non defenditur, ſed ſi licitè.

DVm prohibitam negotiationem exercet clericus, quo minus de ſuis facultatibus, ſtatutis, & conſuetudinibus patriæ ſubiaceat, defendi prohibetur. *in c.fin.X. de vit. & honeſt. cler.* igitur in negotiatione non prohibita, vt ſi fructus ſuos vendat, ſeu quæ ex artificiolo confecit, diſtrahat; imo conducat, & exerceat agros Eccleſiaſticos; *S. Cong. Declarationes ad calcem part.5. reſol. Dianæ n.45.* ſtatutis conſuetudinibuſue non ſubiacet. *Vide latè Fragoſum Regim. reip. l.2. d.4. Dian. p. 4.t.1.r.28.*

2. In licitis pedagia nõ ſoluit.

Ex quo ſequitur in negociatione licita pedagia non ſoluere. *c. quamquam. de cenſ. in* 6. aliaue onera non ſubire. *c.non minus. X.de immunitat. Eccleſ.* aut ſi aliâs contrauenerit ſtatutis ſuper negocijs, illorum pœna non puniri. in illicitis autem onera ſubire; pedagia ſoluere, ob vectigalia ſubticita res illius, vt laicorum, in commiſſum trahi. Vide *Gutier. quæſt. 93. de Gabell. latè Fragoſ. Regim. l.2.d. 4.* & pro Belgis Bullam Leonis X. an. 1515. Carolo Principi poſt Imperatori conceſſam contra clericos negociatores, arma portantes, ſine habitu incedentes; vt à ſæculari puniri poſſint citra pœnas corporis afflictiuas, poſt trinam monitionem. *Habetur Bulla in Edictorum Brabantiæ p.1.t.1.c.17.*

3. Sed in illicitis.

4. Et falſa menſura in illicitis vtens, in licitis à ſuo iudice corrigẽdus.

Iterum ſi falſa menſura res venditas admenſus ſit clericus, dum illicitè negociatur, in rebus, in quibus ſic negociatur puniri poſſet, vt laicus à Judice ſæculari: ſin autem in re licita, non poſſet niſi ab Eccleſiaſtico: arbitrariè, vel pœna ſtatutaria: quatenus eum Iudex Eccleſiaſticus illa dignum exiſtimet. cum & lege diuina *c. 25. Deuterom: Leuit.c.19. Mich.c.6.* abominetur Dominus iniuſtitiam inæqualiũ mẽſurarum. *leg. modios l.aurum. C. de ſuſcept. lib. 10.* menſura ab Imperatoribus ſtatuta excedi ſit vetita: *in l.item quæritur. §. ſi quis menſuras D. locat.* iniquas menſuras ædilis frangi iuſſerit. Pœnam hanc in illicita clerici negociatione, vt permitta-

5. Menſura à Principibus decreta, ſeruanda.

mittatur Iudex ſæcularis exercere, ſuadere videtur *d.c.fin.* in licita autem non item. quamuis ſciat iniquam,quia etſi iniqua vti non poſſit,ſed ſtatutariæ ſe conformare debeat; tamen hic caſus per canones exceptus non eſt, vt clericus laico ſubijciatur quoad executionem: ſed ipſi Eccleſiaſtico: qui ſtatutariam pœnam infligat, vel arbitrariam. *Vide citatos à Martha de iur.p.4.c.3.Gutier de Gabell.quæſt.94.*

4. Sed non ideo laico corrigendus ſubijcitur.

CAPVT LI.

Statutum, ſuper prælatione veteris conductoris, vt finito termino alteri præferri debeat tantundem offerens;

1. Iuri repugnat.

Eſt contra ius commune. *l.ſi cui. C. locat.c. ad aures. X. de reb. Eccleſ.non alien.* & naturalem dominij effectum, per quem quiſque rei ſuæ moderator eſt, & arbiter. *l. in re mandata.C mandati.*eoque non complecti clericum ait Martha *de iur.p.4.c.98.* ſi tamen iuſta ex cauſa v.g. quod culturæ agrorum publicè expediat non expelli colonos,niſi certo ante tempore præmonitos; imo veteres præferri; æquum erit politico bono clericum non refragari.

2. Si bono publico expediat, non refragetur clericus.

CAPVT LII.

Statutum, vt finito vſufructu colonus non poſſit expelli,niſi collectis fructibus, quos ſeminauit;

1. Æquum eſt clericũ non differre à laico in obſeruatione ſtatuti.

an comprehendat ſucceſſorẽ clerici,cuius vt vſufructuarij per mortem locatio ſit finita? negat Martha *p.4. c.98. n.8. & ſeqq.*ſed æquius eſt clericum ſe conformare. nam etſi exſpiraſſe locationem verius ſit, & colono tantum dari actionẽ perſonalem ex contractu multis placeat; æquius tamen eſt ob ſeminationem & ſumptus in fundum factos realem pignoris actionem dari. *l.colonus. in fin. D. de vi & vi armat.*vt ei qui credidit pecuniã ſuam in domum fulciendam. *l.1. D. In quibus cauſis pignus tacitè cont.* vt poſt Baldum aliosque cenſet Caualcanus *p.1.deciſ.44.n.23.*

CAPVT LIII.

De ſtatuto,ne res in extraneos alienetur.

IVſtis ex cauſis decretum huiuſmodi ſanciri poteſt. vt *in l. vn. C. non licere habitatoribus metrocomiæ loca ſua ad extraneum transferre. l.4.l.fin C. de commer.& mercator.* vt præter deſignatas ciuitates non liceat penetrare ſecretiora Imperij Romani, aut Perſici; merces eo inferre,aut efferre. vt onera publica ciues facilius ferant. eiuſmodi ſtatutum clericos eiuſdem diſtrictus excludere non poteſt. ſunt quippe eiuſdem reipublicæ in fauorabilibus ciues; non extranei. quod ſi enim eo ſenſu cõdatur,vt clericus habeatur extraneus, neque acquirere, poſſidere, ei vendi, in illumque transferri poſſit;damnatum eſt omnino. *in c.1. & fin. de immun. Eccleſ.in 6. Vide Dianam p.4. t.1.r.13.57.p.5.t.1.r.3.p.6.t. 3.per tot.* ſin autẽ intelligatur de clerico dumtaxat alterius diſtrictus,vt ſub nomine extranei veniat,vt quilibet; quo melius ſit, vt alijs ciuibus,ita etiam clericis iſtius loci incolis;& ſic tam expediens ſit clericis, quam laicis loci; non eadem cauſa damnationis eſt. iuſtus ſtatuentium motus eſt generatim. Vt & ſpeciatim clerus conſiderari poteſt, eum ad modum, quo Clemens VIII. 23. *Iulij* 1603.*conſt. incip. quoniam* in nouis monaſterijs admittendis decreuit, ne illa

1. Clericus nõ venit nomine extranei,alias ſtatutum eſſet reprobatum.

2. Niſi fortè ſit alterius diſtrictus, vt melius ſit incolis clericis.

3. Vt in admiſſione nouorum monaſteriorum.

Ordinarij permitterent, niſi cauſa cognita conſtiterit, vetera nihilominus congruè poſſe viuere. qualia tamē per ſe ac ſpeciatim ſtatuere, quamuis vtiliter, ad laicos non pertinet. *c. decernimus. X. de iud.* generatim autem decernentibus, quin vtili communiter conſtitutioni ſe clerici conforment, non videtur abhorrere ratio.

4\. Non intenditur nocere priuilegio clericorum exterorum, ſed prodeſſe incolis.

Neque obſtat, quod generalis diſpoſitio non comprehendat caſus, vel perſonas in ſpecie priuilegiatas: *l. item apud Labeonem §. hoc edictum. D. de iniur.* adeoque d. ſtatutum comprehendere non debeat Eccleſiam, cui non tantum acquirere permiſſum eſt iure communi; *l. illud C. de ſacroſanct. Eccl.* ſed etiam ſine traditione dominium. *l. vt inter diuinum. C. eod.* quia non hoc agit ſtatutum, vt iſti priuilegio aduerſetur, ſed vt firma ſit reſpublica: nec, vt quidquam decedat clero; ſed intraneo quæri poſſit. quod ipſum Eccleſiæ vtile eſt. ea conſideratione qua diximus vſum eſſe Clementem VIII. in d. Conſtitutione ſua ſuper nouis monaſterijs edita.

5\. Cuiuſmodi intentio extendi poteſt ad non ſubditum.

Neque iterū obſtat, quod in generali diſpoſitione dicitur nō comprehendi id ſuper quo diſpōnens in ſpeciali diſponere non poteſt: *l. Lucius. §. fin. D. ad municip. c. à nobis. X. de ſent excomm.* quia, eſto, ſtatuentes nō poſſint ſpeciatim de clero intraneo extraneoue ſtatuere; poſſunt tamen in rem ſcribere ſtatutum, ſine mētione cleri, cui clerus ſe debeat cōformare; quando alias ſtatutum per canones non eſt reprobatum. quale, vt diximus, eſſet; ſi ſimpliciter clerus pro extraneo haberetur; non autem eo ſenſu quo diximus.

6\. Vū neque effectus, neque animus eſt iniquus.

Neque refert denique, quod vltimò obijcit Martha *de iuriſd. p. 4. caſ. 6. n. 24.* quod ſtatutum huiuſmodi dicatur odioſum, tanquam iuris correctorium; odioſa autem ad clerum non debeāt porrigi: neque ſufficiat ſtatuentes animum Eccleſiæ iniquum non habere; *vt idem n. 27.* cum ſtatuti effectus eſt iniquus: quia ad ſenſum, quē ſupra dedimus, neque animus, neque effectus eſt Eccleſię iniquus, neque diſpoſitio iuri contraria, in caſu iuſtæ cauſæ: ſed potius conformis. *vt in d. l. vn. quam ſupra citauimus.* vt potius diſpoſitio cenſenda ſit fauorabilis, vt communitati; ita & clero intraneo; quam conuenit ampliari.

7\. Qualis diſpoſitio eſt fauorabilis.

8\. Generalis in talibus regula.

Quare quod Diana *p. 1. t. 2. reſ. 68.* negat ſtatutum de fructibus non efferendis, vt in ciuitate ſit abundantia, aut *r. 69.* ne vina forenſia inferātur: quia etſi talia ad bonum publicum fiant, non tamen ad bonū clericorū, forte vineas, vnde inferant, aut lucrum, ſi efferunt, habiturorū; non eſt recipiendum: quādo & fieri poteſt, vt contra accidat, vt & ſtatuta pauperioribus forte clericis multum proſint. & partis valetudo cedere debet corporis totius affectioni, niſi grauiter doleat. *c. quæ in Eccl. X. de conſt.* *Vide ſ. hoc lib. 2. c. 57.*

CAPVT LIV.

De conſtitutionibus Principum, ſtatutiſque magiſtratuum circa annonam, & ſimilia.

1\. Clerici vtilia publicæ, clero non nociua, obſeruare debent ſtatuta. Speciatim circa annonam & res venales. &c.

DVm Principes ſupremi, aut inferiores Magiſtratus in rē publicam de his quid ſtatuunt, v. g. de frumento non exportando, non vltra certum pretium vendendo, ad nundinas publicas deferēdo, ſtatis diebus & horis venum exponendo, non per monopolia diſtrahendo, de graculis, vermibus, locuſtis, bruchis ex infecto aëre naſcentibus expellēdis, ſeu occidēdis, huiuſmodi edicta ſeruāda ſunt omnino à clericis. quāuis executio pœnæue exactio à ſuperiore eccleſiaſtico peti debeat. *citati à Martha de iuriſd. p. 4. caſ. 2. & à Diana p. 1. tract. 2. reſ. 15. 71. 76. 80. p. 3. t. 1. reſ. 23. 28. 41. & alibi.* Sed & æqui-

æquitas conſtitutionum ſæcularium de annona non exportanda, & ſimilium ex eo firmari poteſt, quod & in ſtatu temporali Eccleſiæ tales ſint editæ à Greg. XIII. *conſt. incip. volentes, & alia inc. inter multipl. Clem. VIII. Paulo V. Greg. XV.*

CAPVT LV.

In neceſſitate publica

1. Clerici neceſſitati publicæ obedire debent.

clerici frumentum vendere, an cogi poſſint à Iudice ſæculari? dicendum eſt legem propoſitam publicè, vt quiſquis habet ſupra, quam ſibi, ſuiſque neceſſarium ſit, venum exponere teneatur, ad præcauendam famem; teneri clericos obſeruare: cum in hoc caſu, de communi ciuium conſeruatione agatur. cæterum executionem non poſſe fieri, niſi ex requiſitione, & permiſſu Iudicis Eccleſiaſtici. niſi fortè aditus ad eum non ſit facilis, & venter eſuriens non patiatur moram. *Vide citatos à Diana p. 5. t. 2. r. 53. p. 4. t. 1. reſ.* 87.

CAPVT LVI.

De pecunia reip. mutuanda in emptionem annonæ, ad præueniendam caritatem.

1. Fames publica ſuperat priuilegia.

QVærit Martha *de Iur. p.* 4. *c.* 2. *num.* 2. an edictum de pecunia reipublicæ mutuanda ad comparandum frumentum, quo caritati obuietur; quamuis nec excuſetur domus auguſtalis, & ſileant priuilegia tempore famis. *l. pro tyronibus. l. auguſt. l. quoties. vt nemini liceat in emptione ſpecierum ſe excuſare, C. lib.* 12. vbi id iure communi ſatis expreſſum eſt, ad mores qui tunc erant Imperij. ſed hodie eiuſmodi edicta cenſerentur ad collectas pertinere: quamuis pecunia reſtitui promittatur. ſiquidem obligare ad mutuum, grauamen eſt: ſæpe & damnum: cum pecunia impendi poteſt in reditus vtiles: eoque cadit in prohibitionem c. non minus *5. quo circa. X. de immun. Eccleſ. niſi,* inquit, *Epiſcopus & clerus tantam neceſſitatem vel vtilitatem aſpexerint, vt abſque vlla exactione ad releuandas communes vtilitates vel neceſſitates, vbi laicorum non ſuppetunt facultates, ſubſidia per Eccleſias exiſtiment conferenda.* Vt proinde liqueat ad communes vtilitates, vel neceſſitates clericos dumtaxat teneri in ſubſidium; &, an conferre debeant, vt cognoſcat, ſtatuatque, Epiſcopum debere interpellari. *qua de re 3. l. 3. c. 6. n.* 14. 2. Grauamen mutui tradandum, vt collectæ, cum clero.

3. Cognitio & executio ad Iudicem Eccleſiaſticum ſpectat.

Quemadmodum etiam clericis circa annonæ ſtatuta excedentibus, v. g. vltra taxam extra illicitam negociationem vendentibus, Iudex ſæcularis auferre non poteſt res venditas. quamuis Judex Eccleſiaſticus illam pœnam vel aliam poſſit infligere. quia pœna defectu iuriſdictionis laicæ impoſita non tenet clericum. *Vide citatos à Diana p.* 1. *t.* 2. *reſ.* 71. idemque dicendum de clerico vendente ad falſam menſuram. *ibid. r.* 76. *vt & diximus hoc lib.* 2. *c.* 50. *n.* 4. *l.* 1. *c.* 59. *n.* 3.

CAPVT LVII.

Statutum diſponens, vt bona publicentur, quæ extra territorium vehuntur;

an comprehendat fructus ex bonis beneficialibus, aut etiam patrimonialibus clericorum prouenientes? rectè quidē dicitur teneri clericos ſe conformare ſtatuto in vtilitatem publicam concepto *diximus ſup. c.* 53. ſed ad pœnam non coguntur ex lege & à Iudice, cuius iuriſdictioni non ſubſunt; ſed pro pœna ad Eccleſiaſticum foret recurrendum, *vt & ſæpius diximus.* quod

1. Ad Iudicem Eccl. ſpectat cognitio, ſi in hoc excesſerit clericus; fraudem faciendo, alienos fructus ſupponendo.

quod & obtinere debet in fructibus patrimonialibus, qui iam demeſſi, ſeu collecti pars fundi non amplius ſunt: ſed iure mobilium condicionem domini ſequuntur. ſi autem clericus non ſuos fructus, ſed ſuppoſititios auexerit non inuito domino; in commiſſum cadunt, *arg. leg. fin. C. de annon. & tribut. lib.* 10. id ſi controuerſum fuerit;

2. Praxis contraria.

clerici Iudex iure adeundus eſt. *Marth. de iur. p. 4. caſ.* 83. quod tamen in praxi vix obtineat. ſed de rei dominio tributarij Iudices volent cognoſcere. quod nec iniquum erit,

3. Præſertim ſi conſtet paulo ante laicos in illorum poſſeſſione fuiſſe.

vbi promptè conſtiterit eos fructus in laici poſſeſſione paulo ante auectionem fuiſſe. *arg. c. ſi clericus laicum. X. de for. compet.*

CAPVT LVIII.

De donatione clerico facta à patre in fraudem fiſci.

1. Si ſit fraudulenta, rectè irritatur.

DOnationem omnium bonorum clerico à patre alioue factam ſi ſtatutum declarat nullam, ex præſumptione ſimulationis, in fraudem fiſci; vbi v. g. clerici de patrimonialibus onera politica non ſoluunt; cùm fraus non præſumpta tantum eſt, ſed vera; merito obtinet. cæterum vbi vera non eſt; quibus in caſibus ea iuris præſumptio non eſt; non poteſt à ſtatuto in-

2. Vbi fraus non eſt non poteſt libertati præiudicari.

duci in libertatis Eccleſiaſticæ diminutionem. *Vide citatos à Diana p. 3. t. 1. r. 3. Vide quæ dicimus ſup. l. 2. c.* 47.

CAPVT LIX.

Statutum, vt ſuperſtes lucretur dotem, ſeu donationem propter nuptias, licet extantibus liberis,

1. Seruandum cùm eſt generaliter latum.

ſeruandum eſt etiam Eccleſiaſticis. vt pariformitas iuris ſit in re communi. etſi contra ſentiat Martha *de iuriſdict. p. 4. c.* 53.

CAPVT LX.

Statutum, quod filius teneatur pro patre,

1. Cum eximiè onus eſt, clericus eximendus eſt.

non comprehendere filium clericum in diminutionem ſuæ libertatis, ait Martha, *& citati de iuriſd. p. 4. c.* 51. præſertim cùm hoc deducere eum poſſet vel ad inopem mendicitatem, vel infame priuilegium c. Odoard. *X. de ſolut.* aquo canones & Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 21. *c.* 2. abhorrent. *Vide quæ dicimus ſup. l. 2. c.* 42.

CAPVT LXI.

Statutum, de animalibus ad communia paſcua non deducendis, niſi ſub certo modo, & pecunia.

1. In vſu rei communis clericus communi lege debet vti.

CLerici quo minus obſequantur ſtatuto ſuper vſu rei communis, non ſuffragatur ratio. ſi vel de priuato rectè dicitur, quod in re communi melior ſit conditio prohibentis: & priuato liceat prohibere, ne quis fundum ſuum ingrediatur, aucupandi etiam vel venandi gratia: quamuis ad feras aut aues capturâ ſuas faciendi ius habeat. *§. plane. Inſt. de rer. diuiſ. l. diuus D. de ſeruitut. ruſt. verſ. non eſt rationabile nolentibus dominis in alienis agris aucupari.*

2. Vt in paſcuis, & ſyluis, ſtatuta deſuper lata.

Itaque ſi paſcua ad dominum loci pertinent, aut Principem; eius eſt modum liberalitati ſuæ dicere: ſi ad communitatem; Magiſtratus eſt leges re communi vtendi præfigere. & ſicut quilibet in re ſua moderator eſt, & arbiter: *l. in re mandata, C. mandati.* ita de rebus communitatis ſtatuere eſt magiſtratus.

tot.

tot.tit. D.de adminiſtrat.rerum ad ciuitates pertinent. ideoqne ſi decretum ſit, ne certo tempore animalia paſcantur; certo modo compeſcantur, ne damnum dent; non minus animalia clericorum, quàm laicorum ſecundùm huiuſmodi le-
3. De damno dato laicus nō cognoſcit aduerſus clericum. ges paſci debent. Si autem damnum datum erit, vt illnd ſarciatur, aut animal noxæ dedatur; ſæcularis aduerſus clericum non poteſt cognoſcere: an aduerſus fa-
4. Famulum, aut animalia. mulum? Vide *qua diximus l. 1. c. 13.* aut ipſa animalia; quæ vt clericorum mobilia eorum conditionem ſequuntur. Equidem ſub adminiſtrationem rerum ad rem publicam pertinentium difficile eſt, vt veniat alienatio: aut vt hæc ſine Principis authoritate fieri poſſit. *l.*
5. In alienatione ſequitur clericus ea quæ in huiuſmodi admiſtratione ſecundùm leges fiunt. *legatam. D.de adminiſt.rer. ad ciuitates.* vt & minorum res ſine decreto non alienantur. ideoque alienationi qnis rectè obſiſtit; non tantum ex cauſa *§. in commnnem Inſt. de rer. diuiſ.* quod in re communi potior ſit prohibentis conditio: non autem ideo, quod ciuibus paſcua competant, vt ſingulis; vt vult Martha *de iuriſd. p. 4. c. 8. n. 7.* eſt deciſum etiam vnum impedire venditionem; ſed ideo quod multa requirantur, antequam licitá ſit rei ad communitatem pertinentis diſtractio.

6. Ad communem impenſam vt alij tenetur. Porro ſi pecunia exigatur ad ſepienda paſcua vel fodienda; aquam educendam, aut ſimilem impenſam; rectè illa exigitur ad ratam ab animalibus clericorum, vt laicorum. vt expenſas in rem communem factas qnaliſcumque ſocius, aut conſors ſubterfugere non po-
7. Cogitur per Iudicem Eccleſiaſticum. teſt. *l. 29. D. Communi diuidund.* imo reſtituere recuſans parte ſua excideret. *l. 4. C. de ædific. priuat. Capol. cautela* 85. quamuis rurſus ipſa exactio
8. Si tamen onera ad ipſas res ſpectant, nō ad neceſſitates reip. apnd Iudicem Eccleſiaſticum, non ſæcularem, inſtituenda ſit contra clericnm.

Enimuero ſi pecunia exigitur ad onera non paſcuorum, ſed reipublicæ ferenda; clerus non tenetur: niſi ſub ratione c. non minns *§. quo circa. X. de immunitat. Eccl. c. aduerſus. ibid.* vt nec ad alia vtilia reipublicæ opera: vt ducendi rectius fluminis, muri ſtruendi, aut ſimilia. quorum obligatio naturá rebns ipſis non ineſt; neque ad quoſcumqne poſſeſſores tranſir. *de qua re latè Martha de iuriſdict. p. 4. c. 9. & dicemus infra l. 3.*

CAPVT LXII.

De ſtatutis, ſuper vtili dominio laicorum, quod habent ab Eccleſia.

NOn videntur poſſe prohiberi ſæculares, ne ſtatuant ſuper 1. Statuuntne laici. fructibus vtilis dominij emphyteutarum, ſeu ſnper modo rebus illis vtendi: ſcilicet ne obrizam in talibus terris ferant, ne inficiatur aër. *&c. Ceuall. de cognit. per viol. p. 2. q.* 50. vbi citatur Declaratio. atque etiam de decimis à conductoribus ſoluendis ex terris, quas ſi ipſi religioſi colerent ſuis manibus, aut ſumptibus, eſſent exempti. & de Societate JESV vt ſit immnnis in donatione, in emptione 20.am ſoluat pro Caſtilia. & *q. 52.* vt bona emphyteutica Eccleſiæ, quoad vtile dominium quod penes laicos eſt, non eximantur à tributis; nec profuerit exemptio Pontificia Leonis XI. &c. ita hæc tamen, ne quà noceatur dominio directo penes Eccleſiam exiſtenti: neque eius iuriſdictio in vtili dominio ceſſare cenſeatur. *Vide qua diximus lib. 1. c. 29. n. 7.*

CAPVT LXIII.

Feudales conſuetudines an clericos comprehendant?

FEudorum libros, qua parte 1. Vt conſtitutiones ligent. Imperiales conſtitutiones cōtinent,

2. *Vt conſuetudines, ſi receptę ſint.*

tinent, extra controuerſiam in Imperio ligant: quà parte Conſuetudines per priuatos ſunt congeſtæ, authoritate carent. Sed quatenus Fredericus iunior Jmperator in ordinem redigi, in ſcholis legi, Corpori iuris inſeri iuſſit, ab eo Principis decreto vires habent. & paſſim ab vſu: quatenus conſuetudines locales de feudis non aliter diſponant.

3. *Nec locales aliter diſponant.*

Chriſtinæus. *vol.6. deciſ.* 2. vbi *n.8. ex c. cæterum c. nouit. X. de iud. c. ex tranſmiſſa c. verum. X. de for. compet.* (*adde & alia quæ citat Marth. p.4.c.16.n.28.*) ait libros feudorum tanquam probatos haberi à Romanis Pontificibus. vbi *n.12. & 13.* contendit & illis clericos teneri, communiter eſſe receptum. quod etiam fatetur Martha *d.c. 16. in princ.* ſed non aliter teneri tamen contendit, quam quatenus à Pontificibus Romanis *in d. cc.* ſunt probati. ſed rectius dicitur ea loca arguere ipſas leges feudales clericos obligare magis; quam ipſos Pontifices probatione ſua voluiſſe firmare. Vnde & in c. vn. *§. verum, de ſtat. reg. in 6.* vbi Abbatiſſa feudalis fidelitatis iuramenti cauſa dominum accedit; eoque monaſterium egredi d.c. vn. permittitur; *niſi*, inquit, *quod per procuratorem illud præſtet, poſſit efficere apud eum*; ſi Pontifex cenſuiſſet ſua reprobatione infirmari poſſe leges feudales; id pro caſu egreſſus, quem ibi tam ſerio alioquin prohibet, feciſſet, non ipſas Abbatiſſas dominis ſupplicatum miſiſſet. Similiter *in c. nouit. X. de Iudic.* declarat Pontifex, ſe nolle iudicare de feudo; quia ad Regem illud ſpectat iudicium: *niſi fortè*, inquit, *Iuri communi per ſpeciale priuilegium, aut contrariam conſuetudinem aliquid ſit detractum*: Ecce ius feudorum Pontifex vocat ius commune, à quo non excipit ſui declinationem. cum, ſi firmitatem leges feudales à Papa haberent; illum non excluderent. quia in omni diſpoſitione ſuperioris intelligitur excepta authoritas.

4. *Libri feudorum non ligant clericos tanquam à Papa probati.*

Et, ne quid dicamus de communi argumento, quod clerici ſtatutis & conſuetudinibus generalibus eccleſiæ non noxijs, debeant ſe conformare: pro ſumma ratione eſt conſiderandum; quod feuda pactis vltro citroque obligatorijs conſtituantur. prout liquet *c. 1. de eo qui ſibi & hæred. maſcul. & fæm.* & quæ communiter agi ſolent, acta eſſe inter contrahentes intelligantur. *l. cum quid. D. ſi certum petat.* adeoque feudo illam ineſſe naturam, præter pacta expreſſa, quam tales conſuetudines, aut hæ generales deſcribunt; cenſendum eſt ex feudi conceſſione, & acceptatione: adeoque ex pacto ſeruandam. ſicut in alijs contractibus, ſi vendat ematue clericus, paret legibus etiam ciuilibus, de emptione & venditione latis.

5. *Sed vt pacta vltro citroque obligatoria.*

Quod argumentum etſi Martha *vbi ſup. n.14.* propoſuit; non tamen recte ſoluit: quaſi ex his quæ veniunt ex ſubſtantia feudi tantum poſſit coram domino conueniri, vlterius non poſſit ſe obligare: ne contra c. ſi diligenti *X. de for. comp.* ſubijciat ſe laico, ſed nullibi vetatur, ne qualiacumque pacta faciat. *d.c. 1.* effectus autem fori, vt ex ſubſtantialibus potius ſit permiſſus, quam alijs, nullus canon ait: ſed in d. c. nouit iudicium feudi domini eſſe dicitur indefinitè: quod æquipollet locutioni vniuerſali. *diximus latè in reſponſ. can. de offic. deleg. reſp. 2. de matrim. reſp. 4.* itaque & pacta in feudo recipiendo qualiacumque, non vetita, poteſt facere clericus: iiſque teneri ex contractu; & conſequenter coram domini curia conueniri iudicio qualicumque feudali: id eſt quod reale ſit, ſeu ratione rei trahat perſonam. *iuxta l. ſi nec cauſam. D. ſi certum petat.*

6. *Indefinite feudalis cognitio ad dominum ſpectat.*

7. *Quatenus realis eſt.*

CAP.

CAPVT LXIV.

Statutum ne feuda in Eccleſiam transferantur:

1. Seruandum id eſt ſi ex originali pacto ita conceſſum ſit.

ODio Eccleſiæ fieri non poteſt. ſicut nec in alijs bonis. *c. 1. de immun. Eccleſ. in 6. latè Marth de iur. p. 4. caſ. 16. n. 33 & ſeqq. Diana p. 6. t. 3. per tot.* quod ſi tamen primordialiter ita ſint feuda conceſſa, cum rei ſuæ quiſque ſit moderator, & arbiter, & liberalitati ſuæ modum dicere poſſit quem velit; pacta ſeruari æquum erit. quomodo & feudo excidebat olim ad clerum aut monachatum tranſiens. *c. vn. de vaſſallo milite, qui arma bellica depoſuit.*

2. Vt olim clerici erant feudorum incapaces.

quando ijs ſolis feuda dabantur, qui per ſe militarent. hodie, cum ferè licet per alium ſeruitia præſtare, non idem obtinet. *Gudelin. de feud. p. 2. c. 2.* quod ſi hodie ederetur aliquo in regno conſtitutio generalis, pro ſecuritate publica, ne feuda peruenirent ad eos, qui per ſe non eſſent militaturi, ſed fideles omnes ipſi militiam ſubire tenerentur;

3. Quid ſi hodie generaliter decernatur feudorum incapaces eſſe qui per ſe non ſunt militaturi?

non iniquum videri poſſet rem redire ad primæuam naturam; & clericos monachoſque cum alijs communem ſortem in bonis deinceps acquirendis pati. non in feudis pleno iam iure poſſeſſis. *c. cum in Eccleſiarum. X. de conſtit.* ſed tam raram neceſſitatis cauſam requiri, quam ex qua permiſſum Principi foret res ſuas priuatis in publicam neceſſitatem auferre.

CAPVT LXV.

Conſuetudo feudalis, vt nouus poſſeſſor releuium ſoluat, an comprehendat Prælatum?

1. Releuium ſoluit Prælatus vt fructuum, & rei pro tempore quaſi dominus, ſicut fidei-commiſſarius, & alius alienare prohibitus:

PRocurator is eſt, non dominus rerum Eccleſiæ. *c. 2. X. de donat.* Eccleſia autem non moritur: *c. liberti Eccleſiæ 12. q. 2.* releuium porro exigitur ob mortem vaſalli, non procuratoris: eoque non deberi à prælato releuium ait Martha *de iur. p. 4. caſ. 17.* etſi admittat, in alienatione, inſtar laudemij. ac denique ſcrupulum ſibi facit, & Apoſtolicum conſenſum exigit. at vero releuium non ad alienationem pertinet rei feudalis, quum onus fructuum potius videatur, vt annatæ pontificiæ. cum ergo fructuum hodie ferè domini ſint beneficiarij, ex illis dominum honorare, & in illius primo conſpectu non apparere vacuos, ne iniquum omnino videatur, fecit paſſim recepta conſuetudo. quam non tollit quod ait Martha, prælatos non poſſe præiudicare Eccleſiæ. *§. fin. de cap. Conradi lib. 2. feud.* vbi ex delicto prælati non perditur feudum; ſed fructus feudi ad illius vitam: imo locus ille arguit fructus feudi grauari poſſe.

2. In his præiudicare ſibi poteſt prælatus quoad fructus, & ſuum tempus.

Omitto pacta & iura feudalia rei ineſſe, rem ſequi, non mutari per conditionem poſſeſſoris: *diximus ſ. l. 2. c. 63. n. 5.* quin & prælatum inſtar domini eſſe.

CAPVT LXVI.

Feudatarij prælati an prius Regi, quam alijs ſuperioribus ſuis aliquando debeant obedire?

1. Accedere prius ad Regem quam ad Metropolitanum debet vocatus clericus.

DVbitationi cauſam dedit. c ſi Epiſcopus *diſt.* 18. vbi ad Synodum vocari Metropolitano omnino debent obedire, *excepta*, inquit, *graui infirmitate corporis, aut præceptione regia.* vtique qua vt regni proceres, non vt Epiſcopi conuocantur. *Vide ſup. l. 1. c. 22.* nam hæc qualitas regiæ præceptioni non ſubeſt. *Azor. Inſt. mor. p. 1. l. 5. c. 14. d.* 8. ergo præceptio regia *in d. c. ſi Epiſcopus.* præfertur vocationi Metropolitani. *gloſſa in c. reprehenſibile. in verb.*

in verb. orationibus. 23.q.8. *gloſſ. in c. cum parati X. de appell. in verb. in legatione Regis.c. paſtoralis.§. fin. in verb. à Rege vel Ar. hiepiſcopo.* argumento ab ordine literæ.quidam præuentioni locum faciunt, quidam fidelitati Regi interpellanti debitæ, quidam ſpirituali obligationi ante ſæcularem. *c.ſolitæ. X.de maior.& obed.V.ſ.l.* 1.c.30.n.15.c.22. quidam nec ſine licentia ſuperioris eccleſiaſtici aiunt adeũdum Regem. Sedhoc quidem decretum fuit olim aduerſus vagationes Eccleſiaſticorũ. *c.ſi quis Epiſcopus.*23.q.8.ſed addit illud capitulũ puniri,qui ſic adeat,tãquam moleſtum & importunum Imperialibus auribus, contra Eccleſiaſtica conſtituta: non ergo ſpectat eos, qui à Rege vocati, vel interpellati ſunt.

2. Atque aliàs ad eum qui dignitate præcellit. Deciſio ergo huius quæſtionis petenda videtur à maioritate poteſtatis.*c.qui reſiſtit.*11.q.3.maior ergo cum cenſeatur Rex Metropolitano; ille prius adeundus erit: vt, in illius concurſu, Papa, vt vocanti Chriſto obſecuti ſunt Apoſtoli: *relictis omnibus ſecuti ſunt eum.* ſi tamen res vna moram patiatur, non altera; & miſſa ad Regem excuſatio ſine offenſa recipi ſperetur: poteſt vocatus neceſſitati obedire & *in d. c.cum parati.* nec legatus nec Papa negauit Regis legationem excuſare vocatum à Legato, non comparentem,ſed legatus Epiſcopum negat legationi regiæ, cum ab eo vocaretur, vacaſſe: Papa autem ait, non debuiſſe contemnere vocationem legati, obtentu appellationis, non autem regiæ legationis. ſed & clericum vocanti Principi obſequi debere,præſertim feudatarium; ratio atque vſus ſuadet: & ad capi-

3. In concurſu ergo vt ſe habere debeat? tula fidelitatis pertinet. *d.§.*15.*d.c.* 22. In concurſu autem, ſi vtriſque poteſt, obſequi tenetur vaſallus: ſi non poteſt ſimul, inter pares habet electionẽ:*l.ſi quis in graui.§.ſi cum omnes.D.ad Silanianũ.* & qui eſt pluriũ; omnibus tenetur:*c.1.quibus modis feudũ amitt.* ſi nõ poteſt ſimul,prius antiquiori; quem ſine fraude ante habuerit: *c.vn.§.fin.hic finitur lex,deinde conſuetudines regni incip. de prohibita alienatione per Freder. §. illud.* antiquior ſiquidem eſt alijs præferendus. *d.§.fin.* multo magis ſuperior, qui etiam in iuramento exceptus cenſetur: *c.veniens X. de iureiurand.l. fin. in princ. D. ad municipal.* ſi tamen Rex clericum ad perſonaliter bellandum vocaret,quia is vacare orationibus,non armis debeat;non excuſatur à vocatione ſuperioris Eccleſiaſtici.*d.c.reprehenſibile.* quod tamẽ temperamentũ recipit à c. peruenit.*X.de immu. Eccl.de quo ſ.l.3.c.9.*

CAPVT LXVII.

Inueſtitura feudorum, ſeu emphyteuſeum mutari,

1. Nõ poſſunt mutari in præiudiciũ Eccleſiæ iuris acquiſiti. IN præiudicium Eccleſiæ per ſtatuta non poſſunt. v.g. ne iuxta pacta reuertantur ad concedentes. ſed ſemper ad hæredes tranſeant. *c. quæ in Eccleſ. X. de conſt. Lud. Martha de iur.p* 4.*caſ.*20. quale ſtatutum,vnum fuit ex illis capitibus,ob quæ Paulus V. in Venetos interdictum tulit.

CAPVT LXVIII.

Defunctorum voluntates alia mutari

nec reſcripto quoque Principis debent. *l. ſi teſtamenta. C. de teſtam.c. non licet.* 12. *q.*12. *c. non eſt.X. de voto. Concil.Trident.ſeſſ.*22.*c.*6. vbi tamen iuſta eſt cauſa alterare eas Papa poteſt. *clem. quia contingit.de religioſ. dom.* ideoque ab Ordinario idcirco examinanda eſt impetratio. *Trid.d. c.*6. An & iuſta cauſa exiſtente poſſit ſupremus Princeps ex plenitudine poteſtatis in ſæcularibus? dicendum eſt poſſe. *Vide à Marth.citatos* 1. Papa pia relicta ex cauſa iuſta mutat. 2. Examinanda ab Ordinario.

3 Et Princeps in ſæcularibus ex plenitudine poteſtatis, ſi & adſit iuſtitiæ plenitudo.

tatos de iuriſdict. p.4. c.74. ſed adeſſe oportet & plenitudinem iuſtitiæ. quæ deſideratur, ſi cauſa non ſit iuſta & ſufficiens. & ferè publicam exigunt iuſtiores Interpretes. ſed &, ne Eccleſiæ noceatur, oportet. *c. quæ in Eccleſiar. X. de conſtit. Vide ſup. l.2.c.41.*

CAPVT LXIX.

De appennagijs & ſimilibus iuribus.

1. Generaliter inſtituta etiam in clericis obtinent.

QVæ conſtitutiones, ſtatuta, aut conſuetudines generaliter introduxerunt, obtinere æquum eſt etiam dum clericus eſt, ſeu primo, ſeu ſecundo genitus. *Vide citatos à Martha de iur. p.4. caſ.23. Vide quæ diximus l.2.c.2.n.17. & c.7.*

CAPVT LXX.

Maioratus

1. De patrimonio conſtituere clericus vt alij poteſt; an de quæſitis intuitu Eccleſiæ?

clericum facere poſſe de bonis patrimonialibus, vt alios, non eſt dubitandum: de bonis ab Eccleſia profectis (cum ditare per Concil. *Trid. ſ.23.c.1.* conſanguineos prohibeatur) non aliter licet; quam ſecundum ea quæ diximus *in Iur. pont. nou. anal. de teſtam.* clericos quandoque de his parcimonia ſibi ſubtractis diſponere poſſe. Negat tamen generalius Martha *de iur. p.4. caſ.24.* niſi ex licentia Pontificis. quo autem caſu ea obtenta fuerit, nō opus eſſe licentia Regis contendit. *n.29.* quaſi leges ſæculares non comprehendant Eccleſiaſticos: ſed vt in

2. Maioratus quia in bonis immobilibus cōſtituuntur, praxis non aliter admittit in clericis quam laicis.

alijs cauſis, ita & in hac dicendum eſt, & clericos oportere illas leges ſeruare. quod eo magis obtinet, quod maioratus in bonis immobilibus conſtituantur, qualia etſi clerici ex prouentibus Eccleſiaſticis emerint, ſecundum leges communes poſſideri ferè vſus obtinuit quoad res ipſas: etſi quoad perſonas pro dictamine conſcientiæ relinquantur. cum autem deſinent eſſe clericorum, vt maioratus perpetui ſunt, eximi à communibus legibus non poterunt.

CAPVT LXXI.

Prohibitio venationis & piſcationis

1. Prohibitio vt clericos comprehendat?

vbi ab ijs fit, qui pridem earum iura ſibi obtinuerunt; vt regalia, ſeu propria; clericos comprehendit, vt alios. prohibentur enim rectè etiam à priuato fundum alienum ingredi venatores, adeoque venari, piſcari, aucupari feras, quæ iure quidem naturali occupantis eſſent, ſed per populi olim conſenſum Principi, & ab eo cauſam habentibus ſunt reſeruatę. quod ſi leges tātum venationi ritè, & iuſto tempore faciendæ præſcribantur, ſæpius dictum eſt clericos teneri ad eas quæ immunitati cleri non aduerſentur inſequendas. etſi Martha *de iuriſd. p.4 c.57.* aliter diſſertet.

2. Modique præſcriptio.

CAPVT LXXII.

Statutum ne quis arma portet, ſub pœna commiſſi.

1. Non poteſt clericus cōtemnere.

CVi reſpublica commiſſa eſt quietem illius maximè curare & tranquillitatem debet. prohibet ergo rectè ne quis arma ferat: præſertim noctu, aut iter non faciens, ſiue citra neceſſitatem. eam legem nec clerico contemnere licet. non tamen iure poteſt ob cōtemptum, ſeu exceſſum per Iudicē ſęcularem puniri: ſed à ſuo Epiſcopo. vt in cōſtitutione Frederici *de pace tenenda. c.1. §. ſi clericus.* nō tantum arbitraria; ſed etiam ſtatuti pœna. *c.1. X. de nou. oper. nunt.* vbi clericus punitur pœna per leges ſæculares ſtatuta.

2. Alioquin puniendus, ſed à ſuo Iudice.

3. Intentus iā ad malum impedin, & auferri arma per laicū poſſunt.

Nihilominus ſi clericus ad maleficium iam intentus, arma ferens deprehendatur; impediri non tantum eum poſſe à Iudice ſæculari, ſed etiam arma ei auferri, dicendū eſt. quod Martha *de iuriſd.p.4.c.7. ex Lopes* rectè ait admitti, non per modum exercitæ iuriſdictionis : ſed quo ipſi creditori permiſſum eſt debitorem fugitiuum apprehendere. *l. ait prætor. §. ſi debitorem. D. quæ in fraud. creditor.* & marito adulterum in flagitio deprehenſum occidere. *l. marito. D. de adult.* alioquin vbi cognitione Iudicis opus eſt ; an clericus qui arma tulerit, puniendus ſit an, aliqua ex cauſa excuſandus; non poteſt ſæcularis ſe interponere. *Vide Dianam p.4.t.1.r.19.p.5.r.4.*

4. Alioquin vbi cognitione opus eſt, ea inſtituenda ab Eccleſ.

CAPVT LXXIII.

Statutum obuiare cupiēs maleficijs nocturnis,

1. Clerici non tenentur.

obligans inhabitantes in ſubſidium reparandi damni, & ad pœnam fiſco pro numero focorum in ſingulos centenos decem aureorum; non comprehendit clericos: ne offendatur illorum immunitas: ſed illos tantum, qui & ſubſunt ſtatuentibus, & ad cuſtodiam publicam, quæ non incumbit clericis, tenentur. quare nec clericorum foci numerum facient ; ſeu reſpectu damni reparandi, ſeu pœnæ fiſco inferendæ. Martha *de iur.p.4.c.96.*

CAPVT LXXIV.

Statutum, ne occiſor quoquo modo ſuccedat occiſo,

1. Generale ſtatutum merito clericus ſequitur.

an comprehendat clericum ideo controuertitur, quod huiuſmodi in caſu iure communi occiſor non ſit incapax ſucceſſionis, ſed eam fiſcus auferat tanquam ab indigno : *l. Lucius. D. de iure fiſc.* clerici autem homicidæ bona non à fiſco ſæculari, ſed Eccleſiæ vindicāda ſunt. ſed hęc in immobilibus maximè controuerſiam patiuntur. quibus ergo in caſibus, incapacitas iure inducta eſt, communi iure clericus vtetur: quod autem ſtatutum inducit, etſi ſtatuentes iuriſdictionem in clericum non habeant, tamen ſi in gratiam proximorum agnatorum inducit, ſi hi egerint aduerſus clericum hæreditatis poſſeſſorem, etiam merito Iudex Eccleſiaſticus illis adiudicabit, iuſtumque ſtatutum etiam in clerico obſeruabit. *c. 1. & 2. X. de noui oper. nunt. Vide citatos à Marth. p.4. caſ.85.* & ferè hodie, quæ ab indignis fiſcus ſolet auferre, capiunt agnati. *Diximus in Reſponſ. de teſtam. reſp.3.* 2. Sed ſub ſuo iudice.

CAPVT LXXV.

Negligentia Iudicis Eccleſiaſtici an ſuppleri poſſit per laicum?

Negat c. qualiter. *X. de Iudic. Vide ſup. l.1.c.26.* Neque *inc. filijs. 16. q. 7.* Regi tribuitur iudicium ex defectu Metropolitani, ſed monitio ſuperioris : & tam illud caput quàm caput Regium. 23. *q.5. c. adminiſtratores. ibid. c. ab Imperatoribus. 23. q.3.* aliaque ſi quid permiſerint olim, aut conceſſerint, reuocata eſſe per c. qualiter *X. de iud.* ait Azorius *Inſt. mor. p. 1. l. 5. c. 14. q. 2. Vide ſupra l. 1. c. 26.* verius eſt tamen d. c. filijs disertè iuriſdictionem non attribuere. *Naldus in Annot. pract. ad d. c. filijs. diximus ſup. l. 1. c. 35. n. 13. & l. 2. c. 84. n. 14.* 1. Supplet ſuperior, non laicus.

CAP.

CAPVT LXXVI.

Statutum puniens clericorum cõſanguineos, quod illi ſtatutis parere nolint; vel domeſticos, quod forum declinent;

1. Quia per indirectum nocet; non ſubſiſtit. irritum eſt. quia per horum latus illi figuntur. & violatio immunitatis etiam indirecta iure damnatur. *Azor. Inſt. mor. p. 1. l. 5. c. 13. q. 7.* omitto iniuſtitiam quod ſine culpa propria quis puniatur.

CAPVT LXXVII.

In dubio, an ſtatutum ſit contra libertatem Eccleſiæ?

1. Ita vt proſit Eccleſiæ, non vt alij cenſuris implicentur. AMplectenda eſt affirmatiua ſententia ob fauorem Eccleſiæ. *c. fin. X. de ſent. & re iud.* ſed non ad effectum, vt cenſeatur quis incidiſſe in cenſuras: *Vide Dianam p. 1. t. 2. reſ. 65.*

CAPVT LXXVIII.

De appellatione regularium, & clericorum.

1. Vix admittenda. VT non facilè admittatur diximus *in conſult. can. de reſcript. conſ. 3. & de accuſ. conſ. 3.* Prædicatores omni iuri appellationis renunciaſſe refert Ceuallos *de cog. per viam viol. p. 2. q. 95.* nec regulariter admitti monachos ſub nomine violentiæ, ad tribunalia regia, vbi agitur de viſitatione, aut correctione. *iuxta Concil. Trident.* alias iniuſtè admodum grauatis appellationem licitam tradit, & quæ exequi ſuperiores poſſint, & quando his ſine ſcandalo ad ſuperiores fugere liceat, & Ordinario loci, per quem tranſeunt, eos retinere. *Vide ſupra l. 1. c. 6. ſ. 5.* Diximus etiam *in conſult. can. de accuſat. d. conſ. 3.* de clericorum correctione, illiuſque executione non obſtante appellatione; & vt in his recurſus ad ſæculares ſit vetitus, etiam per ipſorum ſæcularium Principum conſtitutioues.

CAPVT LXXIX.

De cognitione appellationum, vbi prælati habent vtramque iuriſdictionem.

MVltis olim conſtitutionibus vetitum eſt, ne clerici negotijs, aut iudicijs ſæcularibus ſe immiſceant. *tot. tit. X. & in 6. Ne clerici negotijs ſæcularibus:* præſertim cauſis ſanguinis: quas, ſi habent iuriſdictionem temporalem, omnino debent, & ſine periculo irregularitatis poſſunt, committere ſuis balliuis, alijſque illam exercentibus. *c. vlt. eod. in 6.* vſu tamen multis in locis obtinuit, vt Epiſcopi eorumue Officiales de rebus profanis inter laicos etiam cognoſcant. præſertim vbi temporalem habent iuriſdictionem. vt hac de cauſa Vindicias *libertatis Eccleſiaſticæ* dedit Ioannes Chokier: quibus demonſtrat temporalem iuriſdictionem, & regalia competere Epiſcopo Leodienſi: ab eiuſque ſententijs ad Metropolitanum, iudiceſue Eccleſiaſticos eſſe prouocandum; non ad Cameram, ſeu Iudices Imperij vt & Stephanus Rauſſinus Leodium dedit; & amplè illius principatū Epiſcopo vindicauit, omne imperiū, iuriſdictionemque. ab huiuſmodi ergo prælatorum ſententijs ſi ap- 1. Clerici negocijs ſæcularibus non ſe debent immiſcere. 2. Sed alijs committere iuriſdictionem habent temporalem.

3 Vbi illam exereent vt prælati, ad ſuperiores Eccleſiaſticos appellatur: ſecus vbi vt Principes, ſeu dinaſtæ.

pelletur, *debet* inquit Innocentius III. *in c. Romana. de appellat. in 6. ad metropolitanum eiuſue officialem ſuper cauſis in quibus temporalem iuriſdictionem exercent, appellari, niſi fortè de conſuetudine aut priuilegio, ſiue iure alio ſpeciali ſit appellandum ad alium.* ab Epiſcopis inquit. vtique ergo dum cognouerunt tanquam Epiſcopi in rebus profanis. iudicia hæc ſæcularia D. Paulus 1. *Cor.* 6. temporalem iuriſdictionem vocat Innoc. IV. *in d. §. debet.* emphaſim ergo habet, dum nominat Epiſcopum. præſertim cum literæ Innocentij (quarum exemplar eſt in archiuis Eccleſiæ Atrebatenſis, de qua agit d. c. Romana.) extenſam ſententiam continentes, vbi in initio grauamina Eccleſiarum ſuffraganearum proponuntur, *Recipiunt inſuper,* inquiunt, *appellationes indifferenter ab ipſis, & Capitulis prædictæ prouinciæ, ſeu balliuis eorum, ſuper cauſis in quibus temporalem iuriſdictionem exercent.* de Epiſcopis reſpondet. §. debet: de Capitulis reſpondet d. c. Romana. *in princ. in verſ. ab archidiaconis vero aliſque inferioribus prælatis ſuffraganeis ſubiectis eiſdem, & eorum officialibus, ad ſuffraganeos ipſos debet, & non ad eandem curiam (omiſſis dictis ſuffraganeis) appellari*: de balliuis non reſpondet: vſu venit ergo c. nonne. *X. de præſumpt.* vt interiectas à balliuis appellationes, tacendo negarit ad ſuperiores Eccleſiaſticos eſſe deferendas. *l. cum prætor. D. de iudic.*

4 Dum iudicant vt laici, ad ſuperiorem laicum prouocatio ſpectat.

Cuius ratio eſt; quia balliui ſæculares euidenter iudicant vt laici, curiæ feudalis, cenſualis, ſimiliſue pares; ſcabini, ſeu quicumque iudices temporalem iuriſdictionem, vt talem, exercentes, ſubſunt dominis directis; aut ſupremo tandem Principi. appellatio autem eſt ab inferiori ad ſuperiorem prouocatio. adeoque manet in linea iuriſdictionis ſæcularis Eccleſiaſticæue, in qua cæpit iudicium. cuius primordia ſunt inſpicienda. adeo vt etiam ſi Epiſcopus ex Principis aut Iudicis ſæcularis delegatione, aut partium laicarum prorogatione, pronunciauerit, ad delegantem, ſeu locorum Iudicē appellari velit. auth. *ſi quis litigantium. C. de Epiſc. audient.* & conſequenter non tantum ſi balliuus, ſed etiam ſi Epiſcopus ipſe cum paribus curiæ, aut qualitate poſſeſſoris principatus, dominij, imperij, iuriſdictionis, pronunciauerit; deferenda appellatio ſit ad eiuſdem qualitatis ſuperiores. *l. ſi quando. C. de appell. Gail. obſer. lib.* 1. *obſ.* 30. & id forte eſt, quod *in d. §. debet.* ius ſpeciale, quod iuxta conſuetudinem ac priuilegium excipere voluit Innoc. *Vide Binsfeld. tract. de Iniur. ad c. olim. q.* 4. *Weymſ. ad Conſtit. XXIV. à Concil. Trid. innouatas ad d. c. Romano,*

Quibus ex cauſis, dum notatum eſt d. §. debet, non ſeruari in Francia, quamuis & Remi, & ſuffraganei ſint in Francia; potius fortè dicendum fuit ſeruari exceptionem. & Chokier *Vindic. lib.* 1. *c.* 15. cur neque in Hiſpania ſeruetur, allegat *n.* 9. rationem; quod Reges Hiſpani ſemper ſuperiorem iuriſdictionem ſibi reſeruarint. quod etiā de Principibus noſtris credi poteſt. *vt etiam inſinuaui in Notitia Iuris Belgici ſub fin. de appell.* Contendit Chokier Epiſcopum Principem Leodienſem ſine huiuſmodi reſeruatione regalia poſſidere: & *c.* 16. Imperatorem ita Eccleſijs donare poſſe, vt non reſeruet ſibi in rebus donatis ſuperioritatem, idque Eccleſiç Leodienſi accidiſſe: *c.* 17. neque Cæſarem eſſe immediatè ſuperiorem Epiſcopi Leodienſis: quaſi ciuitas ſit anterior, ex antiquiſſima hiſtoria eruit. *c.* 18. quod etiam Rauſſinus in ſuo Leodio pluribus executus eſt: proſequiturque Chokier *c.* 19. *vſque ad lib.* 1. *fin.* & rurſus quærit an Imperatores potuerint, voluerintque ita omnem ſuperioritatem in Eccleſiam Leodienſem transferre, vt nullam ſibi reſeruauerint: eoque ad Iudices Eccleſiaſticos ſit præ-

5. Cui reſeruata ſuperioritas.

6. Quid ſi regalia poſſideantur ſine huiuſmodi reſeruatione?

prouocandum: vbi multos laudat anthores ſententiæ affirmatiuæ: & deinceps obiectis pluribus reſpondet. & in Brabantia quidem in bo-
7 Quid ſi bona amortizata ſint? nis communibus freqnens id fuit olim, vt quæ Principes donarent Eccleſijs, aut ab alijs donata probarent à iuriſdictione ſua eximerent. Vnde in Concordatis anni 1541. *illa bona dicuntur amortizata quæ à iuriſdictione ſæculari per Principem ſunt exempta, literis deſuper rite expeditis; vel quæ à 70. vel 80. annis tanquam amortizata per Eccleſiam poſſeſſa fuerunt.* per eademque Concordata huiuſmodi bonorum, teſtamentorum; & contractuum antenuptialium cognitio Iudici Eccleſiaſtico defertur: à cuius proinde ſententia ſi prouocetur, adeundus eſt Eccleſiaſtici ſuperior; etiam inter laicos. quippe vbi cœptum eſt iudicium, ibi finiri debet: &, qua in cauſa præuentioni eſt locus, poſtquam alteruter Iudex eſt aditus; impedit preuentio ne ad alium tranſeatur. *Auth. qui ſemel. C. Quomodo & quando iudex.* & cauſæ quamuis profanæ in iudicium Eccleſiaſticum ſemel ritè productæ, fiunt deinceps fori Eccleſiaſtici: ita vt ſæculari manum apponere non liceat. *arg c. vt noſtrum.* 56. *X. de appell. latè Chokier Vindic. lib.* 1. *c.* 22. 23. *poſt plures quos citat.* vbi latè arguit bona in Eccleſiam tranſlata, cenſenda cum omni libertate deueniſſe. id porro vt plenius fieret, frequenter obuium eſt in antiquis diplomatibus, donatores Principes feuda redegiſſe in libera, & franca alodia: vt cum omni libertate & exemptione penes Eccleſiam exiſterent.

8. Quid ſi bona non cum omni libertate data ſint, ſed ſalua ſupremitate? Quod vbi factum non eſt, neque directis dominis, neque Principibus ſolet cenſeri præiudicatum eſſe: ſed illibatum eis manere dominium, iuriſdictionem, imperium, ſupremitatem. quæ etiam retinetur, quamuis ius appellandi, aliudue remiſſum fuerit. Vt etiam Ioannes Dux Brabantiæ, conditor Vniuerſitatis Louanienſis, omnem in illam & ſuppoſitas perſonas exigente Pontifice iuriſdictionem abdicauit; ſiue in cauſis perſonalibus, ſiue realibus, ſiue mixtis: & ſententiæ à Rectore latæ non deuolnuntur ad regios Iudices vnquam per appellationem: & nihilominus vidimus non ſemel quæ ad ſupremitatem regiam pertinent, à Principibus ibidem exercita.

Quam etiam ſupremitatem Cæſaris in Epiſcopum, vt Principem Leodienſem, agnoſcit Chokier *vbi ſupra. c.* 24. *n.* 6. ſed nullatenus, vbi is pronunciauit inter laicos, etiam de rebus profanis, vt Epiſcopus. quod & immemoriali conſuetudine obtentum, multis proſequitur *c.* 26. & *c.* 30. & *ſeqq.* docet nec Officialem Leodienſem iudicare tanquam delegatum Principis, nec iuriſdictionem vt feudum habere à Cæſare: aliaque pro Cameræ Spirenſis iuriſdictione obiecta, quæ & alibi vſu venire poſſunt, latè diſſoluit.

CAPVT LXXX.

Statuere ſæculares an poſſint, ne annatæ ex ſuis prouincijs Romam mittantur?

Non poſſe rectè docet Diana *p.* 7. *tract.* 1. *reſol.* 22. vbi late refutat Rabardæum. iuſtas illas eſſe pro neceſſitate Romani Pontificis; & ad modum, quo in vetere lege ſummo ſacerdoti alij ſoluebant decimas decimarum; omnino dicendum eſt: ex decreto ſacro, quo qui altari ſeruit, de altari viuere permittitur; eſt autem Papa *ſeruus ſeruorum Dei*: dignum ergo & iuſtum eſt de ſeruitio ſuo viuere: partem ſibi ſumere de fructibus beneficiorum, quæ alijs confert, atque diſpenſat. Martinus quidem V. *in Concilio Conſtan. ſeſſ.* 43. aſſeruit ſe anna- 1. Ne annatæ Romam ſaltem per cambia trahantur ſtatui non poteſt.

tas nullibi impoſiturum; niſi de conſilio Prelatorum regni,ſeu prouinciæ:ſed is ligare non potuit manus ſucceſſorum; quorum neceſſitates aliud exigerent. neque id ad ſæculares pertinet;quo nanciſcantur poteſtatem ſtatuendi in perſonas,& res Eccleſiaſticas, Deo conſecratas, & illius miniſtris diſtribuendas, in quam rem plenitudo poteſtatis S.Pontifici à ſacris canonibus aſſeritur:nulla ipſis. In quantum autem huiuſmodi ordinatio politiam ſæcularem ſpectare poteſt; ne pecuniæ è regno efferantur; generali huiuſmodi legi non iniquum eſt, vt clerici ſe conforment; nec aurum in ſpecie efferri faciant; ſed per cambia debitum traijciant.

CAPVT LXXXI.

Statutum ſuper puluere pyrio.

PEriculoſa materia eſt,in hominum perniciem inuenta; nunquam cautè nimis haberi poteſt. calamitatis ex ea natæ nullum inſigne magis exemplum,quam in vrbe Mechlinienſi anni 1546. *quod refert Guicciardin.in deſcript. Belgij adeoque Mechliniæ* : alia alibi accidere: ſed & hîc nuper, cùm quantitas non adeo magna incuſtodita eſſet, ædes integras magno damno diſiecit.prudenter ergo Magiſtratus cauent, ne quis in ædes ſuas vltra paucarum librarum quantitatem inferat.Id ſi fecerit clericus.quæritur an authoritate ſæculari ex domo illius poſſit efferri? & ſiquidem aliquis, Eccleſiaſtica adminiſtratione fungens,præſto ſit, æquû eſt eum interpellari:ſin minus; Iudex ſæcularis ſe interponere poteſt: & publicæ ſaluti opem ferre: ſicut in incendio, ruina, naufragio, quando omnium intereſt non diſputari quis opem ferat; dummodo feratur. nullam moram huiuſmodi pericula patiuntur.non eſt audiendus perire ipſe, & alios perdere volens: non moras hîc nectens ex Iudicis incompetentia. ius naturale ſe,ſocium, rempublicam ſeruandi, quo caſu moræ impatiens eſt, omnibus eſt iuris poſitiui rationibus anteponendum.

1\. Prudenter ſeruandum, ritè cum tempus permittit: alias etiam incompetenter latum.

Igitur de omnibus huiuſmodi controuerſijs generatim rectè concludit Azorius *Inſt. moral. p.1.l.5.c.12.q.5.* quare dicendum exiſtimo, inquit,hiſce ſtatutis, & alijs, quæ laicorum auctoritate generaliter ponuntur de contractibus venditi; & empti, mutui, commodati,locati & conducti,permutati, depoſiti, pignoris, ſocietatis, de donationibus,alienationibus,teſtamentis,dotibus,legatis, & fideicommiſſis, & alijs huiuſmodi;Clericos,& Eccleſ. non ligari, ſi ea ſtatuta conſiderentur, vt laicorum auctoritate conduntur: at ſi aliquid contineant, quod naturale, diuinum,vel canonicum ius imperet;eatenus obligatur:item ſæpe contingit, vt ciuiles Principum leges aliquid fieri iubeant, quod naturalis ratio, & æquitas non quidem præcipit, ſed ſuadet,ac monet, vt id generatim ſeruetur ab omnibus & Clericis & laicis; tunc Epiſcopi, non laici erit edicere,vt id clerici obſeruent.nam etſi clerici ciues ſunt,& reipublicæ partes,& membra:at liberi & ſoluti ſunt ciuili Principum poteſtate. Idem iuris eſt de ſtatutis laicorum quibus præcipitur vt ſinguli ciues, hoc aut illo modo ædes conſtruant, aut feneſtras,aut limina, aquam deducant, viam ante ianuam domus purgent, & mundent. his ſtatutis clerici & Eccleſiæ non alligantur, quatenus ſtatuta laicorum ſunt. vtique quod authoritatem ſtatuentium ſpectat: non vero conformitatem; quam corpori politico debent clerici,dum aliàs eis non præiudicatur.

CAPVT LXXXII.

De exceſſu penſionis.

COgnoſcere & decernere ſuper exceſſu conſtitutæ penſionis beneficiariæ ſpectat ad Iudicē Ecleſiaſticū Vtique quia ad ſuperiores in Eccleſia ſpectat eas conſtituere: & eiuſdem eſt interpretari & cognoſcere, cuius eſt conſtituere, vel legem ferre. eſt porro penſio beneficiaria ſpiritualis, ex cauſa reſignationis, permutationis, tranſactionis, aut ſimili impoſita à Papa, aut Epiſcopo; cum eis iuſtum æquum videtur beneficium Eccleſiaſticum cum diminutione aliqua conferri.

1. Cognitio ſpectat ad Iudicem Eccleſiaſticum quia & creatio.

Neque refert, quod ex praxi paſſim vſurpata, literæ reſtitutionis in integrum ob læſionem, dolum, metumue ſoleant à Principe impetrari: quia id quidem in ſæcularibus negocijs receptum eſt, ſicut olim prætor huiuſmodi beneficium, & Iudicem dabat: in rebus tamen Eccleſiaſticis, ac præſertim beneficiarijs hæc Iudici Eccleſiaſtico competunt. penſionis cauſa ſpiritualis eſt; litigantes clerici; reſignatio omnis, permutatio, atque tranſactio ſub beneplacito ſuperiorum initur: ex illo vires omnes habet, nullas ex partium conuentione. *c. quæſitam. X. de rer. permut. c. cum olim. eod.* quæ alioquin in ſimoniam incidit. pretium non habet; ideoque nec læſionem in pretio, ſed ſuperior Eccleſiaſticus ſua ſolius authoritate reſignationem admittit, permutationem, tranſactionemue probat, penſionem imponit: ideoque ſi quid ex officio ſuperioris Eccleſiaſtici minus recte factum eſt; penſio grauis nimis, aut leuis ſit; illius moderatio ad beneplacitum Eccleſiaſtici pertinet: ſpiritualis actio eſt, & authoritas ſpiritualis. non ergo pertinet ad temporalem iuriſdictionem de ea decernere: non ab ea imponi; minui, augeriue poteſt: non corrigi quod plus minusue actum eſt; quàm ratio ſpiritualis regiminis, & diſpenſationis Eccleſiaſticæ exigebat. *c. decernimus. X. de Iudic.* neque ratio doli, vis, metuſue obiecti, cauſam ſpiritualem ad Iudicem temporalem deuoluit magis in hac materia; quàm ſi matrimonium, profeſſio, votum ex ſimili ratione irritum arguatur.

2. Reſtitutio etiam in integrum in ſpiritualibus.

3. In quibus non pretiū. non pacta partium, ſed ſuperiorum ſola authoritas valet: eoque nec læſio ex pretio, ſed cauſa penſionis eſt conſiderabilis.

4. Conſequēter neque ſæcularis iuriſdictionis obiectum.

Agimus ergo de penſionibus clericalibus: quæ ſpirituali titulo, ſeu vti clericis, aſſignatæ ſunt: quæ vendi, pretione æſtimari nequeūt. Vt deducit Paſqualigus *deciſ. moral. tract. de penſ. dec. 207. & ſeqq.* quare penſiones laicis aſſignatæ, ſeu quæ nihil ſpiritualitatis habent, precio ſunt æſtimabiles: ideoque in earum venditione læſio conſiderari poteſt: &, dum contrahentes ſunt laici, ſub cognitionem laicam cadere poteſt quæſtio exceſſus, & reductio ad legitimam æqualitatem.

5. De penſione ſæculari aliud dici poteſt.

Sic etiam in caſu. c. ad *quæſtiones. X. de rer. permut.* cum ſeparatis contractibus Eccleſiæ, & illarum bona permutantur, cùm bona ſeparatim ſumpta nullam retineant ſpiritualitatem; ſi penſio ad compenſandam inæqualitatem alteri addicta ſit, non impedietur de illa cognoſcere laicus per naturam talis penſionis; ſi quo caſu de contractibus, & bonis Eccleſiæ poteſt cognoſcere. v.g ſi quando actrix Eccleſia ſequatur forum rei.

6. Vt in permutatione bonorum penſione adiecta.

CAPVT LXXXIII.

De Eccleſiarum dominis, vt vocant.

PErperam vocant ſanè. nullius enim in bonis ſunt *§. vniuerſitatu. Inſt. de rer. diuiſ.* res ſacræ religioſæ, & ſanctæ. *quod enim diuini iuris eſt, id nullius in bonis eſt.* adeò quidem vt non

1. Verè domini non ſunt.

vt non

Digitized by Google

vt non tantum, ſicut res quæ vniuerſitatis dicuntur, theatra, ſtadia, & his ſimilia, quæ communia ſunt, ita vt nullius ſingulatim in bonis ſint; ſed vt ne quidem in dominio ſint communi: ne quidem Imperatorio. vt de eo ſanctè contendit Ambroſius cum Valentiniano. *c. conuenior. 23. q. 8. allegant*, inquit, *Imperatori licere omnia, ipſius eſſe vniuerſa: reſpondeo; noli te grauare Imperator, vt putes te in ea quæ diuina ſunt, imperiale aliquod ius habere*: & infra; *ſcriptum eſt, quæ Dei; Deo: quæ Cæſaris; Cæſari. ad Imperatorem palatia pertinent; ad ſacerdotem Eccleſiæ. publicorum tibi mœnium ius commiſſum eſt; non ſacrorum*: & infra; *Eccleſia Dei eſt; Cæſari vtique non debet addici. quia Cæſaris eſſe non poteſt templum Dei.* & pro huiuſmodi doctrina Ambroſius illic ſe offert morti paratum. cum ea ſtare non poteſt, quòd aliqui eſſent Eccleſiarum Domini.

2. Dei ſunt Eccleſiæ, nullius in dominio, nec communi nec imperatorio.

3. Per conſecrationem.

Res ſacræ per conſecrationem à dominio & proprietate cuiuſcumque adeo eximuntur. *§. ſac. inſtitut. de rer. diuiſ.* vt neque amplius ſint in commercio, & humani iuris eſſe deſinant: *l. 4. D. communia præd.* dominij priuati eſſe non poſſint. *l. 1. D. ſi ſeruitus vindicet.* nec vlterius ad humanos vſus transferri. c. *ſemel Deo dicatum. de reg. iur. in 6.* ſic *c. piæ mentis. 16. q. 7.* de patronis *ſciturus*, inquit, *præter proceſſionis aditum, nihil ibidem proprij Iuris habituros.*

4. Kyriacon, Dominicũ, Baſilica.

Quare & Chriſtus *Matth. 21. ſcriptum eſt*, inquit, *domus mea domus orationis vocabitur*. quare & à primitiuis Chriſtianis Kyriacon, ſeu Dominicum vocabatur; nec vtebantur voce templi; minus delubri; quod paganis adhuc ſacrificijs ſeruiret: exinde baſilicam dixerunt. Si ergo domus Dei, non iam amplius hominis: ſed à dominio priuatorum exijt. quare & Duarenus alias nõ ſatis æquus Eccleſiæ *de ſacris Eccl. miniſt. l. 5. c. 4 quamuis*, inquit, *Dominus ſit eius ſoli, in quo baſilicam ædificat, & earum rerum, quas Eccleſiæ conſtituta donat; tamen ratio iuris non patitur, vt poſt conſecrationem, dedicationemque is locus, aut aliæ res Deo conſecratæ in eius dominio manere dicantur: quamuis eo verbo quidam abuſi fuerint.* Ex eaque ratione etiam infertur theſaurum in Eccleſia, vel cœmiterio conſecratò repertum non iam cedere domino pagi, vel fiſco; ſed Eccleſiæ. *Vide latè Caualcanum p. 2. deciſ. 15.* ſicut etiam *in c. ſancitum. 23. q. 8. c. 1. X. de cenſ.* de Eccleſia vetatur cenſus aliquis dari, præter Eccleſiaſticum. adeo vt traditum ſit, non debere Eccleſiam conſecrari, in quam toparcha cenſum, aut ius aliquod dominicum voluerit reſeruare; præter patronatum, aut quid ſimile, ab Eccleſia ei conſtitutum.

5. Conſecrationis ratio cum alterius dominio pugnat.

6. Theſaurus in Eccleſia inuentus cuius?

7. Eccleſia exempta à iuriſdictione ſæculari.

Et vt Eccleſia exempta eſt à priuato dominio; ita etiam à Iuriſdictione ſæcularium. *d. c. conuenior.* qui in locis ſacris iuriſdictionem vllam ſub pœna nullitatis prohibentur exercere. *c. decet. de immunit. Eccleſ. in 6.* ſint loca *ſacra à laicorum*, inquit, *cognitionibus aliena*: & infra; *proceſſus Iudicum ſæcularium, in iiſdem locis omni careant robore firmitatis: ſed ordinarij locorum* ibidem *interdicta compeſcant. d. c. decet.*

8. Iudices ſæculares ibi priuati.

Quare & Iulianus Apoſtata vetuit, ne præſes prouinciæ delubra cum faſcibus ingrederetur; aut ſatellitium eum præcederet. *extat epiſtola apud Zozomenum lib. 5. c. 15.* rationemque addit Iulianus; *ſimul*, inquit, *vt ingreditur limen delubri, priuati perſonam induit.*

9. In Epiſcopi eſt poteſtate.

Verum *omnes baſilicæ*, inquit Concilium Aurelian. 1. *in c. omnes 16. q. 7. quæ per diuerſa loca conſtructæ ſunt, vel quotidie conſtruuntur, placuit ſecundum priorum canonum regulam, vt in eius Epiſcopi poteſtate conſiſtant, in cuius territorio poſitæ ſunt.*

10. Quamuis patronos habeant.

Ne quidem patroni Eccleſiarum domini ſunt. Vt Concilium Toletanum III. *in c. ſi quidam. 10. q. 1. ſic quidam*, inquit, *contra omnem authoritatem Eccleſias quas ædificauerint poſtulant conſecrari; vt dotem quam eidem*

Eccle-

Eccleſiæ contulerint, cenſeant ad Epiſcopi ordinationem non pertinere. quod factum taliter in præterito corrigatur, vt & in futuro ne fiat, prohibeatur; ſed omnia ſecundum conſtitutionem antiquã, ad Epiſcopi ordinationem & poteſtatem pertineant. & iterum Concil. Tolet. IV. *d q.1. nouerint*, inquit, *conditores baſilicarum in rebus. quas eiſdem Eccleſiis conferunt, nullam ſe poteſtatem habere: ſed iuxta canonum inſtituta, ſicut Eccleſiam; ita & dotem eius ad ordinationẽ Epiſcopi pertinere.* & in *c. frigentius. 16. q. 7. nihil*, inquit, *ſibi fundator ex hac baſilica nouerit vindicandum.* ſed neque ſæcularis poteſtas *c. ſi quis. 17. q. 7. & conſonat c. decretum eſt. c. regenda. c. quæcumque. c. de his. c. nouerint.* 10. *q.* 1. *c. non placuit. c. laico. 16. q. 7.*

11. Qui pro illa ſollicitudinem gerat.

Vnde etiam, quamuis patronis ex fundatione, dotatione, ſeu conſtructione Eccleſiæ, cõpetat ſolicitudo ne quid rerũ Eccleſiæ depereat; ne quid miniſtri dilapident; nõ ideo tamen eis conceſſum eſt in eoſdem miniſtros, Eccleſiã, aut res olim donatas quidquã anthoritate ſua ſtatuere, ſeu exequi: ſed, ſi monitione illud corrigere nõ poſſunt, Ordinariũ debẽt interpellare; Metropolitanum, vel Regẽ; vt ipſi congruè prouideant. *c. filiis. vel nepotibus. 16. q. 7.*

12. Quamuis aduocatos armatæ militiæ habeat.

Sed neque aduocati armatæ militiæ, qui & patroni dicuntur, & ad violẽtias, quas Eccleſiæ ſçpe patiebãtur, propulſandas per electionem aſſumi conſueuerant; *c. ab Imperatoribus. 23 q. 3. c. in quibuſdam. X. de pœnis, de quibus egimus in Reſp. de iur. patron. reſp. 1. & 2.* in ipſam Eccleſiã eiuſue miniſtros iuriſdictionem vſurpare poſſunt. *c. præterea. X. de Iur. patron.* ſed quoniam ea in re ſæpe peccabatur; *d. c. in quibuſdam.* vetitũ eſt deinceps, ne huiuſmodi patroni aſſumantur. *c. 2. de reb. Eccl. non alièn. in 6.* quippe qui patrocinium ſæpius vertunt in ſeruitutem, ant iuriſdictionem. *d. c. in quibuſd. d. c. 2.*

13. Prætextus defenſionis locorum dominis, aut Iudicibus, an ſimiles prærogatiuas vt patronis conciliet.

Sub ſimili ſpecie defenſionis, quæ vnicuique Iudici in ſuo diſtrictu incumbit, locorũ domini in Eccleſijs infra ſphæram ſuæ iuriſdictionis ſitis, paſſim præeminentiàs, & iura quædam honorifica vſurpant; quaſi etiã iuriſdictio illa etiã in Eccleſijs pariat. ſicut *lex ſi quis in hoc. C. de Epiſ. & cler.* delicta etiam in Eccleſijs commiſſa, per illos velit vindicari. ſola tamen defenſio ius non tribuit. *per ea quæ diximus ſup. l. 1. c. 5. §. 1.*

Et quamuis conſiderari poſſit aliquis reſpectus Eccleſiæ infra ambitũ iuriſdictionis ſitæ, ad loci dominum magis quam ad quemlibet exterum; ſicut & clerici quãtumlibet exempti ad ſuum Principem; maior quam ad aliũ: non tamen contra eccleſiã; aut in ipſã arrogare ſibi quis poteſt authoritatem quidlibet agẽdi, aut ſtatuendi. *loca ipſa exempta ſunt à laica cognitione. d. c. decet.*

Adeo quidem vt & ius quodcumque patrono competit, ex Epiſcopi reſeruatione, & canonũ tribuatur. *c. ſi quis Epiſcoporum. 16. q. 5. in verb. ædificatori quoque hæc gratia reſeruetur. d. c. nobis. in verb. niſi aliter de ſua (diœceſani) iuriſdictione obtineat. diximus in Reſp. de iur. patronat. reſp. 3. n. 6.* — 14. Quæ & ipſis patronis ſunt reſeruandæ, aut per canones reſeruatæ. ſeu aliàs tribuuntur.

Honorem proceſſionis canones tribuunt. *d. c. nobis. in verb. proceſſionis honor.* quia tamen ſecundũ Apoſtolum in Eccleſijs omnia ſecundum ordinem debẽt fieri; etiam hic ipſe honor, quatenus deferri debeat ab ipſis Eccleſiæ canonibus, libris cæremonialibus, & Epiſcoporũ ordinationibus, ſtatuendum eſt. eadẽ ex cauſa etiam quæcũque in Eccleſijs, ſeu Eccleſiaſticis proceſſionibus emergunt cõtrouerſiæ, Ordinarijs locorum decidendæ deferuntur à Conc. Trid. *ſ. 25. de regul. c. 13.* & amplè ſtatuit. *in titulo. X. de maioritate & obedientia, & alibi vt mox dicemus.*

15. Eoque eius notio, ordinatio ad Eccleſiam pertinet.

Et ipſum ius patronatus, quãuis nõ omnino res ſit ſpiritualis, annexũ tamen dicitur ſpirituali; ideoque ſicut illud cõcedere, ita interpretari, cognoſcere, & de eo ſtatuere ad Eccleſiam pertinet. *c. quanto. X. de Iud.* nulla temporali aurhoritate conſtitui, aut vindicari poteſt.

16. Et quæcumque in Eccleſijs prærogatiuæ.

Quapropter etiã alijs in Eccleſijs prærogatinæ ſedilium, ſepulchro-

rum,& ſimilium,nulla ſæculari authoritate vẽdicari poſſunt: quia neque Eccleſia,neque pars vlla Eccleſiæ in alicuius dominio eſſe poteſt; neque ſeruitutẽ vllã debere: vt initio probauimus: ideoq; & Rochus *de Curte,& quos citat de iur.patronat. in verb.in Eccl.q.6.& 7.* in his cõſtituẽdis Epiſcopi authoritatẽ exigit,*plures vide apud M. Ant.Genuenſ. in praxi. c.34.& c.92.* vbi & de inſignibus,armis,capellis,ſepulturis &c. quæ in rebus minoribus archipresbytero etiã,& parochis tribui poteſt. vt iure dicuntur hi rectores Eccleſiarum.*c. bonæ rei.12.q. 2.c.1.X.de capell.monach. c.3.X.de vita & hon.cler.c.vlt.X.de præb.* quorum officiũ,poteſtaſque ad minora porrigi;grauiora ad ſuperiorẽ deferri æquum eſt.*arg.c.ad hæc.V.niſi adeò ſint ardua.X.de off.archid.* quemadmodum,diuerſis ſupremarũ Galliæ curiarum prẹiudicijs,de loco in Eccleſia contendentes remiſſi ſunt ad parochum,& ẹdiles;qui eis congruum extra chorum concederent. & rectè quoad parochum; quoad ædiles autem ex loci conſuetudine. nam iure miniſterialis eſt dũtaxat laicorum ædilium adminiſtratio.*vt alibi diximus.Vide M.Ant.Gen.vbi ſupra* quemadmodũ ex Capitular. Caroli Magni *l.1.c.*148.conſtitutum eſt,*vt Epiſcopi,*inquit,*prouideãt quẽ honorem presbyteri in Eccleſijs ſuis Senioribus tribuant.* ideoque in arreſto ſupremi ſenatus Rothomagẽſis lato 2. Martij. 1599. quod citat Mareſchal *De Droicts honorificques ès Egliſes.* ad loci archipresbyterum,tanquam in ſuo diſtrictu Epiſcopi vicarium in diuinis,iuxta *c.vlt.X.de off. archipreſ.* litigantes remiſſi ſunt.

Generatim libro Cẹremoniali Romano obſequẽdum eſt. Pius etiam V. ordinem in Proceſſionibus publicè ſeruandum Romẹ inſtituit.*de quo Gamma in deciſ.Luſitan. deciſ.1.* ad eccleſiaſticos enim pertinet cura domus Dei,& cultus diuini;& vt in his & ſanctitudo & decorum ſeruetur:hoc complectitur,vt & clero & patrono ſuus honor conſtet; & ijs deferatur debitus honor, quem leges tribui volunt dignitatibus, & ſtatui vniuſcuiuſque.

Proceſſionis honor,inquit d.c.nobis.quem ergo ſeſſionis habebit patronus in Eccleſia? paſſim ferè obtinuit, vt in choro. ſed id antiquis canonibus non eſt conforme.ſiquidem clero immixtum non fuiſſe ratio ſuadet: quod olim intra chorũ, vbi pſallebant clerici, ne Principes quidem admittebãtur.ipſe D.Ambroſius Theodoſium excluſit. *apud Theodoretum Eccl.hiſtor.lib.5.c.17.*

17. Patrono debetur honor proceſſionis,ſeſſionis:

18. Per antiquos canones nullatenus in choro.

Sic *in c.ſacerdotum.de conſ.diſt.2.* dicitur; *ſacerdotũ aliorumque clericorum Eccleſijs ſeruiẽtium honores à laicorũ loco diſcretos apparere conuenit. Quamobrem nulli laicorum liceat in eo loco,vbi ſacerdotes, & reliqui clerici conſiſtunt (quod presbyterium nuncupatur) quãdo miſſa celebratur,conſiſtere. Vt liberè ac honorificè poſſint ſacra officia exercere. c.peruenit. ibid.in v.ne ſacrarium ingrediatur.*

Sanxit ſimiliter Concil.Moguntinum,*vt laici,*inquit,*ſecus altare,quãdo ſacra myſteria celebrãtur,ſtare vel ſedere inter clericos nõ præſumant, ſed pars illa, quæ cancellis ab altari diuiditur tantum pſallentibus pateat clericis. Ad orandũ vero & communicandum,laicis & fœminis (ſicut mos eſt) pateãt ſancta ſanctorũ.c.1. X.de vit.& honeſt.cler.* id quod etiã in Cõcilio Turonẽſi 11.*c.*4.decretũ eſt.

Pro nõ leui exinde priuilegio habitum fuit, vt Imperatores, Reges, ſummi Principes ad chorum admitterentur. ſed hodie conſuetudo id valde laxauit. forte ad exemplum pſalmiſtarũ, qui ſola iuſſione presbyteri officium ſuſcipere poſſunt cantandi, cum illo in choro.*c.pſalmiſta.diſt.23.* ſed rogati: *ibid.in verb.dicente ſibi presbytero &c.* quia tunc non dicuntur prẹſumere. vt vult Panor. *in d.c.1.* ſed & illud ipſum cap.*1.* citra præſumptionem *tantum pſallentibus pateat clericis,* inquit: & fauet finis *d.c.ſacerdot.*

19. Vbi paulatim Regibus & Principibus eſt datus:quo colore?

Quare & Principes aliqui Eccleſias fundãtes,dotanteſue, præbẽdas ſibi ſucceſſoribuſque ſeruarũt;quarum colore,quaſi collegis adſcripti.

pſal-

pſalmos cum illis concinerent. vt exempla ſunt apud Chopin. *de ſac. polit.l.*1.*tit.*4.*n.*24. vbi & idem recitat factitatum à Carolo V. Imp. vt Duce Brabantię, in Eccleſia Collegiata S. Seruatij Traiecti.

20. Sicut pſalmiſtis. Sed conſuetudo, cui admodũ indulget Panor. *in d.c.*1.ob verba, *ſicut mos eſt*, præſertim vbi ceſſant cauſæ prohibitionis, multis in locis chorũ etiã laicis ſine alio colore patefecit. in cuius defenſionem alij adferunt, quod ſine iuſſione Epiſcopi, preſbyter ſibi poſſit adlegere laicũ cantorem: *ex Iſidoro de off diuin. lib.* 2.*c.*12. *& d.c. pſalmiſta* qui à presbytero ibi permittitur aſſumi; neque ideo fit clericus. ſed enimuero huiuſmodi à presbytero facta pſalmiſtę adlectio, aliquid imitatur ex ordinatione Epiſcopali: ſicut Abbatibus mitratis conceſſum eſt minores ordines cõferre: adeoque pſalmiſtarũ ſic adlectorum exemplum non poteſt trahi in conſequentiam ad eos, qui puri ſunt laici. etſi alioquin *c.* 3. *X. de vit. & honeſt. cler.* presbyterũ parochialẽ clericum vult aſſumere. & Concil. *Trid.ſ.*23.*c.*17. functiones minorum ordinum reſtaurari deſiderat in ſolis clericis clericaliter viuentibus: eorumque defectum ſuppleri per clericos ſaltem coniugatos: quos Panormitanus *in d.c.* 1. quaſi mixtas perſonas reputat: quibus adeoque comparari poſſunt pſalmiſtæ, & cantores à presbytero dumtaxat aſſumpti.

21. Vt hodie indulgẽtius agatur. Nihilominus quamuis ſecũdùm antiquos canones chorũ Principibus nõ patere agnoſcat lib.1.c.agere tamen indulgentius videtur Ceremoniale Romanũ *l.*1.*c.*23. *ſub fin.* & Principem ſupremũ loci permittit incenſari ante Epiſcopũ; Proregem verò aut gubernatorem prouinciæ poſt illum. ſumma autem huius eſt dignitas, propter repręſentationem Principis. *Chaſſan. in catal. glor. ſeptima part. conſid.*10. gubernator oppidi dũtaxat, eodẽ loco non eſt. *idẽ conſ.* 17. *& ſeq.* ſed & huius dignitas à cõſuetudine plurimum æſtimatur *ibid.*

22. Vt patrono Regi ſupremoue Principi obuiam eatur. Patrono debetur honor: *l. liberto. & tot tit. D. de obſeq. parent. & patron.* conſideratur tamen ſecundũ qualitatem. & ſic Joannes *Andreæ*, *Zabarella, Panorm in d.c. nobis*. dicũt, ſi Rex aut magnus Princeps eſt patronus, ad templum venienti vſque ad ianuam templi eſſe obuiam eundũ: & ita fieri Venetijs: cùm Dux progreditur ad templum S. Marci. *Choppin. de ſacra pol. l.*1.*c.*4.*n.*14. cùm non eſt eius dignitatis; in ſeſſionibus tamẽ, ſupplicationibus, & cõuentibus eccleſiæ publicis præcipuus debetur locus. addit Azor. *Inſt. moral. p* 2.*l.*6.*c.* 20.*q.*1. patrono primo omniũ pacis oſculum dari, & interdum aliquod donum deferri. addunt ex Hoſtiẽſi authores quos citauimus præcipuũ inter laicos patrono honorẽ tribui, nam cleri ordo interturbandus nõ eſt; vel honor qui in officijs diuinis obeundis Dei miniſtris eſt deferendus *de quo in c. inter. X. de tranſl. epiſc. c. duo. diſt.* 96. *Choppin. vbi ſupra n.* 6. *& multis pro ſequitur Chaſſan. in catal. glor. quarta part. cõſid.* 2. *& ſeqq.* & in cõcurſu *conſid.* 78. *d. p.* 4. neque etiã ſoluendus eſt omnis ordo alijs canonibus decretus. *c. à ſubdiacono. c. non oportet. & alijs quos refert Gratianus diſt.* 93. 94. 95. 96. 97. & de parocho Barboſa *de offic. paro. b. c.* 9. *Mareſchal paſſim d. tra. De droicts honorific ques ès Egliſes.*

23. Vt regulariter alijs, quique honores deferantur.

24. Primi inter laicos, ſed poſt clerum.

Quare abſurdiſſimè quidã huiuſmodi prætextu, ſedẽ ſuã nõ tantum intra chorũ, ſed iuxta altare ad cornu Euangelij, ac ſupra ſedẽ parochi ſolẽniter celebrantis, & ſub hymni angelici, aut ſymboli apoſtolici decantatione ſedentis ad cornu Epiſtolæ, collocari iuſſit. Id eſt derogare diuinis myſterijs. ſed & aliàs *honor Regis iudicium diligit*: ideoque congruus omnibus honor eſt dandus. quod ſi enim patronus eſt homo priuatus, & ſuperueniat Rex, aut Princeps magnus; non poteſt cum honeſtatis ratione ſtare, vt non præferatur: præ alijs autem perſonis laicis non eminentibus meri-

25. Omnibus congrui.

merito honor patrono defertur: præſertim in Eccleſia ipſa patronata. ſimilitudine eius quod dicitur, quod quiſque domi ſuæ Rex eſt. & debetur honor quamuis expreſsè reſeruatus non ſit. *Choppin. vbi ſupra.*

26. Iterum quales?

Non quidem præſentationis: ſed proceſſionis; acceſſus primi poſt clerum ad offertorium; aſperſionis aquæ luſtralis; incenſationis; oſculi pacis; ſedis; ſcamni; ſepulturæ: & ſi qua ſunt alibi alia: vt panis benedicti erogatio, & ſimilia. quæ ad patronorum æmulationem toparchæ, imo miſſi dominici, & qui in diſtrictu iuriſdictionem exercent, ſibi paſſim volunt arrogare.

27. Vt cedi nequeant: cũ ſua cauſa tranſeant in capaces.

Honores porro iſti cedi nequeũt. *c. 6. X. de iur. pat. Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 9. §. nec dictum ius.* niſi forte Eccleſiæ *c. illud. X. c. vnic. in 6. eod.* vel cum bonorum vniuerſitate: *c. ex literis. X. eod.* ſic & tranſeunt in hæredes, & vniuerſales bonorum poſſeſſores cum ſua cauſa. ita, vt ſicut ad aliquem deuoluitur ius patronatus, aut quid ſimile, ita & honor defluat: quatenus cauſa in re tranſlata conſiſtat, & ſucceſſor ſit capax. nam & honor perſonæ tantum debitus cedi non poteſt. Quare cum Prælatus quidam, patronus Eccleſiaſticus, ſeu parochus primitiuus, incorporatum habens ius parochiale; decimas, aliaque bona, vniuerſim cum iure patronatus vendidiſſet laico; & is toparcham, vt ſolebat prælatus, antecedere vellet; rectè reſponſum eſt, ius ſpirituale parochi primitiui, & quod inde profluebat ius præcedendi, in perſonam laicam non cadere. quippe omnis præcedendi ratio fundata fuit in charactere clericali, ſeu ſacerdotali: quæ dignitas perſonalis eſt, neque ceſſibilis. bona autem nullam ipſi poſſeſſori poſſunt prærogatiuam conferre: niſi doceatur ipſis ius patronatus adhæſiſſe. v. g. caſtro, aut dominio alicui. ergo nihil ex priori cauſa in emptorem, qui iuris primitiui parochi capax non fuit, tranſire potuit. cedere ergo debet toparchæ. Huiuſmodi primitiui parochi, patroni quidem dicuntur; verè non ſunt, patroni propriè dicti Eccleſijs benefaciunt; fundo, dote, ſtructura: illi Eccleſiarum prouentus in ſe deriuant. laici autem tales patroni, vel parochi eſſe non poſſunt: cauſa ergo ceſſante, ceſſat in his effectus. ſic refert Mareſchal. deciſum, cum loci dominus primarius incidiſſet in religionem deformatam, non potuiſſe alteri, quamuis Catholico, ius ſui honoris cedere; vt ſecundarium præcederet.

Patrono etiam, qui templum ſtruit, permiſſum eſt inſignia ſua inſculpta parietibus habere. *l. 2. & 3. in fin. D. de oper. pub.* non alteri, *ibid. & l. 4.* ſi quis tamen quippiam ador narit marmoribus, vel alio modo; nomen inſcribere, vel arma appingere non prohibetur. *l. 7. D. de oper. pub. manentibus,* inquit, *priorum titulis, qui ea opera feciſſent.* quorum nomen nunquam eradendum eſt. *d. l. 2. in fin. Choppin. de ſac. pol. lib. 1. tit. 4. n. 5.* Nomen, inquam; tituli, arma, inſignia poni poſſunt: non autem ſtatuæ, & imagines; ſine imperiali beneficio. *l. 1. & vlt. C. de ſtat. & imag.* tametſi prælatorum & magnatũ multis in monumẽtis ſtatuas videamus: priuatorum etiam pictas imagines. ſic etiam prohibitum eſt vela rebus imponere alienis. *l. 1. & 2. C. vt nemini liceat ſigna rebus imponere alienis.* ideoque argumentum præbent dominij aut ſimilis iuris inſignia, ac tituli rebus infixi; inſcripti, appicti. adeoque parietibus ab alio ſtructis inſignia inſculpere eſt priori ſtructori detrahere: eoque vetitum. *d. l. 2. & 7.* quapropter ne locorum quidem dominis permiſſum arma ſua, & nomina Eccleſiarum parietibus inſcribere. *d. l. 4. D. de oper. publ.*

28. Patrono inſignia ſua parietibus inſculpta vt habere poſſint. & alijs in ornamentis aut additamentis.

Cæterum ingerenda eſt iterum mentio conſuetudinis, qua nunc hîc paſſim receptum eſt, vt patrono non tantum in choro detur locus;

29. Vt locorum dominis & Iudicibus locus detur.

cus; ſed etiam loci domino; non tantum imperium merum; ſed etiam iuriſdictionem dumtaxat habenti: ſeu, vt pragmatici loquuntur, non tantum altam iuſtitiam habenti, ſed etiam mediam, atque infimam. ſed vtique gradatim; atque iuriſdictionis ordine, & dignitate ſeruata.

30. Quatenus vbi plures ſunt domini? Sed hic eſt lapis offenſionis, dum in eadem parochia diuerſa ſunt dominia: atque hi tum ſe dicunt Eccleſiarum dominos, intra quorum dominij ambitum ſita eſt Eccleſia: ibique prærogatiuam vindicant, reliquos, quaſi eo loci priuatos, infra ſe reijciunt. & quamquam neque iure dominij, neque ſeruitutis hæc à toparchis prætendi poſſint in Eccleſia; vt diximus: tamen conſiderationem aliquam habet, quod Eccleſia ſita ſit intra ſphæram ſui dominij: cum cuius vniuerſitate connexionem videri poteſt habere Eccleſia. ſicut ius patronatus, quamuis ſapiat aliquam ſpiritualitatem; ſequitur tamen caſtrum, aut bonorum vniuerſitatem: adeo vt etſi in commercium per ſe non veniat; accedat tamen vniuerſitati: & ſic toparchiæ dignitatem Eccleſia auget. quomodo & iuriſdictio; quamuis per ſe toparchæ non competat in Eccleſia; tamen propter vniuerſitatem, circumiacentis territorij ita extenditur, vt delicta in Eccleſia commiſſa vindicare ipſe poſſit, nõ toparcha vicini territorij, quamuis eiuſdem parochiæ. quinimo ad defenſionem Eccleſiæ in ipſa delinquentes compeſcere debet. vt ipſe D. Ambroſius, cum Mediolani cum poteſtate eſſet, Eccleſiam ingreſſus eſt, vt ortam in ea ſeditionem, ſuper Epiſcopi electione, compeſceret. quando ipſe in Epiſcopum eſt electus. & ſic videntur templa manere ſub iuriſdictione tanquam illius circulo incluſa, tametſi id impropriè accipitur. *d.c. conuenior. 23. q. 8.* ſicut impropriè vocatur communis Eccleſia, *in c. ſi plures 16. q. 7.* aut cuiuſcumque in *c. ſi quis in atrio, 17. q. 4.*

Vbi plures ſunt domini indiuiſim, fratri ſeniori, aut ei qui ab eo cauſam habet, cedit alter: ſi diuiſim; neque ſatis conſtet in cuius circulo ſit Eccleſia; *dominus præſumitur qui maius dominium habet in villa*, inquit Faber *ad l. 2. C. de iur. emphyteut* atque aliàs in quo amplior cauſa eſt, maior etiam effectus, vt hic honor, concedendus eſt. vnde etiam inter pares loci dominos, ſi alter aliam eminentem dignitatem habet, perſonæ illius alter cedit: hæredi non cedit. *Faber. Inſt. de honor. poſſeſ. § aliam vero Chaſſan. in Catal. p. 1. conſid. 38.* quare etiam territorij prætor, ſi quis aduenerit ſuperior Iudex, cui ille ſubalternetur, huic loco cedit.

Sed neque ſufficit quibuſdam toparchis, quod ipſi ad chorum admiſſi ſint, & intra cancellos clero ſeparando à populo olim poſitos; ſed quo magis, non honor Dei, ſed ipſius toparchiæ reſpondeat; alios ad chorum admitti nolunt: quamuis ære publico olim ille structus ſit; &, cum deſunt Eccleſiaſtici prouentus, ſartus tectus ſeruetur à populo: qui ea in parte cum ratione inſtituendi patronatus non parum participat; & cum ditiores, pro ratione facultatum, plus alijs ſoleant contribuere; rei æquitas videtur inferre, vt ab onere huiuſmodi non ſeparetur congruus honor: & conſequenter vt Epiſcopus, archipreſbyter, ſeu rector Eccleſiæ etiam illum intra chorum tribuat: quatenus officij diuini peragendi libertas, & loci capacitas, & conſuetudo commodè patiatur. 31. An alios hi poſſint excludere à choro?

Locorum domini ſecũdum gradum ſuum honorem merentur; imo, & magiſtratus eorum vices ſupplentes. adeo vt officia publica etiam honores dicantur. *titul. D. de muner. & honor. de quo egimus in Iudice lib. 2. c. 2.* gradus honorum hîc erunt, vt: primum obtineant quibus alta;

ſecundum, quibus media; tertium, quibus infima iuriſdictio competit: ſeu cuius olim Eccleſiæ fundus directo dominio emphyteuſis, cenſus, fendi, vel ſimili nexu obſtringebatur. quando tamen hinc domini, hinc officiarij tantum adſunt; procurator domini locum non mox debet obtinere: quamuis praxis deferre ſoleat obeunti munus altæ iuſtitiæ.

32. Poſt patronos, dominos, Iudices vt alijs congruus honor detur.

Poſt eam denique conſiderationem, quæ à beneficijs in Eccleſiam ducitur, & patronatus inſtar, aliquid quaſi reale ſapit; & quæ iterum ratio toparchiæ, & iuriſdictionis ſuadet; debet Eccleſiæ rector ſeruare decorum, ſecundum notas dignitatum, quæ in ſingulis conſpiciuntur. de quibus tractare longa eſſet diſciplina. ſcripſit Matthias Mareſchal idiomate gallico libellum *De Droicts honorifiques ès egliſes*. qui latè id executus eſt; & plurima ſenatuſconſulta ea ſuper re lata ſimul typis vulgauit. adde & totum Chaſſanæi *Catalogum gloriæ mundi*.

33. Etiam mulieribus ſecundũ qualitatem maritorum.

Porro mulieribus, quia Ius patronatus competere poteſt, *Panorm. poſt Ioannem Andreæ in d. c. nobis.* conſequenter honor congruus deferendus eſt. & ſingulatim etiam vxoribus patronorum. quippe maritorum radijs clareſcunt, & ab eis dignitatem ſortiuntur, aut vilitatem; *l. mulieres. C. de dignitat. lib. 12. l. fin. C. de nup. in v. Vxor marito coruſcat, & ſentiat eius fulgorem. Auth. de Conſul. § ſi autem v. decet enim frui eas & coniugis claritate. & v. quoniam vxores coruſcant radijs maritorũ coll. 4. plura habet Chaſſan. in catal. glor. 2. p. 40. conſid.* & priuilegia mariti cõmunicantur vxori. *l. Princeps. D. de leg. iterum Chaſſan. ibid. priuil. 39.* etſi Ceremoniale Romanum *vbi ſupra* eundem honorem mulieri inſigni defert, quem viro.

34. An etiam ante hos ipſos?

Sed mores iterum legem ponũt, aut mutant. Vt vidimus hic ſub Archiducibus Alberto, & Iſabella; cui ille primas vbique videbatur deferre. & aſſentitur in reginis Chaſſan. *d. conſ. 39.* non in alijs. ſalua rurſus conſuetudine. quam ſemper etiam hodie vult attendi Gauantus *in Theſauro. l. 1. p. 2. tit. 7.* cui in cæremonijs verſatiſſimo, hoc in argumento multum eſt tribuendum. quamuis etiam medio æuo in Capitularibus Caroli Magni *lib. 1. art. 17. lib. 7. art. 134. & 291.* vetitum fuerit, vt nulla fœmina ad altare audeat accedere; aut presbytero miniſtrare, vel infra cancellum (ſeu chorum) ſtare, aut ſedere.

Sepulchrum, monumentum, & quicquid demum conceditur patronis, benefactoribus, & alijs; nullatenus admittendum eſt vt deformet Eccleſiam, aut vſui incommodet. ideoque non niſi magnis Principibus tumbæ ſupra terram eleuari permittendæ ſunt. vt etiam extat conſtitutio Pij IV. qua omnes amoueri, & terræ æquari iuſſum eſt. minus permittendum eſt, vt in gratiam cuiuſpiam tardius, ociuſque officia diuina fiant, ſed illa omnino horis competentibus complenda ſunt: *c. 1. X. de celeb. miſſ.* ſecundùm decreta ſuperiorum Eccleſiaſticorum. *c. 1. X. de off. cuſtod.* vt in Synodo diœceſana Antuerpienſi *anni 1610. tit. 12. c. 4.* ſerio vetitum eſt, ne in collegiatis aut parochialibus Eccleſijs miſſa, prætextu exſpectationis alicuius ſpectabilis perſonæ, alioue colore, differatur. vt & Regio edicto, April. ann. 1571. in Gallia vetitum eſt dominis temporalibus locorum, alijſque parochos, vicarioſue ad aliquam temporis diuini officij mutationem cogere. cuius temporis obſeruatio adeo rigidè inſtituta eſt; vt officia diuina ex eo horæ canonicæ dicantur; preces nocturnæ, primæ, tertiæ, ſextæ, nonæ, veſperæ.

35. Sepulturæ ſingulis cõgruæ, nullis eleuatæ.

36. Nullius cauſa tempora diuinorum officiorum turbanda.

In ſepulchris etiam & monumentis decorum ſeruandum eſt. vt ferè quo loco ſtare, ſedere viui non poſſunt, defuncti non deponantur. & quamuis pro ſepultura pecunia, vt pre-

Sepulcra mortuis, vt loca viuis, congrua.

vt pretium, exigi non poſſit; *c. penult. X. de ſepult. c. cum in Eccleſia. X. de ſimon.* ſiue in Eccleſia ſiue cæmiterio quis ſepeliatur: *c. queſta. c. in Eccleſ. c. præcipiendum.* 13. *q.* 2. tamen vt Eccleſia gratitudinem erga patronum oſtendit, honorem illi in proceſſione, ſeſſione, & ſepultura exhibet; ita etiam poteſt erga eximium quempiam benefactorem. imo ijs etiam tribui poteſt, qui non pietatis ergo, ſed honoris adipiſcendi cauſa re ipſa benefaciunt, & pecuniam numerant. quando etiam huiuſmodi honor, quatenus temporalis eſt, pecunia æſtimabilis eſt; & in commercium venire poſeſt. *Diana p.* 3. *tract.* 1. *miſc. r.* 57. & ita Mareſchal Pariſienſi ſenatuſconſulto 9. *Martij* 1551. *& pluribus inde alijs* iudicatum refert, turbandum non eſſe, qui aliquo beneficio ſeſſionem, vel ſcamnum in Eccleſia impetrauit. *Vide Mart. Ant. Gen. vbi ſupra in Annot.*

Cæterum, ſicut præcipimur ab Apoſtolo *ad Rom. c.* 13. reddere omnibus debita; cui tributum, tributum; cui honorem, honorem, ita etiam Eccleſia deteſtatur iniquas contentiones; &, niſi componantur, reliquias iubet efferri, & Eccleſiam claudi. *c. ſi plures.* 16. *quæſt.* 7.

Igitur in ſtatuendo ſuper hiſce omnibus prærogatiuis Judicis Eccleſiaſtici authoritate opus eſt. *per eas rationes, quas mox diximus, præſertim n.* 7. *& ſeqq. n.* 16. *& ſeqq.* quod ſi tamen ſuper poſſeſſorio iudicio quæratur, ea fere via deferri ad ſæculares cognitio ſolet. præſertim cum non de iure Eccleſiæ quæritur, an alicui prærogatiua competat; ſed cui ex duobus pluribuſue ſæcularibus deſuper litigantibus competat.

Quatenus porro Iudices ſæculares, domini temporales, ſeu toparchæ, lites agitare, iudicia exercere, ſeu quippiam ſæculare in Eccleſijs facere non poſſint vide ſupra *l.* 1. *c.* 34 *& hic j. c.* 84.

CAPVT LXXXIV.

De Statuto ſuper ordinatione Eccleſiæ patronatus Regij.

1. Ordinatio Eccleſiæ quamuis regij patronatus eſt Eccleſiaſtica.

SVnt qui nouo commento ius Regium patronatus ita extollant, vt non communibus regulis aſtrictum; ſed in quod congerant priuilegia, ſi quæ vſpiam ſunt, apoſtolica, iura Coronæ, perſonæ, ſanguinis, protectionis, *domanij* regij prærogatiuas: Vt ex huiuſmodi conglobatione eam authoritatem & iuriſdictionem conflent, quæ nō tantum ad bonorum olim conceſſorum conſeruationem pertineat; ſed etiam in ſacris ordiuandis, & cultu diuino valeat: quin Eccleſiaſticæ etiam authoritati ita præualeat, vt huius decreta illa reſcindat. Reprobatus eſt Saul, qui, quamuis in defectum Samuelis dumtaxat, ſacrificijs ſe immiſcere voluit. priuilegia quidem inſpicienda, non excedenda ſunt. *c. porro. c. recepimus. X. de priuil.* ne quidem ſublimibus Principibus, eorumue Eccleſijs, aut oratorijs conceſſa, ad alias perſonas, aut loca ſunt extendenda. *c. cum capella Ducis Burgundiæ. X. de priuil.*

2. Priuilegia extra loca & perſonas quibus ſunt conceſſa, non extendenda.

Fatendum eſt quidem regios patronatus, perſonas, ſanguinemque regium non ſemel in iure à communi regula excipi. non tamen inde poteſt inferri vniuerſaliter, nullis canonibus ſubeſſe; licere quicquid lubet in beneficijs patronatui aut protectioni ſuæ ſubiectis; rerum ſacrarum, diuini cultus, officiorumque ordinationi præſcribere. Concilium quidem *Trid. ſeſſ.* 25. *c.* 9. à decreto illic propoſito excipit patronatus ad Reges, & ſublimes Principes ſpectantes, non generatim ab omni canone.

3. Regij patronatus vt a communi aliqua regula excipiantur.

Eodemque modo *ſeſſ.* 22. *c.* 8. à viſitatio-

4. *Et hoſpitalia ſub immediata Regum protectione ſpeciali.* ſitatione Epiſcopi hoſpitalia excipit, quæ ſub Regum ſunt protectione, ſed non generali illa, qnæ totum regnum complectitur; ſed *immediata*, inquit, *protectione*. de qua etiam conſtare expreſsè debet, & cognoſcit Iudex Eccleſiaſticus, nō ſæcularis. *citati à Barboſa in Coll. DD. ad Concilium Trid ſ. 22. c. 8. n. 28. 29.* quinetiam, cum d. c. 8. his verbis vtatur; *Epiſcopi habeant ius viſitandi*, & *in fin. non obſtantibus quacumque conſuetudine, etiam immemorabili, priuilegio, aut ſtatuto*; videtur Concilium ius viſitandi tribuere, vbi ante per conſuetudinem, priuilegium, aut ſtatutum non competebat: quæ tamen ſalua eſſe velit in hoſpitalibus protectionis Regiæ immediatæ; eoque minus per d. c. 8. derogari aliquatenus iuriſdictioni, quam Epiſcopi ante exercuerint. quod Interpretes in qnadam cauſa Neapolitana deciderunt. *Barboſ. vbi ſupra num. 30.*

Eodemqne c. 8. Fpiſcopis mandatur, vt quæcumque ad cultum diuinum pertinent, ipſi ex officio ſuo cognoſcant, & exequantur; non obſtante prætectione generali; ſed immediata dumtaxat. vbi conſuetudines, priuilegia & ſtatuta non abrogantur; ſed neque authoritas datur ipſis Principibus de cultu diuino, & ſacris rebus, vt libuerit, ſtatuendi.

5. *De officijs tamen diuinis & rebus ſacris ſtatuit Epiſcopus.* Si quidem de miſſis, horis canonicis, officijſque diuinis ſtatuendi authoritas ad ſuperiores Eccleſiaſticos omnino pertinet. *c. 2. de off. archidiac. c. 1. 2. 3. de off. archipreſ.* vbi quæ officia, & per quos, & qnomodo peragenda ſint, ſuperiores Eccleſiaſtici deſignant: imo hanc illamue præbendam illo onere afficiunt. *c. ſignificatum eſt. X. de præb.*

6. *Noua beneficia erigere, onerare ſacris officijs, ſeu exonerare.* Concilium *Trid. ſeſſ. 24. c. 12. §. in omnibus*, aliaque diuerſa *tit. de celebrat. miſſar.* relata, *& tota parte Decreti quæ de conſecratione inſcribitur*: imo noua beneficia, & dignitates poteſt Ordinarius erigere, ad cultum diuinum ritè peragendum. *DD. in c. cum acceſſiſſent. X. de conſtitut. c. cum olim. X. de conſuet. Azor. Inſt. Moral. p. 2. lib. 6. c. 30. q. 10.* denique Concilinm Baſilienſe *ſeſſ. 21.* latè modum rem diuinam peragendi præſcribit. *quem contraximus, in Reſponſ. can. De celebrat. miſſar. reſp. 1.*

Vbi etiam & *in d. c. 1. 2. 3. X. de off. archipreſ.* diuerſitas feriarum, & feſtorum innuitur; & vt aliter atque per alios officia fieri debeant: in ſummis feſtiuitatibus per Epiſcopos, in feſtis maioribus per inferiores dignitates; in alijs, & ferijs quotidianis per canonicos, alioſue ex inſtituto cniuſque Eccleſiæ. qnalia omnia iterum Concilium Trid. tam quoad officia, quam miniſtros diſponere ad ſuperiores eccleſiaſticos omnino vult pertinere. *ſeſſ. 24. c. 12. §. fin.* patronos autem neque rerum ſacrarum adminiſtrationi; ſed neque bonorum permittit immiſceri. *ibi eadem ſeſſ. 24. c. 3. §. fin.* quod & varijs iuris veteris locis ab origine Eccleſiæ ſeruatum fuiſſe latè retulimus *in Conſult. can. de paroch. Conſult. 8.* — 7. *Diſcernere quæ quibus diebus, ſeu miniſtris conueniant.* — 8. *Nullatenus id patronis conceſſum.*

Sanè huiuſmodi dierum, officiorum, miniſtrorumque diſtinctio, & qnid ad maiorem Dei gloriam, cultumqne diuinum ſpectet diſcretio, non poteſt ad patronos aut Principes, ſed ad ſuperiores eccleſiaſticos pertinere. *ad ſacerdotes enim Deus voluit quæ Eccleſiæ diſponenda ſunt pertinere, non ad ſæculi poteſtates. c. ſi imperator. diſt. 26.* Princeps *filius eſt, non præſul Eccleſiæ. ibidem.* Eccleſiæ omnes in Epiſcopi poteſtate conſiſtunt. *c. omnes. baſil. 16. q. 4.* illarum ordinatio ad Epiſcopum, nnllatenus ad patronum, pertinet. *c. pia mentis. c. frigentius. ibid.* adeoque officiorum, & miniſteriornm diſtributio. *d. c. 12. §. fin. ſeſſ. 24. Trid. locisque ſupra citatis,* adeoque mutatio, ſi quam ad decorum cultus diuini temporum ratio exegerit. præſertim ſi beneficijs non grauamen, ſed ſubleuamen adferat. — 9. *Sed Eccleſiæ ſacerdotibus.*

Dum

Dũ liberioris ex inde beneficij donum, collationemque patronus nãciſcitur. & nemo queri poteſt cõditionem ſuam factam eſſe meliorẽ.

Laudanda igitur eſt à patrono Ordinarij mutatio talis, non improbãda; minus reſcindẽda. quaſi iure regij patronatus comprehenſum eſſet, non tantum protegere Eccleſias; ſed regere; eorumque, quos *Spiritus ſanctus poſuit regere Eccleſiam Dei, act.* 20. acta reſcindere. quod nullis priuilegijs, nullis canonibus poteſt eſſe permiſſum.

10. Solicitudo quidem patronos concernit.

Id quidem verum eſt ſpectare ad patronos Eccleſiæ ſuæ ſolicitudinem: *c. filijs vel nepotibus*. 16. q. 7. & ſingulari reſpectu conſiderari reges, ſublimes atque ſupremos principes, iura imperij in dominijs ſuis habentes: *d. c. 9. ſ. 25. Conc. Trid.* ſed & reges atque reginas excipi à cõmunibus regulis: vt *in c. fin. in princ. X. de off. deleg.* dum quis prohibetur eſſe

11. Supremorum Principum ſingularis conſideratio.

Cõſeruator illius, ſub cuius agit iuriſdictione: & *in c. 5. de priu. in 6.* reges, reginas, eorumque filios excipi reſtrictione priuilegij, ne quis poſſit excommunicari: in reſtrictione diſpenſationũ ſuper pluralitate beneficiorũ. in *c. execrabilis §. nos itaque. verb. regum filys. de preb. in extr. comm*

12. Non authoritas in diuinis.

Sed hæc, aliaque ſimilia, & plura quæ habet Salgado *p. 3. c. 10. Ceuallos de cogn. per viam violent.* nihil faciunt ad hoc, vt poſſint reges, patroni, protectores Eccleſiæ, & canonũ ſupergredi Authoritatem eccleſiaſticam, & illius decreta euertere. Neque quicquam huiuſmodi tribuit c. regum *eſt. 23. q. 5. c. principes. ibid.* quod nõnunquam intra Eccleſiam poteſtatis adeptę culmina teneant: quia in ædificationem non in deſtructionem datã huiuſmodi poteſtatem ratio ſubiuncta declarat: vt *per eandem poteſtatem*, inquit, *diſciplinã Eccleſiaſticam muniant* principes; nõ euertant: & ſubſequenter *intra Eccleſiam*, inquit, *poteſtates neceſſariæ non eſſent, niſi vt, quod nõ praualet ſacerdos efficere per doctrinæ ſermonẽ; poteſtas hoc impleat per diſciplinæ terrorem: ſæpe per regnum terrenũ cæleſte regnum proficit.* ad muniendã ergo diſciplinam eccleſiaſticam, ſubſidium, profectũ Eccleſiæ, poteſtas intra Eccleſiam nonnunquam eſt: vt caſus recitãtur *ibid.* à gloſſa *ad verba intra Eccleſiã*: nõ vero vt quod in illius gratiam inuẽtum eſt, retorqueatur in odium.

13. Niſi ad munitionẽ Eccleſiaſticæ diſciplinæ.

Et vero detur ad muniẽdam Eccleſię diſciplinã poſſe Principes ordinationes edere requiſitos, vel etiam motu proprio: fieri id poteſt canones ſequendo, ſanctionibus & pœnis iuuando; quod eſt munire: non tamen Eccleſiaſticæ poteſtatis Decreta euertendo, *vt latius diximus initio lib. 1. c. 3.*

Sed neque c. filijs *vel nepot.* 16. q. 7. eam regiæ authoritati defert, *vt diximus ſ. l. 1. c. 35. n. 12. l. 2. c. 75.* dũ patronus ſalutarem ſolicitudinẽ, nullam noxam, ſed *commonitionis honeſtæ cõuentionem*, aut ad Epiſcopum, Metropolitanũ, deinde regẽ querelam deferre permittit: quod autem tum regis erit officium nullatenus explicat: petendũ illud igitur eſt ex alijs canonibus. & cũ omnes, qui impenſiſſimè fauẽt regio patronatui, vbicumque ille regulas iuris cõmunis excedit, ſoleant poſtremo confugere ad priuilegia Apoſtolica, quę per vſum immemorialem dicant probari; radicitus extirpatur huiuſmodi aſſertio: cum inaudita ſint hactenus priuilegia Apoſtolica, per quæ Principibus conceſſum ſit, peſſumdare Eccleſiæ decreta. 14. Nec id concedit l. filijs. 16. q. 7.

Vt vanum ſit, quod Ceuallos *de cognit. per viam viol. t. 5. gloſ. 6. n. 64. ex Flor. de mena l. 1. var. q. 12. n. 8.* Rex, inquit, *noſter catholicus eſt, ex bullis & priuilegijs Roman. Pontif. perpetuus Iudex & conſeruator d. Concil.* (Trid.) *& inrtumetus.* Romani ſiquidem, penes quos eſt ſcaturigo omniũ priuilegiorum Apoſtolicorum, ſemper & vbique hęc negãt: & conſequenter quod ius patronatus regij inuoluat ius aliquod protectionis iuriſdictionale, etiam cõtra eorum decreta, qui in Eccleſia præſident. 15. Nec priuilegia.

16. Quatenus ad augendum cultũ diuinum exonerari præbenda vna poſſit, onere alijs communicato, non aduerſante Concilio Tridentino.

Modeſtius procedit argumentum

à decreto Conc. *Trid. ſ. 25. c. 5.* ductũ, ne derogetur qualitati præbendarum onus miſſę, aut ſimile annexum habentium; *aliter*, inquit, *facta proviſio ſubreptitia cenſeatur*, eóque à rege illud decretum inſequente declarari poſſe, prouiſionem ab Ordinario ſecus factam ſubreptitiam cenſeri: ſiquidem neque huc protectio & defenſio extenditur: ſed & huiuſmodi decretum exaudiendum eſt iuxta intentionem eiuſdem Concilij *Trid. ibid. ſeſſ. 25. c. 3. ſ. nefas* paulo ante propoſitam.

Quin etiam agit d. c. 5. de collationibus ipſis, & prouiſionibus beneficiorum, vt ex tali derogatione ſubreptitiæ cenſeantur: ſubreptio autem & obreptio vitia ſunt impetrationum, & reſcriptorum; non autem legum, & canonum. eodemque modo loquitur idem Conc. *ſ. 7. c. 3.* vt neque referat, inferiorem nō poſſe derogare legi ſuperiorum: non enim per d c. 5. ponitur lex, niſi quoad ipſius collationes, prouiſiones, diſpoſitiones beneficiarias; non autem quoad leges circa huiuſmodi onera ferendas.

Quare neque aduerſabitur d c. 5. ſi in quapiam cathedrali Eccleſia duæ fuerint præbendæ ſacerdotales hebdomadariæ, & tamen in praxim redigatur decretum eiuſdem Concilij *ſ. 24. c. 12. ſ. in omnibus*, indiſtinctè ſtatuens, vt *omnes canonicatus habeant ordinem ſacrum annexum, & dimidia ſaltem pars presbyteri fiant*: quando onus hebdomadariorum communicaretur toti dimidiæ, & ſic exonerarentur ferè hebdomadarij, dum tota dimidia *iuxta ſ. omnes. ibid.* ſuis vicibus officia faceret.

Vt memini non omnino difformem aliquãdo feciſſe ſeu probaſſe quoſdam Epiſcopos, & quorum aliquis Concilio etiam Tridentino interfuerat, ordinationem pro congruentiori officij diuini peractione & ſedandis litibus, duo ſæcula peruagatis, quæ in materia iuris patronatus magnum etiam fa. iunt momentum *c. 1. 2. 3. 22. X. de iur. patron.*

17. Regij patronatus non omni lege ſoluti. neque ſine canonum offenſa decretum huiuſmodi Epiſcopi poteſt eneruari. Decretales omnino multæ *X. de iur. patron.* verbis vniuerſalibus vtuntur, vt neque ſublimes principes excepti videantur; quando id ſpecialiter non fit. & vero neque regium patronatum omni lege ſolutum eſſe euidens fit ex ijs controuerſijs, quæ extiterũt inter Henricum II. regem Angliæ & D. Thomam Cantuarienſem. *quas retulimus ſupra lib. 2. c. 3.* cuius conſuetudines, vt ille vocabat, alios plures eiuſdem regni principes imitari voluiſſe liquidum fit ex multis Decretalibus Archiepiſcopis, & Epiſcopis Angliæ inſcriptis. *Vt c. 21. & alijs d. tit. de iur patronat.*

CAPVT LXXXV.

De libertatibus, vt vocant, Eccleſiæ Gallicanæ.

Speciosa nomina ſunt: & calamum pelliciunt, quamuis externa ſed loquendi agendique abuſibus admodum prorogata, præſertim dum non ad libertatem fauoremque Eccleſiæ, quem ampliari oporteret; ſed magis ſæcularis poteſtatis, traducuntur. Enimuero dubium non eſt quin Reges Franciæ iam olim de Sede Apoſtolica optimè ſæpius ſint meriti (dummodo meminerimus egregia antiquorum Francorum facinora ex minori tantùm parte ſpectare ad occiduos, vt ſunt, qui hodie ferè Frãcorum nomine intelliguntur, & ſolent non ſine plagio illa ſibi adſcribere, vt deducit doctiſſimè Chiffletius *in Vindicijs Hiſpanicis c. 9.*) dubium quoque non eſt quin etiam in vicem Sedes Apoſtolica Reges illos regnumque multis magnifique priuilegijs munerarit. Vnde Innocentius III. *in c. nouit. X de iudic.* Philippum *Regem Francorum illuſtrem diligimus*, inquit, *& ad honorem & profectum & incrementum ipſius efficaciter aſpiramus: exaltationem regni Francorum*

1. Libertates ſeu priuilegia Franciæ ob merita conceſſa.

rum ſublimationem Apoſtolicæ Sedis reputantes. cum hoc regnum benedictum à Deo ſem er in ipſius deuotione permanſerit, & ab eius deuotione nullo vnquam, ſicut credimus, *tẽpore ſit diſceſſurum.*

2. Eo fine tamen, vt cum gratitud ne c miniſſeot.

Hoc igitur fine priuilegijs Reges, regnumque illud exaltatum eſt; vt connecteret *ſublimationem Sedis Apoſtolicæ.* libertates ergo Eccleſiæ Gallicanæ, quæcumque legitimæ ſunt, atque canonicæ; priuilegia ſunt a Sede Apoſtolica profecta, vt dum ijs vterentur Reges, atque regnicolæ, ſacræ illius originis cum reuerentia meminiſſent: non verò, vt quidam hodie procaciter loquuntur, illorum occaſione erga Romanam Eccleſiam contumaces redderentur. non vt libertas Gallica eſſe diceretur, non curare leges Pontificias; non decreta œcumenica; non cenſuras Romanas, non vitæ neciſque ſpiritualis poteſtatem, non claues quibus cœli aditus obſtruuntur, atque reſerantur; non ligandi ſoluendiue poteſtatem; non adſcribere iuri ſæculari Conciliorum conuocationem; prælatorum, magiſtratuumue Eccleſiaſticorum creationem; non reijcere Eccleſiæ Rom. iuriſdictionem; & ad petram Apoſtolicam vltimam prouocationem.

3. Non aliò ti. hereiur. minimè in Sedis Rom. dnominatio-nem.

Hæc enim omnia primatui Petri inſunt. ſicut ſimilia in temporalibus nota ſunt ſupremæ poteſtatis. quatenus de his autem aliquid deciſum, Regibus regnoue communicatum eſt, non eximit à ſuprema capitis Eccleſię poteſtate. quippe quam abdicare Pontifex non poteſt. *c. innotuit. X. de elect.* neque iuſtam recalcitrandi anſam præbere illud poteſt: ſed grato dumtaxat animo priuilegijs vtendi; & ſi quid occurrat, quod aduerſari videatur, ſuper ijs reuerenter excipiendi, atque Pontificem inſtruendi.

Sic Clemens V. *in c. 2 de priuil. in extrauag commun. Meruit Philippi Regis Francorum illuſtris,* inquit, *ſinceræ affectionis ad nos & Eccleſiam Romanam integritas, & progenitorum ſuorum præclara merita meruerunt, meruit inſuper regnicolarum puritas, ac deuotionis ſinceritas; vt tam regem quam regnum fauore beneuolo proſequamur.* Ex eoque ibidem Clemens beneuolam declarationem Regi, regnoque cõcedit. quâ grato mentis, linguæ, calamique indicio Francos vti ęquum eſt: non verò vt quidã; atque alios inter Caſſanus, quem refutauimus Hiatus *lib. 3. c. 5.* quaſi per eam decretalem pene exẽpti eſſent ab omni Eccleſiæ poteſtate. quæ neque mens fuit Clementis, neque eſſe potuit. qui petrã, ſuper qua Eccleſia Chriſti ædificata eſt, deſtruere, vel oues paſci mandatas abdicare nõ potuit. *vt ibid. diximus.* atque inſuper priuilegiũ, ne quis excommunicari poſſit, multis Regibus conceſſum *c. ne aliqui. de priu. in 6.* non auferre Põtificiã poteſtatem, cum extraordinaria neceſſitas exigit, reges ipſos excõmunicandi, vt eius rei plura ſunt exempla, etiã noſtri ſæculi. vt omittam apud Gallos priuilegia egere ſucceſſorum confirmatione: quin & à cõcedente poſſe reuocari. quamquam apud nos religioſius ſeruentur. *vt diximus in Indice lib. 3. c. 1. n. 15. & ſeqq. & in Notitia Iur B lg. in Introd.* ſic etiam ſupra diximus *lib 1. c. 38. & in Iur. pont. nou. anal. de elect.* ius Regaliæ defendi verè non poſſe, niſi ex priuilegio apoſtolico. ſed nec aliud quodcumque regibus, quoad beneficiorum Eccleſiaſticorum diſpoſitionem competens. *ibid. l. c. 37.* vt nec aliud qualecumque de rebus ſacris ſtatuendi, *c. bene. diſt. 96.* de qualibus paſſim ſcriptores Gallici.

Sed prę cęteris eximia eſt Defenſio libertatis Eccleſiæ Gallicanæ, quæ Curiæ Pariſienſi adſcribitur, & quam latinè dedit Duarenus *ad calcem libri ſui De ſac. Eccleſ. miniſter.* vbi poſtquam de edictis quorumdam Galliæ Regum, de decretis Concilij Conſtantienſis, & Baſilienſis, de Pragmatica ſanctione verba ſunt facta; ad pauca capita res 4. De prouiſionibus prælaturarum.

reducitur : atque imprimis multi articuli conſumuntur in aſtruenda electionis canonicæ neceſſitate. laudatur c.1.*X. de elect.c.nulla.72.diſt. c.Epiſcopo.8.q.1.c.qui in aliquo.51.diſt. c. ne pro defectu. X. de elect. l. ſiquemquam. C.de Epiſ.c.ſacrorum.53.diſt.* quod ante aliquot ſæcula non ſe ſoleat Papa electiuis beneficijs immiſcere : imo infirmatâ poſtulatione, ad eligentes negocium remittere.*c.bona.X.de poſtulat.*& canonicarum quidem electionum zelus bonus eſt,ſi verus eſt. vt per Concordata Germanica illæ ritè rectèque firmatæ ſunt. ſed per Concordata Gallica,cum Leone X. inita ſublatæ,& ad prelaturas nominatio Regi delata eſt : eoque zelus omnis,& querela ibi extincta eorum,qui maluerunt prelatorum deſignationem à Rege,quàm à Chriſti vicario proficiſci.

5. Minorum beneficiorum. Minorum beneficiorum diſtribuendorum ius ait Defenſio ad Ordinarium pertinere.*c.regenda.c.quicumque. c.nouerint. X. q.1. & tot. tit.de off.Ordinar.*ordinem Eccleſiaſticum confundi, cum ſua vnicuique iuriſdictio non ſeruatur:*c.peruenit.*11. *q.*1.& latè enarrat incommoda gratiarum exſpectatiuarum, per quas & Ordinario manus ligantur;deſiderium mortis poſſeſſoris naſcitur; prouinciæ pecunijs ſæpius ſine fructu exhauriuntur : non iterum iniuſta fuiſſe hæc querela videtur. quippe cui & Concordata Gallica finem impoſuerunt ; & Concilium *Trid.ſeſſ.*24.*c.19.* non iniuſta, inquam; ſi non ſuo marte remedium adferri,ſed magis placuiſſet poſtulari à Pontifice:cui canones disertè tribuunt in beneficijs plenitudinem poteſtatis: & hanc nunc libertatem profiterentur pactis conuentis cum Leone X.& Concilio Trid.acceptam eſſe ferendam.

6. Litibus Romã tractis. Querelæ ſuper beneficijs appendicem facit Defenſio, lites illorum causâ, aliâue Romam tractas : ſed eadem reſponſio ſatisfacit:Leo per Concordata prouidit, & Concilium *Trid.ſeſſ.24.c.20.*ſed & amplius per Concordata, quàm per Tridentinum eſt Gallis prouiſum:cùm hoc non niſi de primâ inſtantiâ;illa etiam de vlteriori ſtatuant;& grande priuilegium concedant : cuius origo reuerenter eſt agnoſcenda, ab illiſque prædicanda.

Denique pergit Defenſio ad cõmendas ; & conſequentem Eccleſiarum ruinam, etiam nobiliſſimorum monaſteriorum:ſed & iterum prouidit Concilium *Trid.ſ.25.de regular.c.21.*quoad monaſteria : quin etiam alia beneficia curata per modum commendæ perpetuæ, aut vnionis ad vitam obtineri vetuit Concil. Trid. cum alio incompatibili *ſ.7.c.4.* nunc autem cùm Rex commendatarios nominat,etſi non ceſſent incommoda, imo immenſum aucta ſint, ceſſant tamen vt ſupra ibidem querelæ. 7. Commendis.

His de rebus cum Concilium Conſtãtienſe & Baſil.decreuiſſent, ait Defenſio, obſeruationem canonum Regis culpæ aſſcribi non poſſe;imo ſcelere eum obligari ſi contra eos canones aliquid admitteret;idque,inquit, propter authoritatem & ſanctitatem eorum, qui hos canones nobis reliquerunt. vbi reſpicit duo iam dicta Concilia : at verò conſulere illa; non ligare manus Pontifici potuerunt : illorum ille lege ſolutus eſt ; vbi ex re Eccleſiæ aliter ei agendum videtur. præterquam quod , cum iam ſchiſmata eſſent ſublata,iam ſupra Concilium erat Pontifex, eoque inuito quid vlterius ſtatuendi ceſſabat authoritas. quo etiam nomine Baſilienſis Concilij decreta titubant:& pars ideo melior, vt authoritatem acquireret, in Concilium Lateranenſe ſub Leone X. habitum, ac deinde Tridentinum illata eſt;non tamen Baſilienſis etiam reſeruationum ſublatio: ſed neque canonicarum electionum reſtauratio. quin imo Concilium *Trid.ſeſſ.24.c.*1. vbi dili- 8. Concilio Conſtant. & Baſilienſi: 9. & Tridentino.

diligenter monet omnes ad quos pertinet Eccleſiarum prelatos promouete, vt digniores præfici diligeuter curent; *omnes*,inquit,*qui ad promotionem præficiendorum quodcumque ius, quacumque ratione à Sede Apoſtolica habent, aut alioquin operam ſuam præſtant, nihil in ijs pro præſenti temporum ratione innouando, hortatur* &c.

Etſi enim ſanctiores omnino habendi ſunt canones veteres: præſentium tamen temporum ratio non ſuaſit Concilio connellere vel Concordata Gallica, vel aliorum locorum priuilegia: innuit tamen vno verbo debere huiuſmodi priuilegia à Sede Apoſtolica haberi.

Curia quidem in illa Defenſione *art.* 19. proteſtatur ſe nihil authoritati Pontificis, & S. Sedis velle detractum; quin imo omnem honorem, reuerentiam & obedientiam deferri; & ſi quid *in Defenſione emendatione*, inquit, *dignum exciderit, Eccleſiæ determinationi, qua errare non poteſt, ſubijcere ſe non recuſat. c. à rectâ. 24. q. 1* Eccleſiæ,inquit;non Pontificis. is enim iam damnauerat pleraque, quæ à Cōcilio Baſilienſi poſt ſchiſma ſublatum, & progreſſum Concilij ſuſpenſum, erāt decreta. quando, vt diximus, iam Pontifex erat ſupra Concilium; illudque ei obedire tenebatur: eoque malè Defenſio nihil aduerſus veteres canones admittendum cenſuit, propter authoritatem, vt inquit, & ſanctitatem eorum, qui eos nobis reliquerunt: cùm eorum authoritas depreſſa iam eſſet, & prænaleret maior poteſtas: cui, cùm diſſidet ab inferiori, omnino obediendum eſt. *ſi aliquid ipſe proconſul iubeat*, inquit Auguſtinus, *& aliud Imperator, nunquid dubitatur illo contempto huic eſſe ſeruiendum? c. qui reſiſtit. 11. q. 3.* De hac Defenſione & pragmatica S. Ludouici per illam citata, vide Dianam *p. 5. t. 1. r. 13.*

10. Libertatibus reuerēter & gratè vtendum. Itaque quæcumque priuilegia regno Francorum ſunt conceſſa, non contemptim atque proteruè vſurpanda ſunt; ſed cum grata genuinæ ſcaturiginis recordatione. Quæ ideo rectè etiam à maioribus dictæ ſunt libertates; quòd per ea Francigenæ communi quibuſdam in rebus lege ſoluti, liberique ſint. vt cùm aliæ gentes, ſimili beneficio non donatæ, iure communi vti debeant; illis legis vinculum ſit laxatum.

Perperam igitur Ludouicus Seruinus *tom. 1. plaid. 7.* vbi agit de clandeſtinis matrimonijs, decretū Concilij Trid. probat, tanquam honeſtati, rationique congruum; vires illud adipiſci ait ab edicto Regio: Concilij *alioquin articuli*, inquit, *non authorizati per decretum Regium, non poſſunt facere legem in Francia*; & iterum *tom. 4. plaid. 11. leges*, inquit, *Imperiales, & ſanctiones Pontificales, aut decreta Conciliorum extraneorum nec* locum habent, nec allegari debent in hoc regno; niſi in quantum tranſierunt in edicta Regia. *ſi decreta*, inquit Nicolaus I. *Romanorum Pontificum non habetis, de neglectu atque incuria eſtis arguendi; ſi verò habetis, & non obſeruatis; de temeritate eſtis corripiendi, & increpandi. c. ſi decreta. diſt. 20.* quid Nicolaus dixiſſet de his, qui Conciliorum & Pontificum decretis authoritatem abrogant, niſi lege Regia firmetur? quid de his, qui œcumenica Eccleſiæ concilia extranea vocant? 11. Agnoſcenda Eccleſiæ authoritas in condendis legibus.

Vnde enim regiam legem nactum eſſet Concilium primum Apoſtolorum *Act. c. 15. viſum eſt*, inquiunt, *Spiritui ſancto & nobis, nihil vltra imponere vobis oneris, quam hæc neceſſaria* &c. poterant ergo imponere: quamuis tunc non videbatur opportunum; & poterant ſine lege Regiâ. nam & Imperatores erant gentiles. poſſunt ergo Pontifices atque Concilia ſine Regiâ lege decreta facere. *ſicut Sancti Euangelij*, inquit Gregorius, *quatuor libros, ſic quatuor Concilia ſuſcipere & venerari*

me fateor.c.ſicut.diſt.15. plura ſunt eadem *diſt.& ſeqq.* vbi Concilia œcumenica, & Canones Apoſtolorum firmantur.

12. Conuocandis concilijs: & Decretalibus ſcribendis.

Et porro ad Romani Pontificis primatum pertinere œcumenica Concilia indicere, demonſtratur c. Synodum. *c.regula.c.multis.diſt.17.* & de Pontificum decretalibus literis: *c.ſi Romanorum.c. ſic omnes. 1.enim vero c.in canonicis diſt.* 19 vt authoritatem vniuerſim obtineant: Illudque cap. *Romanorum.* à Nicolao Papa ſcriptum eſt Epiſcopis Galliæ: eiuſque ſenſum tenuit Carolus Magnus *in Capitularibus: vt refertur in c.in memoriam.ead.diſt.* 19. vbi & hoc ille addit; vt cum de veritate decretalis emergit quæſtio; *ſi quis noſtro*, inquit, *miniſterio inſidiando redarguatur falſam ab Apoſtolica Sede detuliſſe epiſtolam, vel aliud quid quod inde non venerit, ſalua fide, & integra circa Apoſtolicum humilitate, penes Epiſcopum ſit poteſtas, vtrum eum in carcerem, aut aliam detrudat cuſtodiam, vſquequo per Epiſtolam, aut per idoneos ſuæ partis legatos Apoſtolicam interpellet ſublimitatem; vt potiſſimum ſua ſancta legatione dignetur decernere, quid de talibus iuſto ordine lex Romana ſtatuat definire, vt & is corrigatur, & cæteris modus imponatur.* Hic Carolus Magnus miniſterium ſuum vocat, vt Pontifici obediatur; & ab ipſo Pontifice vult exquiri, quid decernat; & interim per Epiſcopum cauſam cognoſci: Seruinus vires omnes Eccleſiæ abſtulit; malignè à Carolo Magno diſſidet, & à ſoliditate petræ, ſuper quâ Eccleſia Chriſti ędificata eſt, recedit.

Hanc petram, inquit Leo I. *ſacratiſſimam firmitatem Domino, vt diximus, ædificante conſtructam, nimis impia vult præſumptione violare, quiſquis eius poteſtatem tentat infringere, fauendo cupiditatibus ſuis, & id quod accepit à veteribus non ſequendo. c.ita dominus diſt.* 19.

13. Agnoſcendus primatus Eccleſiæ Romanæ.

Decretalium ergo authoritas par eſt Concilijs: *c.de libellis.diſt.*20. Cõciliorum, Euangelijs: *d.c.ſicut.* Pontificum ergo Romanorum, quia Eccleſiæ primatum obtinent, *c.nouo.c.quamuis.diſt.*21. qui decreta non recipere conuincitur, *nec catholicam*, inquit Leo IV. *& Apoſtolicam fidem, nec ſancta quatuor Euangelia vtiliter & efficaciter ad profectum ſuum retinere, vel credere probatur. d.c. de libellis.*

14. Illius notæ vt a Seruino & nouatoribus negentur.

Huic Leonis cenſuræ generali, valde conformis eſt libellus Ludouici Richeome, *quem inſcripſit, Aduis & notes données ſur quelques plaidoyés de M. Louys Seruin*, dum illum ſpecialiter arguit ab orthodoxa fide deflectere; quod notas ſupremę poteſtatis Pontificis Romani abneget: quas c.14. proponit, & aliquot ſequentibus demonſtrat Seruinum impugnare, & quidem *d.c.*14. condendarum legum Eccleſiaſticarum poteſtatem: & *c.* 15. creandorum Eccleſiæ prælatorum: quam Seruin *tom.3.plaid.1.* negauit.

15. Legum condendarum poteſtas.

16. Creandorũ magiſtratuum Eccleſiaſticorum.

Non oportet, inquit Seruinus *ius ad prælaturas nominandi, æſtimare tanquam attributum à Papa Regibus noſtris* (tametſi disertè id fiat per Concordata Leonis X.) *ſed tanquam ius Coronæ, quod ſucceſſerit in locum electionis, quæ fiebat per clerum, & populum.* Sed eſto, populus ſuam in Regem tranſtulerit poteſtatem (quod tamen Gallici fiſci aduocati illibenter ſolent audire) non tamen populo ius fuit electionis: *c.Oſius.X. de elect.c.ſi ergo.8.q.1.* licet expetere poſſet, clerum ſequi; & conſentire: *c nulla.c.docendus.diſt.62.c.plebs.c.non licet.d ſt.63.* Cleri porrò ius in Regem eſſe tranſlatum, quo authore, niſi Pontifice, probabit Seruinus? tranſtulit autem in Regem Galliæ Leo X. vt diximus. In qua tranſlatione aduerſus antiquos canones, plenitudinem poteſtatis Pontificiæ is agnoſcat oportet, quicumque ratam illam eſſe voluerit.

17. Concilij conuocatio.

Tertiam notam Richeome ſupremitatis Pontificiæ refert, poteſtatem conuocandi Concilium generale: ſicut ad Regem pertinet con-

conuentum indicere Ordinum regni generalem. idque conſtat *ex d. c. Synodam. c. regula. c. multis. diſt.* 17. ita refert Richeome Apoſtolorum Concilium à S. Petro eſſe indictum: intimante vtique Spiritu ſancto: Nicænum, à Syluestro, Conſtantinopolitanum, à Damaſo, Epheſinum à Celeſtino; Chalcedonenſe à Leone. quibus non fauorem tantum impenderunt Chriſtiani Imperatores, ſed etiam ex publico viatica, & ſumptus. & quæcumque demum legitima fuerunt, celebrata ſunt authoritate Romanorum Pontificum, per eos ipſos, aut legatos; ab eiſdemque confirmata. niſi fortè in ſchiſmate, atque ad illud tollendum indicta. & porro, quod vltimum fuit, Tridentinum à Paulo III. Iulio III. & Pio IV. indictum fuit: & ad postulationem Patrum eiuſdem Concilij, in fine illius ſolemniter propoſitam, confirmatum. Vt & iterum Carolus Magnus *lib. 6. Capitul. c.* 187. agnoſcit Concilia celebrari non oportere citra authoritatem Pontificis Romani. ab eoque ea propter deficiunt hodierni Nouatores, quicumque Principi temporali huiuſmodi poteſtatem claris, doloſiſue verbis attribuunt. Agimus autem de Concilio generali, nam prouincilia & diœceſana à Metropolitanis & Epiſcopis conuocantur *tota diſt.* 18. & Principes illa fieri prohibentes à communione remouentur ex decreto Septimæ Synodi œcumenicæ. *c. quoniam. diſt.* 18. quæ prouincialia & diœceſana etiam Concil. *Trident. ſeſſ.* 24. *c.* 2. noluit intermitti. *de quibus ſup. l.* 1. *c.* 63. *n.* 17.

18. Vltima prouocatio. De quarta nota extremæ prouocationis iam diximus *ſupra, & lib. 1. c.* 38. quoad hanc Richeome *c.* 17. *ait* à Seruino ſcriptum ex omnibus Chriſtiani orbis partibus deferri ad Papam prouocationes, vt ſupremum Eccleſiæ iudicem: ſed tamen non potuit non venenum in cauda adijcere; *tom.* 2. *plaid.* 3. quod huiuſmodi maxima non habeat locum in Francia; niſi quando tres ſententiæ Epiſcopi, Archiepiſcopi & Primatis inueniuntur conformes: quod, cum rarò accidat, eatenus iuriſdictio Romana ſit præciſa, ſed id, quicquid eſt, per pacta conuenta cum Leone X. obtentum eſt. quæ tamen ipſa & maiores Eccleſiæ cauſas excipiunt; & caſus quidem raros; ſed ita tamen, vt indicent fontem huiuſmodi libertatis, (quem tenebrarum principes, & aſſeclæ deſiderant obſcuratum) à benignitate Apoſtolica profluxiſſe.

Et Concilium *Trident. ſeſſ.* 24. *c.* 20. vbi primam inſtantiam coram Ordinarijs locorum peragendam decreuit, *ab his*, inquit, *excipiantur cauſæ, quæ iuxta canonicas ſanctiones apud Sedem Apoſtolicam ſunt tractandæ; vel quas ex vrgenti, rationabilique cauſa iudicauerit ſummus Romanus Pontifex per ſpeciale reſcriptum ſignaturâ ſanctitatis ſuæ manu propriâ ſubſcribendum committere, aut auocare*: decretum huiuſmodi bono publico inuentum eſt; non authoritati Pontificiæ minuendæ. & Pontifex quidem confirmando Concilium, id etiam bono publico dediſſe dicendus eſt; non authoritatem, quando fuerit in ædificationem, abdicaſſe.

Quintam notam numerat Richeome *c.* 18. vt ius vitæ & necis in Regibus, ita vitæ mortiſque animæ in Pontifice: poteſtatem vtique ligandi atque ſoluendi; & claues regni cælorum. Id quidem verum eſt, quod admodum prudenter ijs vtendum ſit; ſiue leges pœnales condendo, ſiue ſingulatim cenſuras contra aliquos, præſertim Reges, decernendo. *diximus ſupra l.* 1. *c.* 2. *num.* 17. quod ipſum diligenter etiam monuit Concilium *Trident. ſeſſ.* 25. *c.* 3. quo & ſine Regi Franciæ conceſſum, alijſque pluribus, ne niſi à Sede Apoſtolica excom- 19. Poteſtas clauium.

excommunicari poſſent: non verò abſolutè, ne poſſent; vt quidam ſolent loqui, imo & ſcribere. Vt de Feraldo *In Priuilegijs Regü Franciæ* tradit Chokier *de Iuriſdict. Ord. in exempt. p.* 4. *quaſt.* 13. ſed vana illa eſſe,& nulla: *ibid.& p.* 1. *q.* 3. *num.* 16. ſed ego & falſa, ſeu ficta illa eſſe exiſtimo. cũ credibile non ſit voluiſſe vllum Pontificem, quod non poſſit: non poſſe autem ſibi aut ſucceſſori ligare manus expreſſum eſt, in *c. innot. de elect. c. fin. vbi gloſſ. de reſc. in* 6. Neque id pertinet ad minuendam Papæ poteſtatem; ſed ad exercitium prudentiâ circumſcribendum. nullatenus autem, vt facit Seruin; quaſi Principibus ſæcularibus deferenda ſit ſuprema poteſtas, non minùs quoad politiam Eccleſiaſticam, quam gubernationem temporalem. quam phraſim eſſe ait Richomne Lutheranorum, & Caluiniſtarum; & mendacium impingere ſacris literis, ſacris Concilijs, & Doctoribus orthodoxis. Concilium autem *Trident. d. c.* 3. poſtquam vetuit ſæcularibus cenſurarum iudicio ſe immiſcere; rationem aſſiguat; quod *non ad ſæculares*, inquit, *ſed ad Eccleſiaſticos hac cognitio pertineat.* qui ſupremum eius rei iudicium Principi defert, non conſentit Concilio, non Eccleſiæ matri; aduerſatur Pontifici. in eumque adeo illud cadit, quod Sanctus Proſper dicebat cuidam inimico Papæ; *Lupus es, cum nocere coneris paſtori ouium.*

Ego de nomenclaturâ anxius non ero, vel cenſorio nomine eorum, qui libertates Eccleſiæ Gallicanæ non ex amore & honore Eccleſiæ buccinant: multò minùs eorum, qui, quod alijs priuilegio ſupremi Paſtoris conceſſum eſt, nullo ipſi iure, ſed exemplo dumtaxat, atque inuidentiâ, vſurpant. ſatis nunc erit dixiſſe, priuilegio libertatum affectos aduerſus authores eſſe ingratos non debere: ſed animo, linguâ, ſcriptis reuerenter meminiſſe: inſpicere tamen illa, & tenorem non excedere: *c. porro. cum ſeq. X. de priuil.* nam & beneficium amittit, qui inficiatur; & priuilegium; *qui conceſſi abutitur poteſtate.*

20. Libertatibus cum grata memoria originis, ſine exceſſu vtendum.

CAPVT LXXXVI.

De Iudicis vtriuſque officio in condendis legibus aut Statutis.

1. Summa dictorum.

LIbro, quem inſcripſimus *Iudicem, Magiſtratum, Senatorem*, officium illius latè explicuimus. & primo quidem libro virtutes, quibus inſtructus eſſe; vitia à quibus abſtinere debeat; deſcripſimus: altero quæ ad iudicium & forum pertinent; poteſtatemque iuris dicendi. vbi ante omnia *c.* 1. *num.* 5. *& ſeqq.* monuimus Iudicem in primis diſpicere debere, an ſua ſit iuriſdictio; falcem non debere mittere in meſſem alienam; non vſurpare peregrina iudicia: eum, qui iudicare debet, Magiſtratum eſſe debere non tantum; ſed & illius perſonæ, quæ iudicanda eſt; & rei de qua quæritur. ne reſpondere nequeat D. Paulo ad Rom. c. 14. *tu quis es, qui iudicas alienum ſeruum?* non debet cui imperium datum eſt in milites, vti in ciues: neque è conuerſo. *l.* 2. *C. de off milit. Iudic. l.* 1. *C. de off. præfect. vrb.* Tertio libro tractauimus ea, quæ ad adminiſtrationem politicam pertinent: & quarto quæ ad ſupremum Imperium. Ex illis *lib.* 3. *c.* 1. legiſlationi primum locum dedimus. *Non tantum*, inquit Iuſtinianus *in authent. de prouinciar. præſid. decenter leges ferre, ſummum bonum eſt; ſed etiam ſancita accuratè cuſtodiri; & ad effectum deducere; tranſgreſſoreſque competentibus pœnis ſubijcere.* diximus etiam vt paucæ leges, breues, claræ, iuſtæ, vtiles

vtiles honeſtæ, ad bene viuendum ducentes, pro genio gentis, maturè ferendæ: vt non facilè mutentur, aut deſuetudine abrogentur. Egimus exinde de negocijs, quæ ſub politicam adminiſtrationem cadunt, aut ad ſupremitatem pertinent. & *lib.* 4. *c.* 4. etiam monnimus non derogari ſupremitati Principum Chriſtianorum per diſtinctionem Sacerdotij, & Imperij: illud diuinis miniſtrare; hoc humanis præſidere rebus: alios eſſe terminos regni, alios ſacerdotij: Regem, quæ ſunt in terris, ſortitum eſſe; ſacerdotij ius à ſupernis deſcēdere: malè Albericum Gentilem *De Poteſt. Reg. abſol.* aliosque negare ijs Principibus *ſupremorum* nomen conuenire, qui in ſacris Papam agnoſcunt. qui Dei vicarium reijcit, quidni etiam Deum excluſerit? rectius Poëta ille ethnicus;

Regum timendorum in proprios greges;
Reges in ipſos Imperium eſt Iouis.

Agnoſcit ille ſupra Reges Imperium Dei; ſi agnouiſſet religionem Chriſtianam; non tantum vicarium Dei ſupra Reges admiſiſſet, ſed & quomodo Chriſtus Papam, vt paſtorem omnibus Regibus, Principibus, populiſque Chriſtianis, vt ouibus, præfeciſſet, vt paſci, vt regi à paſtore debeant. illud autem Poëtæ huc facit, quod ipſorum Regum imperium non niſi in proprios greges ſtatuat, eoque conſectarium ſit, vt nolint imperare niſi ſuis; ius non dicant, leges non ferant, ſtatuta non condant niſi ſubditis: ea non imperent, quæ ad Imperium, iuriſdictionemne ſuam non pertineant. Papa, Epiſcopi, ſacerdotes ſæcularibus negocijs ſe non immiſceant: de fide, de religione, de rebus ſacris Principes ſæculares non decernant: proprios illi greges paſcant; hi in proprios imperium exerceant. Proprij qui ſint cuiuſque; ſatis lib. 1. deſignauimus: leges etiam, & ſtatuta hoc 2. lib. plura delibauimus: vt ſuos quiſque terminos circumſpiceret. omnia enim nemo perſequi poteſt. quippe quæ infinita ſunt. ideoque *non poſſunt*, inquit Iulianus *in l.* 12. *D. de legib. omnes articuli ſingulatim aut legibus aut ſenatuſconſultis comprehendi*: adeoque admonet, vt is qui iuriſdictioni præeſt, ad ſimilia procedere, atque ita ius dicere debeat. & vt *l.* 13. *ibid.* ait Vlpianus, *cætera quæ tendunt ad eandem vtilitatem, vel interpretatione, vel certè iuriſdictione ſupplere.* itaque regula hæc omnium inſtar eſto, vt Iudices omnes, Magiſtratus, Principes ſæculares, atque Eccleſiaſtici cognitionem, iuriſdictionem, imperium non niſi in proprios greges extendant: in perſonas, res, cauſaſque ad authoritatem ſuam pertinentes. 2. *Regula hic finalis, iuriſdictionis vtriuſque terminorũ obſeruatio.*

Enim vero commune vtriuſque Iudicis in ferendis legibus officium latè tractauit Camillus *Borell. De Magiſtratuum edictis*, & quidem *lib.* 2. *c.* 1. *& ſeqq.* vt edicta conformia eſſe debeant iuri diuino, atque naturali; æqua, iuſta, rationique conſentanea; publicam priuatamque honeſtatem ſpectantia, clara, & ſine captione; poſſibilia & aliena à iugo, de quali dicitur *Actor. c.* 15. *quod neque patres noſtri neque nos portare poſſimus*: publicam denique vtilitatem ſpectent, non priuatam; niſi fortè & publico reſpectu vtilia ſint, vt accidit in priuilegijs clero, nobilitatique conceſſis: inſuper quæ virtutes promoueant, vitia emendent, vindicentque pœnis legalibus: quas omnes ferè enumerat *c.* 8. & denique idem *Borell. lib.* 3. multa Magiſtratibus ex his, quæ hoc ſecundo libro tetigimus ſtatuta proponit edicenda: & ſingulatim *c.* 5. *& ſeqq.* 3. *De pariom ſtatutorum æquitate remiſſio ad alios tractatus.*

ne malefici receptentur : an edici poſſint occidendi ; contumaces, fugitiui, banniti ? Ne coitiones fiant; ne collegia illicita; conuenticula; monopolia; nocturni cœtus; laruationes; ludi illiciti; mundæ ſint viæ, cloacæ, loca publica, priuataque ; ne aër inficiatur: abſint lenones, meretrices, aliaque huiuſmodi malorum irritamenta; vagabundi, homines otioſi, validi mendicantes : annona abundet; iuſta ſint pondera, & menſuræ: arma ne qui portent in vrbe, niſi quorum ſtatus, ſeu officium id exigat : denique idem *Borell. lib.* 4. *c.* 3. *& ſeqq. latè* proſequitur prohibitionem venationum, aucupiorum; piſcationum, fluminum; paſcuorum, nemorum, ſaltuumque dominicorum : obligationem incolarum vtendi molendinis, & furnis dominicis; tribunali ac iuriſdictione domini territorij : ita vt extraneam non adeant; è patria ne migrent: mœnia ne violent; arces cuſtodiant; excubias agant : animalia errantia, & adeſpota domino relinquant: adminiſtratores publicorum bonorum bene in illis verſentur; iuſtas rationes reddant : vaſalli alijque debita Principi ſeruitia obſequioſè præſtent : & plura huiuſmodi ad Iudicis & Magiſtratus officium ſpectantia: nos, *vt ſupra mox diximus, In Iudice latè* proſecuti ſumus: in quibus ita vtrumque Iudicem verſari oportet, vt ſpartham quiſque ſuam ornet diligenter; ab aliena abſtineat circumſpectè.

4. Terminos Iuriſdictionum non ſeruat neceſſitas.

Atque hæc ita quidem vtrinſque iuriſdictionis exercitia ſunt diſparata, vt his duobus libris deduximus; *dum placidum ventis ſtabit mare* : ſed ſi horrida tempeſtas aliqua officiorum ordinem interturbet ; tolerandum eſt , quod emendare non poſſimus : dum alios figunt leges terminos, alios neceſſitas. adeoque poſtquam infœlici ſydere nati ſunt Lutherus, Caluinus, aliaque id genus ſpectra, quæ concentum orbis vniuerſi turbarunt, mirati ſunt patres noſtri, quod Carolus V. Imperator edictum in Germania dedit, quod *Interim* exinde nuncupatum eſt: alijs illud improbantibus; alijs neceſſitati indulgentibus; quo multa ille extra ſphæram Imperatoriam conſtituta admiſit; donec Concilij generalis definitio ſuccederet. non omnes tunc ſatis apprehendebant, quæ vis eſſet neceſſitatis: ſed quæ ſubſecuta ſunt exinde tempora, magis illam indies edocuerunt; non in Germania tantum, ſed & Gallia, Belgio, Polonia, alijſque Europæ ditionibus : quarum non exigua pars à Nouatoribus ſuppreſſa eſt: aliæ ita luctantur, vt eluctari non poſſint: ita iactantur merguntur que; vt emergere nequeant. quod ſi ergo Principes imminentem viderint regionibus ſuis huiuſmodi tempeſtatem; vt boni nauclери carbaſa contrahent ; ne nauis tota periclitetur : ad conſeruandam reſtaurandamue rempublicam ſi ea admiſerint, quæ extra neceſſitatem illorum facultatem excederent, toleranda ſunt; pacta, conuentaque ſeruanda; non tantum quoad temporalia; *vt demonſtrauimus in ſtatu lib.* 2. *c.* 4. *& ſeqq.* ſed etiam quoad Eccleſiaſtica: *vt itidem diximus lib.* 3. *c.* 22. *Vide Wameſium conſ. can. de hæret. conſ.* 567. Fœcundiſſima exempla ſubminiſtrat Imperium Ferdinandi II. & III. qui pro ſua pietate vires humanas tranſgreſſi, annis omnino multis bella geſſerunt : ſed non reſpondente ſemper euentu; ſæpius ea pacis fœdera inire coacti ſunt, per quæ admiſſa etiam ſint illa, quæ neque S. Pontifici iure ordinario liceret concedere : ſed vt minus malum tolerare. *Vt tractat c. non ſolum*: 22. *q.* 4. Rex etiam Catholicus poſt abſumptos in bellum Belgicum pluſquam ducentos aureorum

reorum milliones, & autocratiam in Prouincijs Vnitis abdicauit; & quoad ſacra ea tolerauit, quæ extra neceſſitatis imperium in nullius hominis ſunt poteſtate, ita nullis apud illam Iuris regulis locus eſt: ſed cedunt omnia verbo vnico, *Oportet*. atque ea propter non erit cenſendum Eccleſiaſticæ authoritati præiudicatum eſſe, ſi Principes, pro ſalute publica tranſigendo, ordinariæ iuriſdictionis ſæcularis terminos fuerint tranſgreſſi. ſed & illis Eccleſia pactis conuentis deferet, quæ à Principibus neceſſitas toleranda extorſerit: quamuis gemebunda; quod *in pace* huiuſmodi ſit *amaritudo* ſua *amariſſima* (iuxta dolorem Ezechiæ *apud Iſaiam*. c. 38.) Deum precabitur, vt benignæ miſerationis ſuæ dulcedine velit illam temperare, ve tamen in die Domini illis qui neceſſitatē huiuſmodi ingeſſerunt, adiutaruntue ingerentes. *Vide quæ diximus in Statu. l.* 3. Vice verſa Eccleſia intra ſuos ſe terminos continet, dum ordinariæ iuris regulæ locum inueniunt. quod ſi autem fatalis aliqua incubuerit neceſſitas, etiam ad ea manum porrigit, quæ ex communi rerum curſu ad eam non pertinerent; dum finis illius ſpiritualis etiam temporalium attactum exigit. quando hæc ex ſpirituali influxu alterantur; & quadantenus ſpiritualem condicionem induunt. *Vt dictum eſt ſupra lib.* 1. *c.* 1. *&* 2. *lociſque ibidem citatis.* alioquin vbi huiuſmodi cauſa non incurrerit, oportet vt Iudices etiam Eccleſiaſtici rebus ſæcularibus ſe non immiſceant: diuiſum imperium non confundant: veſtigia Chriſti, qui diuiſor hæreditatis inter fratres eſſe noluit, tum iudicando tum ſtatuendo inſequantur. *Vid. Lattus infra lib.* 4. *c. vlt.*

LIBER TERTIVS

CAPVT I.

De muneribus, vectigalibus, collectis.

TAm Concilium Lateranenſe ſub Alexandro III. quàm generale ſub Innocentio III. *relatum in c. vlt. X. de reb. Eccl. non alienand. c. 4. X. de immunit. Eccleſ.* dum conqueritur refrigeſcere charitatem, & deterioris videri conditionis factum nunc ſacerdotium, quam ſub Pharaone fuerit; rationes ſubiungit, quod immunitatem Eccleſiaſticæ libertatis conſules ciuitatum, & rectores, & alij qui poteſtatem habere videntur, non formident

1. De ſpecie legum, ſtatutorumve ſuper clericorum grauamine per tributa, vectigalia, munera. & immunitate cleri.

ſuis, inquit, *conſtitutionibus, vel potius deſtitutionibus impugnare, & vſurpare iuriſdictionem, & onera ſua ferè vniuerſa imponant Eccleſijs, & eas angarijs affligant, iuriſdictionem etiam & authoritatem prælatorū ita enacuent, vt nihil poteſtatis eis in ſuis videatur hominibus remanſiſſe.* quaſi Eccleſiæ cōueniat deploratio Jeremiæ; *princeps prouinciarum facta eſt ſub tributo.* vt & ſimul derogetur Eccleſiæ principatui; & quaſi in ſeruitutem redactæ tributum inſuper imponatur. agitauimus hactenus lib. 2. diuerſas ſuper iuriſdictione eccleſiaſtica, & politica controuerſias; nunc ea peculiariter ſpecies ſæcularium conſtitutionum plenius examinanda eſt, qua in Eccleſiam & clericos Principes, poteſtates, magiſtratus tributa, vectigalia, aliaque id genus onera deriuant, ſtatuto imponunt, aut facto exigunt. eadem frequens eſt vbique, & præ cæteris pernicioſa. & quanquam libertas dicatur inæſtimabilis; exemptio cleri & principatus Eccleſiæ nulli rei valeat comparari; tamen & onerum ab illa indebitorū exactio, ſingularē habet inſuper malitiam, quod id quod ſemel Deo dicatum eſt ad vſus humanos transferatur. Zeloſus eſt Deus; nec impunè ſolet pati donaria ſibi oblata in vſus alios, citra extremam neceſſitatem, diuerti. Itaque deinceps quæramus hoc tertio libro quatenus Eccleſia eiuſque bona immunia eſſe debeant, an à iuriſdictione ſæculari ad collectas, munera, tributa cogi poſſint.

An bona Eccleſiaſtica iure diuino ſint immunia à tributis, vectigalibus, oneribus quæ pendi ſolent Principibus ſæcularibus à laicis? quæritur. latiſſimè tractat Gutierres *de Gabell. quæſt.* 92. & præter alios textus, rationeſque, quas latè deducit, pro irrefragabili textu citat. c. quanquam. *de cenſ. in 6. in V. Eccleſias Eccleſiaſticaſque perſonas ac res ipſarum non ſolum iure humano, ſed etiam diuino à ſæcularium perſonarum exactionibus eſſe immunes.* De iure ſiquidem ciuili & canonico negat controuerti poſſe Azor. *Inſt. mor. p. 1. l. 5. c. 12. §. ſecundo quæritur. ex l. placet. l. iubemus. l. priuilegia C. de ſacroſanct. Eccleſ. auth. caſſ. eod. & tot. tit. X. in 6. & clem. de immun. Eccleſ.* & contendit iuris eſſe etiam diuini *ex d. c. quamquam. de cenſ. in 6. c. non minus. X. de immun. Eccleſ. Conc. Lateranenſe ſub Leone X. ſeſſ. 9. de reform. Cur. c. prædia. 12. q. 2. c. nulli. c. in legem. 12. q. 2. l. ſumma. D de rer. diuiſ. §. nullius Inſt. eod. alia vide apud Gutierres d. q. 93. vbi latè aduerſantia ſoluit.*

Obijcit etiam ſibi Azor. c. conuenior. *23 q. 8. c. quo iure. d.* 8. & illud 2. Patrimonia clerici vt dicantur ad authoritatem Imp. ſpectare?
quidem accipit de bonis clericorum patrimonialibus: quaſi illis videatur

deatur d.c. *conuenior* ſubdita Imperatori agnoſcere; & certè ita pluries ibi loquitur Ambroſius *fundum meum* &c. templum autem Imperatoris negat eſſe; ſed Chriſti. Sed neque ſe poſſe hæreditatem Chriſti tradere: & quæ ad templum pertinent: quę cuſtodienda ſuſceperit; non tradenda. d.c. quo iure eo ſpectare; quaſi velit non iure diuino, ſed imperatorio hanc illamue villam meam eſſe vel tuam. ſed cum argumentum attenditur, quo vtitur ibi Auguſtinus, *ex lege Imp. nihil nomine Eccleſiæ audeant poſſidere hæretici*, paulo amplius videtur inferri. nec admittit argumentum, quid mihi & Imperatori? quaſi ad illum non ſpectet ſtatuere, quod ibidem refutat, quia iure regum poſſidentur poſſeſſiones. quare rectius dixerimus non ſimpliciter iure diuino haberi poſſeſſiones Eccleſiæ, vt exemptas à iure ſæculari: ſed origine inde ſumpta per canonicas ſanctiones clarius id conſtitutum eſſe. *vt initio diximus l. 1. in princ.*

3. Et quatenus fundi Eccleſiæ?

4. Qui ſupremi Principes ſunt, onera imponunt, & inferiores ſub eorum authoritate.

Qui ſupremam poteſtatem habent, & regalia; pecuniam ſubditis imperant. *l. vn. C. de ſuperindict. lib.* 10. eorum, qui prouincias regunt, præcipua cura erat tributa exigere. *ſ. 1. in Auth de mand. princ. l. vlt. C. eod.* qui iuriſdictionem & iubendi facultatem, & maiorem magiſtratum gerunt, & reipublicę neceſſitates curant, partiuntur, exigunt. *l. munus.* 214. *D. de verb. ſignif.* ſed vix ſine cõſenſu ſupremi Principis. *l. plac. & C. de excuſat mun.* quod & conſuetudo probauit. *Guid. Papa deciſ.* 87. *n.* 9. niſi periculum ſit in mora; quod exinde mox ſignificetur: *Peckius de iur. ſiſt c.* 4. *n.* 17. liberæ ſint reſpublicæ, priuilegio principali, vel immemoriali conſuetudine munitæ. cap. non minus. *& c. aduerſus. X. de immun. Eccleſ.* nominat conſules ciuitatum, & rectores, nec non & alios, qui poteſtatem habere videntur; & onera imponunt. qui, quoue iure id faciant; ad inſtitutum noſtrum non pertinet: ſed tantum, qui iuriſdictionem ciuilem exercent, an perſonas & res Eccleſiaſticas grauare poſſint?

5. Clerici à perſonalibus exempti ſunt.

Quod vt penitius perſpiciatur; diſtinguenda ſunt munera, vectigalia, cenſus, collectæ. quædam ergo perſonalia dici ſolent, quædam realia, quædam mixta. extra controuerſiam eſt ab oneribus merè perſonalibus, curæ, tutelæ, gerendi magiſtratus, publicis, priuatiſque iure exemptos eſſe clericos: neque ab ijs indici poſſe, qui in illos iuriſdictionem, imperiumue non habeant. certum non minus eſt cenſus dominicos, onera feudalia, emphyteutica, aliaque id genus rebus ipſis impreſſa, tranſire ad quemlibet poſſeſſorem, etiam clericum. quod ferè etiam receptum eſt in cenſu, alijſque oneribus publicis, quæ quotannis pariformiter ſoluenda ſunt, iniuncta iam olim antequam res ipſæ ad Eccleſiam peruenirent. notum eſt vulgò rem tranſire cum ſuo onere: *Sine cenſu & reliquis fundum comparari non poſſe*: ſed iam olim indicta eſſe debent ſpeciatim. Neque enim ſufficit ſtatuere vt totum territorium perpetuo ſit tributarium. nam conſiderari non poteſt tributum niſi poſtquam indictum eſt. indici non poteſt poſtquam bona venerunt ad Eccleſiam. neque ſatis reale onus vocari vt Eccleſiam afficiat, niſi antiquitus tale ſit impoſitum. *Vide Deciſiones Rotæ latè diſſertantes, & ad calcem p. 5. Reſ. Dianæ ſubiunctas, datas* 13. *Ian.* 1604. 28. *Iun.* 1630.

6. Realia ad omnes poſſeſſores tranſeunt, iam olim impoſita, atque pariformia.

CAPVT II.

De munerum differentia, & quæ clero incumbere poſſint?

1. Munera perſonalia, realia, mixta.

MVnerum ergo quædam perſonalia, quædam realia, quædam

dam mixta referuntur, multaque

2\. *Quæ perſonalia?*

omnis generis deſcribuntur in *l. 1. & fin. D. de muner. & honor. perſonalia hac*, inquit, *ſunt, quæ animi prouiſione, & corporalis laboris intentione, ſine aliquo gerentis detrimento perpetrantur.* illorumque tota ratio in eo conſiſtit, vt laborem perſonæ præſtent; nihil de proprio patrimonio conferant; ſolo corporis miniſterio obligentur; pecunia à re publica aut priuata, quam curant, ſubminiſtretur. *d. l. 1. d. l. fin.*

3\. *Quæ patrimonialia?*

patrimoniorum autem ſunt munera, quæ ſumptibus patrimonij expediuntur. mixta quę & corporale miniſterium exigunt, & ſumptum, damnumue adminiſtrantis. *d l. fin.* Pragmatici ferè hodie perſonalia vocant, quæ perſonis imponuntur: realia, quæ rebus: mixta quæ vtriſque: à perſonalibus vocatio multis iure conceditur. *tot. tit. D. de vac. & excuſ. mun.*

4\. *Hęc poſſeſſorum priuilegia non reſpiciunt.*

quæ patrimonijs iniunguntur, vel contributiones, talia ſunt, vt neque ætas ea excuſet; neque numerus liberorum, neque alia prærogatiua, quæ ſolet à perſonalibus muneribus eximere. *ab huiuſmodi*

5\. *Conceſſa immunitas ad ea non porrigitur.*

muneribus, inquit d. l. fin. *neque primipilaris, neque veteranus, aut miles, aliuſue, qui priuilegio aliquo ſubnixus, nec Pontifex excuſatur.* Idem in *l. 11. D. de vac. mun.* quamuis enim alicui immunitas indefinitè cõcedatur; non tamen ab annona, neque ab angarijs, neque à veredo, neque ab hoſpite recipiendo, neque à naue, neque capitatione, exceptis militibus, & veteranis, excuſari poſſunt. *d. l. fin.* vbi quamuis capitatio perſonæ imponitur; tamen quia ærario infertur, excuſari non ſolet.

6\. *Militis ſuſcipiendi immunitas in clericis.*

Immunitas ab hoſpite, ſeu milite recipiendo, quarundam ſcientiarum profeſſoribus data olim fuit. *d. l. fin. l. 11. D. de vac. mun.* quod & ad clericos diuinæ philoſophiæ profeſſores extenſum eſt. *l. 1. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* imo & Synagogæ Iudæorum ea gandent immunitate. *l. in Synagoga. C. de Iudæis.* & domus decurionũ, & ſilentiariorum Principis *l. 3. C. de ſilentiar. l. 12.*

Iterum *munera*, inquit d. lex 6. *quæ patrimonijs indicuntur, duplicia ſunt, nam quædam poſſeſſoribus iniunguntur ſiue municipes ſunt, ſiue non ſunt: quædam non niſi municipibus, vel incolis:*

7\. *Quædam munera incumbunt incolis duntaxat, quædam etiam exteris poſſeſſoribus.*

intributiones quæ agris fiunt vel ædificijs; poſſeſſoribus indicuntur: munera vero quæ patrimoniorum habentur, non alijs quam municipibus, vel incolis. Vt & quædam ciuitates prærogatiuam habent, vt hi qui in territorio earum poſſidẽt, certum quid frumenti, pro menſura agri, per ſingulos annos præbeant. quod genus collationis munus poſſeſſionis eſt. *d. l. fin. §. præterea.* ſed & ſunt munera, quæ rei propriè cohetent: à quibus nulli excuſantur. *d. l. ſunt munera. D de vac. mun.* res ergo cum his muneribus ad quoſlibet poſſeſſores tranſeunt.

Munus etiam propriè eſt, quod neceſſario ſubimus: lege, more, imperioue eius, qui iubendi habet poteſtatem. *l. munus. 214. D. de verb. ſignif.* quod lege, aut more debetur, vix excuſatur: quod imperio; non alijs imperatur, quam ſubditis.

8\. *Summaria omnium deſcriptio.*

De omnibus optimè Alciat. *in l. munus. D. de verb. ſignif. eſt* inquit, *munus patrimoniale, quod ideo ſic dicitur, quia cum ſumptu fit, patrimoniumque diminuit: id quandoque perſonæ imponitur nulla facultatum ratione habita, vt eſt capitatio: quandoque ſecundum fortunam ſoluentis imponitur, vt quam collectam dicimus, vel indictum, ſuperindictumue: aliquando nullo perſonæ reſpectu rei ipſi incumbit, vt tributum, & cenſus: ſubiturque vel in ipſa re, vt cum certam partem fructuum pendimus: vel propter rem, vt ſi pecuniam pro cenſu præſtamus. Eſt & munus perſonale, id nunc dignitati adnectitur, & honor appellatur: nunc ſordidum eſt, vt calcem coquere, arenam fodere: nunc nec honorificum, nec vile aliquid in ſe habet, vt cum ſubire curam publica pecunia aliquis compellitur. Eſt & munus mixtum vt decaprotia id eſt decemprimatus. Erant enim*

Decem-

Decemprimi ex Decurionibus exactores tributorum, qui fiſcalia detrimenta de ſuo ipſi reſarciebant, publicanis, mancipibuſque non multum abſimiles. Ex his aliqua ordinaria ſunt, aliqua extraordinaria: quæ ordinaria ſic definiri Barthol.ait, vt ea quæ à lege Principéue impoſita ſunt, & certam formam habent.

9. Iure ciuili quam reſtricta cleri immunitas? Ex his colligitur, quam reſtricta ſit immunitas cleri, ſi ad ſolas ciuiles leges antiquas reſpiciamus. quarum intuitu multi Interpretes & hanc immunitatem diminuerunt.quaſi ad cauſas belli,paciſque communes in rempublicam vtiles aut neceſſarias æqualiter omnes, omniumque patrimonia tenerentur.quędam exinde Chriſtianorum Principum leges Codici inſertæ *ſub titulis De ſacroſanct.Eccleſ.De Epiſc. & cler.&c.* Eccleſiarum, clericorumque immunitatem non parum auxerunt:ſed demum maximè conſtitutiones Jmperatoris Frederici *libris feudorum ſubiunctæ.de quibus cap. proximo.* at vero nec ille Imperatoribus ſupremiſue Principibus,ſed inferioribus dumtaxat Eccleſias clerumue, ſeu illius bona muneribus, tributo, angarijs grauandi ademit poteſtatem. ſed neque Romani hodie Imperatoris leges Hiſpaniam, Franciam,aliaque regna, & prouincias peruadunt.Succeſſere ergo ſacri canones, qui clerum

10. Canonico amplior. plenius eximunt. *tit. de immun. Eccleſ. X. in 6. & clem. & extrauag. com.* etiam quoad Imperatores, ac Reges. *c. cleric. eod.in 6. §. nos & §. non obſtant.* vbi & priuilegijs derogatur. adeo vt nec volentes clerici muneribus perſonalibus addici poſſint.*tit. ne clerici negocijs ſecularibus ſe*

11. Sed maxima ex Bulla Cœnæ. *immiſceãt.*ſed pleniſſimè Bulla Cœnæ: quæ ſupremos etiam Principes, Reges, Jmperatores complectitur. *vt referemus cap. proximo.* ſed nec illa vbique ex voto Pontificis, clerine ſatis eſt recepta,ſeu vſu ſeruata.quamuis legamus Eſdræ *lib. 1. c.7.*Artaxerxem de ærario ſuo contuliſſe ad ſacrificia in Jeruſalem peragenda: & addidiſſe mandata ad Magiſtratus & procuratores ſuos arcæ publicæ, *vobis,* inquit, *quoque notum facimus, de vniuerſis ſacerdotibus, & leuitis, & cantoribus, natinæis, & miniſtris domus Dei huius, vt vectigal & tributum, & annonas, non habeatis poteſtatem imponendi ſuper eos.* ſic & refertur in c.non minus.*X.de immun.Eccleſ.ex c.47. Gen.* Pharaonem *omnibus alijs ſeruituti ſubactis, ſacerdotes, & poſſeſſiones eorum in priſtina libertate dimiſiſſe.*

CAPVT III.

De collectis & oneribus nouiter imponendis.

OMnes exactiones, taxæ, collectæ, Eccleſijs imponi vetitæ ſunt lege Frederici *hac edictali.* 1. Noua onera clero imponi vetita, ſed ab Inferioribus per leges.
§. licitas de pace firmand. illicitas, inquit, *exactiones & maximè ab Eccleſijs, quarum abuſus longo tempore inoleuit, per ciuitates & caſtra omnino damnamus & prohibemus: &, ſi factæ fuerint, in duplum reddantur.* iterum alia lege *in c. ad decus & decorem. ſub.Rub. de ſtatut. & conſuet. §. item nulla,* nulla inquit, *communitas, poteſtas, & perſona publica vel priuata collectas ſiue exactiones angarias, Eccleſijs, vel alijs pijs locis, vel perſonis Eccleſiaſticis imponant, aut inuadere Eccleſiaſtica bona præſumant: quod ſi fecerint, & requiſiti ab Imperio, vel Eccleſia emendare contempſerint, in duplum refundant, & nihilominus banno Imperiali ſubiaceant. quod nullatenus abſque ſatisfactione debita remittatur.* conſonat Auth. *de Eccleſ.tit.§. ad hoc ſancimus. auth. vt nulli Iudicum liceat. §.nulli vero collat.9.* ſed leges illæ de 2. Supremis etiam per canones, & Bullam Cœnæ.
inferioribus poteſtatibus loquuntur.porro c.clerici *de immun. Eccleſ. in 6.* & Bulla cœnæ §. 18. vlterius progreditur:anathematizando eos, *qui collectas, decimas, tallias, præſtantias, & alia onera, clericis, prælatis, & alijs*

alijs perſonis Eccleſiaſticis, ac eorum & Eccleſiarum, monaſteriorum, & aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum bonis, illorumque fructibus, redditibus, & prouentibus huiuſmodi, abſque ſimili Romani Pontificis ſpeciali, & expreſſa licentia, imponunt, & diuerſis etiam exquiſitis modis exigunt, aut ſic impoſita, etiam à ſponte dantibus, & concedentibus recipiunt. Nec non qui per ſe vel alios directè vel indirectè prædicta facere, exequi, vel procurare, aut in iiſdem auxilium, conſilium, fauorem præſtare non verentur, cuiuſcumque ſint præeminentiæ, dignitatis, ordinis, conditionis, aut ſtatus, etiamſi regali aut Imperiali præfulgeant dignitate, ſeu Principes, Duces, Comites, Barones & alij potentatus quicumque, etiam regnis, prouincijs, ciuitatibus, & terris quoquomodo præſidentes, & Conſiliarij & Senatores, aut quauis etiam Pontificali dignitate inſigniti. innouantes decreta ſuper his per ſacros canones, tam in Lateranenſ. nouiſſimè celebrato, quàm alijs Concilijs generalibus edita, etiam cum cenſuris, & pœnis, in eis contentis.

3. Contra huiuſmodi prohibitiones ſuas quique facultates oſtendere debent, qui ſibi licere cõtendunt. Vt ergo, qui contendit exactiones ſuas eſſe licitas, id probare tenetur per leges: *l. vn. C. de vac. mun. lib.* 10. vel conceſſionem Principis ſpecialem: *l. vn. C. de ſuperindict. lib.* 10. vel conſuetudinem diuturnam: *l. præcipit. C. de canon. largit. l. vn. C. de auro coronario lib.* 10. cuius initij non ſit memoria: *c. ſuper quibuſdam. X. de verb. ſignif.* quæ tamen cum non porrigatur ad Eccleſiam: *c.* 1. *X. de conſuet.* ita ex *d. c. clerici. & c. aduerſus. X. de immun. Eccleſ.* nec non ex Bulla *cœnæ* ſtatuendum eſt, doceri oportere conceſſionem, licentiamue pontificiam ab eo, qui clericos in perſonis, illorumque bonis, aut Eccleſiarum grauare ſe poſſe contendit: cum & iure id vetitum ſit diuino, atque humano. *c. quamquam pedagiorum, de cenſ. in 6. diximus ſup. l.* 3. *c.* 1. *& d. c. aduerſus d. c. clerici*, & Bulla *cœna* disertè illam licentiam exigat.

4. Bulla vetat oneraſi non tantum bona Eccleſiarum, ſed & clericorum. Quoniam autem immunitas generaliter conceſſa, vt mox diximus, non complectitur onera patrimonialia. *l. qui immunitatem. C. de muner. patr. l.* 10. cõſultò addidit Bulla *cœna*, ne etiã bona Eccleſiarũ onerentur: imo ne imponantur onera ipſorum clericorum. *perſonis*, inquit, *Eccleſiaſticis, ac eorum, & Eccleſiarum bonis, fructibus, redditibus, & prouentibus.* vt non tantum res Eccleſiæ, ſed & ipſa clericorum patrimonia ſint immunia ex mente Bullæ. quamuis hoc vix vllibi à praxi ſit receptum; & iure communi controuerſum. nam, etſi in bonis patrimonialibus priuilegio gaudere, ſicut in bonis Eccleſiæ videtur rationabile in ijs, in quibus conſideratur perſona clerici principaliter; bona autem acceſſoriè: *Gutierr. pract. quaſt.* 91. *n.* 63. in ijs tamen, in quibus hæc conſiderantur principaliter, perſona clerici acceſſoriè; non eſt æqualis ratio. itaque multis locis obtinuit vt iudicio conueniantur reali, ſeu hypothecariâ actione, coram Iudice rei ſitæ, cum res magis conueniri videatur, quam perſona (ſicut rei poſſeſſio conſideratur in non obligato perſonaliter *§.* 1. *Inſt. de action. l. Aurelius. §. Meuia. D. de lib. leg.*) perſonali autem conueniri non poterunt; ſed eis immunitas erit ſeruanda dum collecta perſonæ indicitur; quamuis acceſſoriè res conſideretur: dum autem rei collecta imponitur, ſine conſideratione perſonæ, patrimonium à clerico poſſeſſum communem regulam ferè paſſim ſortitur. ſicut præſcriptio ſtatutaria 30. annorum, quæ non obtinet reſpectu bonorum Eccleſiæ, locum habet in patrimonio clerici: reſtitutio in integrum, quæ iure minoris obtinet in bonis Eccleſiæ; locum non habet in patrimonio clerici: arbitrium ſubit clericus in patrimonio; non in bonis immobilibus Eccleſiæ: in bonis Eccleſiæ obtinet lex vn. *C. quando Imperator inter pupill. & vid.* non in patrimonio clerici. niſi fortè conſi-

5. Cum onus imponitur perſonæ, quamuis conſideratione rei, clericus debet eſſe immunis: quid ſi rei, quamuis acceſſoria ſit perſonæ conſideratio?

6. Præſcriptio patrimonij clerici non eadem cum bonis Eccleſiæ, &c.

conſideretur ipſe vt miſerabilis perſona; vbi vel in quibus cauſis clericis laici oppido ſint infeſti. *Vide citatos à Marth.de iur.p.4.c.49.*

7. Patrimonium pro titulo ordinum aſſignatum in hoc tantum mutatur, quod alienari non poſſit.

Intermedium quendam locum videntur habere illa clerici bona, quæ ad ſacros ordines promoto aſſignata ſunt in titulum. de quibus in Concilio *Trid.ſeſſ.21.c.2.* vt deinceps ſine licentia Epiſcopi alienari nullatenus poſſint: donec beneficium eccleſiaſticum ſufficiens ſit adeptus, vel aliunde habeat vnde viuere poſſit. quod apud nos edicto Principum *ad calcem Concilij prouinc. Mechl.* 1607.*adiecto art.*11.*&* 12. etiam cum nullitatis pœna receptum eſt; niſi ſaltem vſumfructum clericus retinuerit. ſed tamen eiuſmodi patrimonium pro titulo aſſumptum non vlterius mutare naturam, quam expreſſum ſit à Concilio, dicendum eſt. ideoque & imputari poſſe in legitimam à teſtatore, qui filio dedit; & cum alijs iuberi is poteſt conferre; hypothecaria ſuper illo procedi pro cenſu dominico, ſeu reditu alio ſuper illo conſtituto. cum in his nihil ſit à Concilio decretum. denique in diuiſionem hæreditatis venire: & alteti per ſortẽ addici. quippe nõ eſt vetita ſimpliciter illius alienatio: ſed donec aliũde viuere poſſit: diuiſione autem acquiſiturus eſt tantumdem, aut amplius. eandemque diuiſionem coram Iudice ſæculari fieri poſſe; non ſecus, quam ſi in titulum illa bona habita non eſſent. ſecundum ea quæ *diximus l.*1. *c.*29. *n.* 7. de familia erciſcunda vbi interuenit clericus. quia neque in his Concilium quidquam mutauit. Vt neque aliter ex vſu ſeruatur immune, quam patrimonium clerici. Etſi Bulla Cœnæ maiori ratione in illo obtinere debeat, quam reliquo clerici patrimonio.

CAPVT IV.

De muneribus perſonalibus.

MVnera igitur perſonalia quædam honorem annexum habent: *l.munerum. l.honor. D.de muner. & honor.* quædam vilitatem: *l maximarũ.C.de oblat.mun.lib.* 11. ab his clerici immunes ſunt: etiam iure ciuili. *l.placet.C.de ſacroſanct. Eccl.l.*2.*C.de Epiſc.& cler.c.nouarum.*16.*q.*1. quippe ad quæ humiliores tantum vocantur. *l.humil. C. de ſuſcept. & arch.l.*10. porro quamuis, cui muneris publici vacatio datur, non remittatur ei ne Magiſtratus fiat: *l.cui muneris.D. de muner.* quia id ad honorem magis, quam ad munera pertinet: *d.l. cui*, tamẽ nec honores politici à clericis gerendi ſunt. *c.ſed nec.X. ne clerici vel monachi negocijs ſæcularibus ſe immiſceant.* quia *nemo militans Deo implicat ſe negocijs ſæcularibus c.* 1. *ibid. in fin.* nec habent clerici commune quippiam cum publicis actionibus, vel ad curam reipublicæ pertinentibus; cuius corpori non ſunt annexi. *d.l.placet. C.de Epiſc.& cler.* ſed & à muneribus, quæ nec honorem nec ſordes habent, clerici excuſantur. *l. generaliter.C.de Epiſc.& cler.can.generaliter.*16.*q.*1. 1. Clerici immunes à perſonalibus tam quæ ſordes, quam quæ honorem adiunctum habent, quam alijs.

2. An ab angarijs?

Aduerſari tamen videtur lex neminem *c.de ſacroſanct. Eccl.* vbi dicitur neminem excuſari ab angarijs, quamuis poſſeſſio ſpectet ad eccleſiam. quod exiſtimãt quidam in aduentu Principis, de quo loquitur d. lex neminem, ſpeciale eſſe: alij Eccleſiarum colonos teneri; quamuis bona ad Eccleſiam ſpectent: & generaliter Eccleſiarum ſerui ſint immunes ab angarijs. *c.Eccleſiarum ſeruos.*12.*q.*2. ſi tamen ipſi clerici, & propria Eccleſiæ mancipia poſſeſſionem colant, nec hoc caſu lege obligari, aut imperio cogi poſſe exiſtimat Panorm. *in d.c.non minus*, quaſi à poteſtate ſæculari ſint exempta.

CAPVT V.

De muneribus realibus.

1. Bona Eccleſiæ ſpiritualia ad nullum munus vocanda.

REctè imprimis *ex c.1.X de cenſib.& ex Innocentio* monet Panorm. *in c. non minus. X. de immun. Eccleſ.* ad nullum munus ſæculare vocari poſſe bona Eccleſiæ ſpiritualia: vt ſunt decimæ, oblationes, & ſimilia. facit *c. cum non ſit. X. de decim.*

2. An conductores?

quod non tantum quoad proprietatem, quæ iuris diuini eſt, accipiendum eſt; ſed etiam quoad cõductionem fructuum. ne per huius grauamen illa lędatur. vt Concilium Brabantiæ pluries iudicauit. *vt retulimus in Conſult. can. de immun. Eccleſ. conſ. 1.* & nouiſſimè pro Capitulo Antuerpienſi cõtra communitatẽ Hoochſtratanam & pagos conſortes, ita vt ad ratam vllã conductionis grauari nõ poſſint coloni; ſed ad nudam rationẽ exercitij, & lucri ſui. Idẽque recipiendũ eſſe in alijs Eccleſię bonis elocatis laico, ne ad illorũ ratam grauetur; ſed ſecundùm ipſius laici facultates plures contendunt. *vt diximus in conſult. can. de immun. Eccl. d. conſ. 1.* tametſi Wameſius *de Immun. conſ. 520.* decimas ad aggerum reparationem velit obligari, etſi contrarium verius ſit, vt diximus *in Conſult can. de decim. conſ. 2.*

In Flandria tamen ex antiqua taxa quam vocant *tranſportum*, conductores decimarum grauãtur ſecundũ apparens lucrum: vt loquuntur. quare ſi notorium ſit fructuum decimas ita carò eſſe elocatas, vt damnum relaturus ſit conductor, non lucrum: iure meritò ceſſabit taxa. tametſi id non paſſim ſeruetur. ſed proportionem ruſticani exactores ineant reſpectu exercitij ad quantitatem fructuum aliquot menſurarum. quod vix fit ſine detrimento Eccleſiæ. dum ipſa conductionis quantitas taxæ quantitatem informat. eoq́ue minoris elocantur fructuum decimæ, quam ſi ſola facultatum ipſius conductoris ratio iniretur, aut in ſingulas vices excuteretur quodnam verè aut apparenter ſit lucrum cõductoris: cuius ratam quod ipſa taxa excedere nõ debet: ne immunitatẽ Eccleſiaſticam lædat, dum pretium elocationis minuit. qua ex ratione latum eſt Senatuſcõſultum quod mox citauimus.

Jn eodem *c. 1. X. de cenſ.* liber eſſe 3 Neque cuiuſque Eccleſiæ vnus manſus.
iubetur pro vnaquaque Eccleſia vnus manſus: & illarum presbyteri non de decimis, neque de oblationibus fidelium, nõ de domibus, neque de areis, vel de hortis iuxta Eccleſiam poſitis, ſeruitium faciunt: præter Eccleſiaſticum. adeo vt qui Eccleſiam cõſecrari deſiderat, cenſum redimere debeat. *iuxta c. comperimus. 14. q. 6.* neque aliter debeat Epiſcopus conſecrare. 4. Sine quo, atque ita immunis neque debet conſecrari Eccleſia.
Panorm. in d. c. non minus. eſt autem mãſus ager, qui duobus bobus ad arandum ac laborandum quotannis ſufficit. *Spigel. in Lex. v. mãſus. & verb. menſurarũ nomina. Ragueam en ſon Indice v. manſionier.* quo ſpectare videtur quod in Jnſtructione precariæ Brabantię anni 1451. iuxta bona amortizata etiam exempta eſſe iubentur, quæ ſunt primariæ fundationis.

Si amplius, inquit d. c. 1. *habuerint,* 5. De reliquo cenſus domino debitus eſt ſoluendus: ſeu feudale debitum &c.
inde Senioribus debitum ſeruitiũ impendant. nulla enim æquitas permittit, vt priuilegia Eccleſiæ præiudicent tertio. ideoq́ue ſi quod res Eccleſiarum onus feudale, ſeu aliud annexũ habeant, cenſentur cum illo onere tranſijſſe. & de feudali aut ſimili loqui videtur d. c. 1. *ex verb. ſeruitiũ. & v. ſenioribus.* quod dynaſtas, & toparchas ſignificat. *vt diximus in Iudice lib. 1. c. 38. n. 3.* igitur ſiue priuata pactione, vt eſt feudorũ, emphyteuſeum, cenſuum, locationum perpetuarum, precariarum & ſimilium, res affecta fuerit; æquum eſt illam ſeruari. *c. cum dilecti. X. de donat. c.* 6. Tributum paniforme perpetuum rei impoſitum antequam ad Eccleſiam perueniret.
quanto. X. de cenſ. ſiue ex diſpoſitione publica. vt ſi tributum perpetuum, ac vniforme à Principe impoſitum ſit rebus, antequam ad Eccleſiam peruenirent. *l. imperatores,*

Digitized by Google

res. D. de public. l. placet. C. de ſacroſanct. Eccleſ. c. tributum. 23. quæſt. 8. *de exterioribus*, inquit, *Eccleſia quod conſtitutum antiquitus eſt* (nota) *propace & quiete, qua nos tueri & defenſare debent, Imperatoribus perſoluendum eſt.*

8. Onus rei naturaliter incumbens. Idem, inquit Panor. *in d. c. non minus, dico in alijs oneribus, quæ ratione naturali incumbunt ipſis rebus. vt reficere iter ante domum. D. de via public. & itin. refic. l. 1. not. Barth. in l. ad Inſtruct. C. de ſacroſanct. Eccleſ. item in purgatione putei neceſſarij toti vicinia, in qua eſt Eccleſia. ad hoc quod notat Specul. in tit de cenſ. §. nunc dicendum. verſ. item*

9. Itinerum. *pone quod vicinia*; quod idem diximus *d. conſ.* 1. de aggeribus, & litoribus reparandis impenſa communi agrorum, etiam Eccleſiaſticorum, quos mare aut flumen

10. Aggerum. inundare, aut incommodare poteſt. *& tradit Panor. in d. c. non minus.*

11. Pontium, fontium. Itaque ad reficiendum communem pontem, vt clerici teneantur; ad communem viam ſternendam, puteum, fontem &c. deciſum eſt iure ciuili. at teneri negat canonico Azor. *Inſt. mor. p.* 1 *l. 5. c.* 13. *q.* 8. tamen vt, qui ponte aut fonte vtuntur, ad expenſas conferant, ſecũdùm naturã eſt: vt inquit lex 10. *D. de reg. iur. incommoda cuiuſque rei eum ſequi, quem ſequuntur commoda.* cuius & cõtrarium ſupplet reg. 55. *in* 6. atque hæc obtinent præſertim in oneribus realibus. v.g. iure & immemoriali conſuetudine agris ad viam iacentibus pro proportione mẽſuræ incumbit viæ reparatio: vt ab ea non excuſetur ager Eccleſiæ: ſi verò perſonaliter exigantur expenſæ, vt contribuantur: recurrendum foret ad ſuperiores Eccleſiaſticos. *c. non minus. c. aduerſus. X. de immun. Eccl.* ſi quidem nec ſtatuendo, nec exequendo iuriſdictio ſæcularibus in clericos competit. *De quo vide Gutierres pract. quæſt. c.* 3.

12. Ita tamen quatenus patrimonij neceſſitas exigit, non Sed hæc ita tamẽ, quatenus agris via, pons, ſeu fons eſt neceſſarius: & quomodo *in l. honor. D. de muner.* Caliſtratus *viarum munitiones*, inquit, *prædiorum collationes, non perſonæ; ſed locorum munera ſunt. vt ſolarium onus ſit vſui prædiorum neceſſarium.* & eatenus obtinere æquum eſt, quod dicitur *in l. ad inſtructiones. C. de ſacroſ. Eccl.* vt ad inſtructiones itinerum, pontiũque etiam diuinæ domus, & venerabiles Eccleſiæ adſcribantur: nec vllum genus hominum, nulliuſque dignitatis, ac venerationis meritis ceſſare oporteat. ſed in quantum neceſſitas exceditur; viæ, ponteſque ad ornatum ſternuntur; fontes ad voluptates inſtruuntur; munera, curationeſque viarum, fontium, pontium perſonis iniunguntur, aut vltra commoditatem prædiorũ, ad vias regias militareſque ſternendas onus extenditur, ad clerum nõ permittit ratio produci. quippe *cui immunitas data, ab eo munitio viarum non exigitur. l. cui muner. D. de mun. quæ de re latè Annæus Robert. rer. iud. l.* 2. *c.* 3. vbi tamen Senatus ſupra neceſſitatem prædiorum damnauit clerũ ad ſternendæ lapidibus viæ regiæ contributionem: quod portorium ſeu *boragium* vocant: aduerſus c. quamquã *de cenſ. in* 6. quod tamen etiã *in Conſult. can. de immun. Eccl. conſ.* 1. accipiendum diximus, vt neceſſarias viarum expẽſas nõ reijciat, nec aliter Eccleſia recipit, quæ de talibus ſtatuuntur. *Euerard. conſ.* 42. *n.* 41. — vt publicum vectigal, ſeu quod aliud viæ publicæ onus.

Itaque clericos, vt alios, communem viam ante ſuas ædes ſternere, immũditias nõ effundere, bruchos occidere, ad aggerem communem contribuere; ſed executionẽ faciendam per Eccleſiaſticum Diana. *p.* 1. *t.* 2 *r.* 75. rectè reſoluit. imo pedagia guidagia, & ſimilia ſoluere debent, quatenus ad impenſas tantum exiguntur, non ad iura dominica, *diximus d. conſ.* 1.

Ad alia onera, inquit vbi ſupra Pan. *quæ imponuntur rebus, ſecundũ accidentẽ neceſſitatẽ, puto Eccleſiã nõ teneri.* addit- que rationem: quod quoſtquã bona peruenerunt ad Eccleſiã, eximuntur ab omni exactione. data enim conſecrataque Deo, ſiue homo, ſiue ani- 13. Bona poſtquam ad Eccleſiam peruenerũt, vt Deo dicata ad humanos vſus non ſunt retrahenda.

animal, ſine ager, ſanctum ſanctorum fiunt: & ad ius pertinent ſacerdotum. *c. nulli.* 12. *q.* 2. nec Regi aut Principi ſæculari licet ea tangere. *c. quicumque. ibid.* nec deſuper ſtatuere. *c. quæ in Eccleſiarum. X. de conſt.* & diuino iure immunia fiunt. *d. c. quiquam.* nec aduerſus ius diuinum ſtatuere poteſt Imperator. *c. ſunt quidem.* 25. *q.* 1. *c. omne ibid.* adeo vt quoad Eccleſiam vites amittat lex mu-

14. Contrariæ leges vt viribus deſtituantur.

nerum *§. ab huiuſmodi. D. de muner. lex iubemus nullam nauem. lex placet. lex neminem. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* aliæque quæ indiſtinctè ad munera patrimonialia omnes obligant. & ſpecialiter ad ea, quæ aduentus Principis, & fælicis embolæ gratia indicuntur. *qua de re Gutier. q.* 92. *n.* 41. *De Gabell.*

15. Onus variabile vt in Eccleſiam non tranſeat.

Quare nec valere ſtatutum ait Azor. *Inſt. mor. p.* 1. *l.* 5. *c.* 13. *in princ.* vt omnia prædia ſint tributaria; niſi onus fuetit perpetuum & vniforme: non ex ſtatuentium arbitrio variabile. quia hoc caſu vim capit tempore variationis: nam tunc indicitur tributum variatum: cum quo nondum exiſtente non potuit tranſire ad Eccleſiam.

16. Niſi non ſubſtantia, ſed quantitas, ſeu ex conditione tẽporis &c. varietur.

Si tamen teſtator, aut donator ea lege Eccleſiæ dederit, ſeruanda eſt. *Azor. Inſt. mor. p.* 1. *l.* 5. *c.* 13. quinimo Lugo *de Iuſt. tom.* 2. *d.* 36. *ſect.* 7. *n.* 110. rectè ait onus rei ſic impoſitũ, quamuis nec vniforme, nec annuum, præſtari debere ab Eccleſia. v. g. ſi dictum ſit, *cum bellum erit, vel fames, centum ſolues*; præſtandum fore. ſi tamen ea lex ante impoſita fuit. *n.* 109. ſic ad feudalia ſeruitia tenetur Eccleſia, ſi feudum poſſidet. *n.* 112. & ſic huiuſmodi tributa, rebus omnibus imponi à Principe poſſunt: & cum iſto onere ad Eccleſiam tranſire, ſi ſine fraude, & non eo fine, vt Eccleſia grauari poſſit. *n.* 113. authoritate tamen Eccleſiaſtica opus erit, ad cogendum, non ſufficiet laica. *n.* 111. *Gutier. d. q.* 3. *pract. quaſt.*

17. A capitatione exempti clerici.

Ad munus patrimoniale refertur etiam capitatio, ſine cenſus in ſingula capita conſtitutus; ſine reſpectu ad facultates. quamquam olim cenſum agere dicebantur, qui & facultates recenſebant. Vnde & cenſus dici cepit pecunia, quæ Principi per capita ſoluitur. de quali propoſita Chriſto quæſtio, *Math.* 22. *liceretne cenſum dare Cæſari?* ſed huiuſmodi capitatio ad ruſticos eſt reſtricta. *l. vn. D. de capitatione ciuium cenſibus eximenda. lib.* 11. quare & eximendi ſunt clerici à capitatione. quia illorum capita, ſeu perſonæ à poteſtate ſæculari ſunt exempta. *d. c. quamquam. de cenſ. in* 6. *nolite tangere criſtos meos.*

Imponitur denique munus perſonis habito reſpectu ad facultates, quod poſſeſſoribus ipſis indicitur. eoque non niſi municipibus, & incolis; non exteris; quamuis poſſeſſiones in loco habeant. *l. reſcripto in fin. D. de muner.* quippe extra territorium ius dicenti non paretur. *l. fin. D. de iuriſdict. om. Iud.* niſi aliud priuilegio obtentum ſit. *d. l. munerum. §. præterea.* aut conſuetudine. *Barth. in d. l. vn. C. de capitat. ciuium.* quare cum ſubditi ſæcularibus non ſint clerici; imponi perſonis illorum non poteſt huiuſmodi munus. neque reſpectus facultatum eam iuriſdictionem tribuit. cum & ipſæ Deo ſint ſanctificatæ. *d. c. nulli.* neque conſuetudo hic valebit, tanquã Eccleſię præiudicans. *c.* 1. *X. De cõſuet. & quæ alibi allegauimus.* & de huiuſmodi oneribus propriè loqui d. c. non *minus* videtur Panormitano. *ibid.* de clericorum autem patrimonio diximus *mox c.* 3. *num.* 4. *& ſeqq.*

18. Et ſiquid aliud perſonis imponitur, etiam habito reſpectu ad facultates.

CAPVT VI.

De muneribus mixtis.

DE vtriſque ſimplicibus hæc participant. onus habent, vt perſonalia; ſumptum, vt patrimonialia.

nialia. ſic parangariç dicuntur mixta munera. ideoque quatenus aliqui tenentur ad ſimplicia, tenentur ad mixta: quatenus excuſantur à ſimplicibus; excuſantur à mixtis.
1. Exemptio aut obligatio in mixtis quatenus in ſimplicibus. erunt ergo clerici immunes, obligatiue quoad mixta; quomodo ſe habent in ſimplicibus. id tamen erit ſemper dicendum, tam in perſonalibus, realibus, quàm mixtis, vt Panorm. *in d.c. non minus. ex Innocentio* pluries repetit, quod exactio ipſa
2. Exactio tamen in clericis per manum Eccleſiaſticã. à poteſtate ſæculari non ſit facienda in clericum; ſed à ſuo Iudice Eccleſiaſtico. v. g. ſi in caſu c. pervenit. *X. de immun. Eccleſ.* neceſſitas vocat clericos ad vigilias; cogendi erunt per ſuos ſuperiores; non per ſæculares: ſi ad tributum tenetur Eccleſia; quod reale olim erat, & inferebatur in eam ciuitatem, vbi ager poſſidebatur; *l. forma. §. 2. D. de cenſ. l. vn. C. de mulier. lib.* 10 *l. reſcripto. §. fin.* cogendi erunt per Iudicem Eccleſiaſticum, non Magiſtratum ſæcularem: ſi munus pium, quod onus habet, & ſumptum, clerico obeundum eſt; cogendus erit per ſuum Iudicem, non ſæcularem. Pium autem intelligendum eſt,
3. Vt clerus tenetur ad opus pium? quod exigit pietas Chriſtiana; non quod ad vtilitatem politicam communem pertinet. *Panorm. ibid.*

4. Quod illud? Porro pium facilius conſideramus in rebus priuatis, quàm publicis. v.g. ſubuenire egentibus, defendere pupillos, & viduas, protegere innocentem, redimere captiuum, à latronibus eruere. pro quibus debent & clerici laborare. *c. 1. & fin. X. de poſtuland.* quo argumento etiam pium dicunt aliqui defendere patriam, debiles, pauperesque ab hoſtibus. *c. fortitudo. c. non inferenda. 23. q. 3* pro eaque defenſione ſoluit eccleſia tributum Principi. *c. tributum* 28. *q.* 8. quare & muros ſtruere, & mœnia, quibus ciues defendantur, captiuitates vitentur, pium opus viſum eſt Innocentio: & tam ad Eccleſiam pertinere ſumptum, quo præcaueatur captiuitas, quàm quo redimantur captiui. quare & licitum eſſe Interpretes tradiderunt munire Eccleſias in modum caſtellorum; vt boni à malis tuti eſſe poſſint. *in c. cum Eccleſia. X. de immun. Eccleſ.* & Wameſ. *de Immunit. Eccleſ. conſ.* 517. ait clerum teneri ad ſumptum caſtri contra rebelliones hæreticorum extructi.

Quidam etiam regulam generalem fecerunt, vt ſicut in priuatorum rebus onera illum ſequuntur, quem commoda; vt aggerum, pontium, viarum, quatenus iiſdem rebus neceſſariæ ſunt: ſic etiam onera publica, quæ communes ſimul clericorum & laicorum neceſſitates, vtilitateſque ſpectant, vt eſt mœnium murorumque ſtructio, communiter ab vtriſque ſubeantur. rectè tamen Panorm. *in d. c. non minus.* latè docuit id iure verum non eſſe. *per d. c. non minus. & d. c. aduerſus. X. de immun. Eccleſ.* vbi ad communes vtilitates, neceſſitateſque clerus cogi non poteſt, niſi Epiſcopus, & clerus conſenſerint: imo Romanus Pontifex. Epiſcopus, & clerus conſentire non poſſint; niſi nimia ſit neceſſitas; nec ſufficiant laicorum facultates. 5. Onera publica communia ad clerum non ſpectant. 6. Niſi ex cleri aſſenſu in ſubſidium.

Communes quidem vtilitates, neceſſitateſue dicuntur *d. c. non minus. d. c. aduerſus.* ſed ait Pontifex *in d. c. aduerſus* Romani eſſe Pontificis, huiuſmodi communibus vtilitatibus prouidere. quippe cum clerus, populuſque permixtus eſt, magis dignum trahit ad ſe minus dignum. *c. 3. X. de conſec. Eccleſ. c. vnic. eod in 6.* 7. Quando cum clero agendum.
vt de huiuſmodi rebus clero & populo communibus, ſtatuendi potiſſimæ partes cenſeri debeant eſſe penes Eccleſiam, vtique Epiſcopum, & clerum. *d. c. non minus. d. c.* 8. Nunc cum S. Pontifice.
aduerſus. ſed propter quorundam imprudentiam iam Summo Pontifici reſeruatæ in Concilio generali. *d. c. aduerſus.* Imprudentia autem eſt grauis cum militiarum ordo peruertitur; & ſtipendia indebitè perſoluuntur. clerus militat Deo; po-

pulus ſæculo : perſona clerici militare ſæculo non debet : nec ergo ſtipendia pro ſpiritualibus vſibus conſtituta transferri ad mundanos. ideoque rectè d. c. non minus, & onera vocat laicorum : & demum,
9. Niſi periculum ſit in commota, *vbi laicorum non ſuppetunt facultates, ſubſidia* per Eccleſias exiſtimari cōferenda. ſubſidia,copiæ ſunt auxiliares.ſi tamen citra ſcandalum,periculumque recurſus non poteſt haberi ad Papam : ceſſabit reſeruatio donec recurri poſſit. *arg.l.tutor, qui repertorium. D.de adminiſt.tut. Panorm. d. c.non minus.Vide quæ cap.proximo dicemus.*

Rationem,quam diximus, immunitatis etiam aſſignat Panorm. quia bona ſemel Deo oblata ad humanos
10. Quia bona Eccleſiæ Deo dicata ſunt. vſus non ſunt transferenda. c.*ſemel Deo.de Reg.iur.in 6.c.nulli.12.q.2.* imo non habent clerici huiuſmodi bonorum dominium;ſed quæ ſuſſentationi neceſſariæ ſuperſunt, in alimenta pauperum, & Eccleſiarum fabricas ſunt impendenda. *d. c. non*
11. Iuuari poteſt Reſp. vt pauper,ex bonis Eccleſiæ,ſed non exigere poteſtatiuè. *minus.in v.pauperum.c.mos eſt.12.q.2.* quare ſi ita egeat Reſp. tanquam pauperi à clero quid erogari poteſt:non illa potenter exigere. *d.c. non minus.* cum & decretum ſit, ne bona Eccleſiæ ſine Rom. Pontif. authoritate extra fundatorum præſcriptum, ſeu largitorum mentem
12. Extra fundatorum mentem. erogentur.*clem. quia contingit. de relig. dom.* at verò non illi hæc Communitatum onera ſpectarunt : ſed tantum Eccleſiaſtica. *c.1.X. de cenſ. in v. prater Eccleſiaſticum.* Commu-
13. Alendo pauperes Eccleſia ſubleuat populū, qui alias teneretur. nitatum enim onera ſunt. *d. c. non minus in v. onera ſua.* ſubleuantur Communitates à clero , quantum ab eo tribuitur communibus pauperibus, quos alioquin ex ſuis ipſæ collectis alere deberent.*c.licet.X. de cenſ.*

14. Conditio hæc ante omnia veri ficanda. Cum ergo de ſuppetijs per clerum ferendis agitur,de liberationi ante omnia ſe ingerit hæc Concilij œcumenici *in c.non minus. & c. aduerſus. X. de immunit Eccleſ.* clauſula vbi *laicorum non ſuppetunt facultates*, quæ,vt incerti temporis eſt, & loci; *Tuſeus in verb. dictio vbicumque concl. 391. & habetur in c. ad honorem. X.de vſu pallij. & in l. vbicumque. D.de interrogator. actio.* vim habet conditionis:quę adeoque imprimis verificanda ſit,ſeu demonſtranda. Examinandæ ſunt igitur facultates. *iuxta leg. quæſitum. §. ſed & ipſe. D. de inſtruct.legat.* & dum Prætor inſtrui debet de fortunis pupilli, *iubere*,inquit lex magis puto. *§.requirat.D.de reb.eor.qui ſub tutel.edi rationes, itemque ſynopſim bonorum pupillarium;*vt inſtruatur Prætoris religio, *an adſentire*, inquit , *venditioni vel obligationi debeat*; adeoque hic an ſubſidia per Eccleſiam ſint conferenda ? vt loquitur d. c. non *minus. d. c. aduerſus.* 15. Editis & examinatis rationibus.

Facultates inquit, *laicorum non ſuppetunt.* vbi imprimis eſt animaduertendum,deſignari non tantum facultates publicas Principum , Statuum,communitatumque; ſed etiam priuatas ſingulorum. quas imprimis exprimit illa vox,*laicorum*.idque euidenter patere docet Diana *p.5.tract.1 reſ.11.q.3.r.20.ibid.*ex Bulla Vrbani VIII. conceſſa nuper pro Ducatu Mediolanenſi : cuius hæc ſint verba;*cum autem in mantedis* (nota) *ciuitatibus,& locis prædictis, ingenti pecuniarum vi opus , ærariumque ipſius Philippi Regis* (nota) *valde exhauſtum & attritum ſit ; ex munitioneque huiuſmodi totius Status,tam cleri* (nota)*quam populi ſecuritati proſpiciatur ; communitatum vero,ac vniuerſitatum , & hominum* , (nota) *eiuſdem ſtatus, propter eorum inopiam,ad totam impenſam neceſſariam ſupportandam facultates non ſuppetant;niſi clerus, & Eccleſiaſtici quoque eo aliquid conferant* &c. quæ proculdubio verba non tantum ad æraria publica;ſed & ſingulorum priuatos cenſus pertinent. & rectè ſubiungit Diana *ex Megala, tunc facultates*, inquit,*laicorum non ſufficere, vt clerici in ſubſidium ad collectas teneantur*; *quando laici per gabellam imponendam cogerentur ſe eis priuare , quæ quotannis illis* 16. Facultatum publicarum,& ſingulorum. 17. Ita vt alias ſibi non ſufficerent.

illis neceſſaria eſſent ad viuendum, ſecundùm conuenientiam ſui ſtatus.

18. Quamuis neceſſitates tam clerum reſpiciaut, quam populum.

Euiucunt etiam verba eiuſdem Bullæ clerum tautum teueri in ſubſidium; etiamſi neceſſitates vel vtilitates communes, tam ipſos clericos reſpiciunt, quàm laicos; vt eſt allegata munitio, & ſecuritas tam cleri, quàm populi. idemque patet ex alia Bulla ab eodem Vrbano conceſſa, vt clerus Panormitanus collectari poſſet ex cauſa peſtis. vbi etiam ei expoſitum fuerat *laicorum non ſufficere facultates*, & Archiepiſcopo Panormitano mandatũ id admittere; *conſtito*, inquit, *tibi de narratis*. Iterũ ex Bulla Clementis VIII. cõceſſa Florentinis, pro commodiore reparatione fluminis Arni, tam clericorum, quàm laicorum agros lambentis in qua Nuntio ſuo mandat, vt diſcuſſis prius bonis laicorum, ſi non ſufficerent, condemnaret clericòs ad contribuendum.

19. Examinanda & facultatum administratio, an ſuppetãt quidem ſed diuertantur, & in abuſus abſumantur.

De hac igitur clauſula, *quod laicorum facultates non ſuppetant*, conſtare debet; adeoque examinari facultates; edi, diſcutique rationes: atque imprimis inſpici an prouentus, & bona Communitatum rectè adminiſtrentur; quanti plurimi veneant, ſeu elocentur; an per plura officia diſtrahantur, vt per ea conſulum, ſenatorum, quæſtorum clientibus benefiat: an omnes prouentus rectè corrogentur, & colligantur; an immunes aliqui habeãtur, ſeu aliàs ſuppetant quidem, ſed dilapidentur, negliganturue publicæ facultates; aut in litibus abſumantur; quarum fructu illi pingueſcant, quorum officium eſt quietem & tranquillitatem publicam maximè habere commendatam.

Iterum in rationibus excutiendis diſcipiendum eſt, an *aſſiſia*, & cuiuſcumque nominis prouentus publici, indulto Principum iam pridem inſtituti ad tolerandas neceſſitates, & vtilitates communes, aliò non diuertantur: *contra l. 1. 2. 4. D. de adminiſt. rer. ad ciuitat. pertinent.* Iterum *ſi adminiſtratores debitorem reipublicæ dimiſerint, ſiue largiti ſint.* ambitioſa huiuſmodi decreta, vt vocat *l. 4. D. de decret. ab ordin. faciend.* grauare clericos non debent; neque calculum facultatum publicarum minuere: præſertim ſi dona ſint ingentia; ſi annua; ſi frequentia: quamuis nec ſine cauſa data. quia non debent in præiudicium cleri fieri; nec populus depauperari, vt à clero ſubſidium exigat. cum ne Principibus quidem liceat facere immoderatas largitiones, vel prodigos ſumptus; per quos bellis & neceſſitatibus publicis non ſufficiant. ſed populum debeant grauare. *Leſſius de Iuſtit. lib. 2. c. 33. dub. 6. n.* 48. quanto minus ciuitas aliqua vt pomeria ſua dilatet; Incolis mercatoribus melius ſit, pagos in circuitu ſitos emat; telonia redimat à Principe; aliquid ex eo onere in clerum debet reijcere: multo autem minimè ſi alias delinquendo, rebellando, facultates publicas abſumpſerit; reditus oppignorauerit; fideiubendo, mercando minuerit; vllatenus in præiudicium cleri deriuari hæc oportet.

Atque hæc quidem de publicis, quæ prudenter & fideliter corroganda ſunt; & frugaliter eroganda: quod autem ad priuatas ſingulorum facultates attinet; quomodo illæ etiam debeant excuti, antequam ſubſidia à clero conferenda ſint; ex iam dictis etiam conſtat. quare clauſulæ noſtræ condicionali non datur locus vbi laici diuites molliter tractantur, & in clerum onera nihilominus ingeruntur. Videas Nobilem, aliumue ciuem, in prædijs & cenſibus numerare quotannis decem millia florenorum; neque in onera publica quotannis ſoluere florenos quinquaginta: videas mercatorem hæredibus relinquere nonies centena millia florenorum; neque in neceſſitates publicas ſoluiſſe quadraginta florenos quotannis: videas alios quoſli-

bet

Digitized by Google

bet ex populo prædia, prata, nemora, terras, ſyluas, reditus ingentes poſſidere, & exiguum nummum in publicum conferre: ſuppetunt igitur laicorum facultates: neque purificatur condicio, ex qua clericos grauare liceat. Iterum videas homines qui à parentibus vix teruncium acceperunt; maioribus obſcuris nati ſunt, opibus ex mercimonijs, artificijs, operis quæſitis affluere; qui ſi amplius in neceſſitates publicas contribuerent, non tantum non minuerent *conuenientiam Status*; ſed neque in priſtinum redigerentur: Videas in luxum veſtium, conuiuiorum, aliarumque impenſarum plus hodie abſumi, quam olim in alta pace maiores noſtri vel cogitatione anſi fuerint attingere: ſuppetunt ergo facultates, aut furioſum illi faciunt exitum: quorum luxum potius coërcere, & ſumptum inutilem in cenſum publicum inferre oporteret, quam clerum inopiæ tantum publicę obligatum anticipata exactione, atque iniuſta grauare: ſæpe etiam pauperem, & vix aliàs ſibi ſufficientem, vectigali impoſito eſui, & potui neceſſario, aduerſus legem vniuerſi. *C. de vectigal & l. g. omnium eod. de quo diximus hoc libro* 3. *c.* 10. & legem *ex præſtatione. C. eod.* vbi tantum octaua pars pretij rei pro vectigali commerciorum exigi poteſt: cum alicubi vectigal poculo cereuiſiæ impoſitum tantum ſit, quantum pro illius pretio ſoluatur coctori.

CAPVT VII.

De cauſis collectarum, & immunitate.

1. Sunt multiplices.

MVltiplices illæ ſunt, nec ad certum numerum reſtringi poſſunt. vt facta dicuntur infinita. ideoque *in c. non minus. & c. aduerſus. X. de immun. Eccleſ.* generali titulo

2. Communes neceſſitates, & vtilitates.

communes vtilitates, aut neceſſitates vocantur. vt eſt patriæ defenſio aduerſus hoſtes, & prædones.

3. Patriæ defenſio.

cum reipublicæ, ſeu Principis ærarium non ſufficit. Quinimo æs alienum Principis ex rationabili canſa contractum. *argumento c. cum Apoſtolus. §. prohibemus. X. de cenſ.*

4. Æs alienum Principis, aut reip. ex cauſa rationabili contractum.

tertio captiuitas ipſius Principis. quãdo non tantum vaſalli, *c. licet ſi de feudo defunct. fuerit contentio c.* 1. *§. item qui dominum. Quæ fuit prima cauſa benef. amit §. adhuc hic ſinit. lex in vſib. feud.* ſed & alij ſubditi contribuunt.

5. Captiuitas Principis.

Maſſuer. in Prax. tit. de tailles. n. 6. quomodo non tantum laici, ſed & clerus Brabantiæ ingentem ſummam contribuit, cum Dux Wenceſlaus cum magna parte nobilium bello Geldrico captus eſſet.

6. Elocatio filiæ Principis, Baltheus militatis filij, Coronatio Impp.

4. Solet iuſta etiam collectæ cauſa cenſeri ſi Princeps filiam elocet. *Minſing. cent.* 5. *obſ.* 21. *Menoch. de arbit. l.* 2. *caſ.* 181. cui accedit ſi balteum militarem ipſe, aut filius ſuſcipiat: ſi ad coronationem Imperatoris proficiſcatur. Vt itidem Brabanti erga ſuos Duces iam olim obſeruarut: adiecta etiã pactitia quantitate, pro ratione illorum temporum. ſed hæc cauſa magis Principis eſt, quam reipublicę. eoque quanto arctior eſt inter caput & membra nexus, tanto magis tenentur laici ſuo Principi; quam clerici ex bonis Eccleſiæ. in ijs autem quæ concernunt directe bonum reipublicæ, quando in eius incolumitate etiam cenſetur ſalus clericorum; propior eſt ratio, vt à clero illius neceſſitati ſuccurratur: ſeruato tamen modo d. c. non minus. *d. c. aduerſus.* Antiquitus tamen in Brabantia in teſtamento ducis Henrici *anni* 1260. *quod habetur in Edictor. Brabantiæ p.* 1. *tit.* 5. *c.* 1. declarat homines terræ Brabantiæ futuros ſine tallia, exactione, & precaria, niſi in expeditionibus, cum exercitu, *ad terræ*, inquit, *noſtræ defenſionem, vel iuris noſtri conſeruationem, aut iniuriarum amotionem, vel in ſeruitium Imperatoris Romano-*

manorum, ſiue Regum Alemanniæ, ſiue cum filium, ſiue filiam nuptui tradiderimus, aut cum filium cingulo cinxerimus militari.

7. Bonum puplicum.

Quare rectè Malderus *de Iuſt. tr.* 5. *c.*6. *dub.*4. ait vnicam eſſe iuſtam cauſam imponẽdi tributi, ſed generalem, bonũ publicum: quod eſt vtilitas vel neceſſitas publica, cui non ſufficiat, quod alias Principi deputatum eſt. vt ſentire ait cõmuniter

8. Ordo contribuendi vt peruertatur?

DD. Si enim, quod olim iſti rei deſtinatum eſt, ſufficit; priùs id expendendum eſt, antequã populus oneretur. eoque perperam hodie ordo peruertitur apud multos, poſtquam ſtipẽdiaria militia admiſſa eſt; cum olim feuda aſſignata fuerint, vt poſſeſſores bella cum Principe tractarent; clerus ſacrificia, plebs rura & artificia exerceret; nunc multi nobiles vel domi inertes amplos feudorũ reditus abſumũt, vel ciuilibus officijs admoti, rem augent; vel vt milites ſtipendia capiunt: clerus & plebs ad aurum in ſtipendia corrogandũ coguntur. cũ clerus non niſi *quando nõ ſufficiunt laicorũ facultates* interpellari deberet, plebs autem cõferre, cũ nec Princeps ſibi, nec vaſalli, feudorũque poſſeſſores oneri ſuo ſufficiunt. ergo qui dotem reipublicæ poſſidẽt, ſubterfugere onera ex feudo incumbentia non poſſunt. vt maritus ſeu pater, qui illum in poteſtate habet matrimonij oneta ex dotis fructibus ſubire tenetur, cum hi nõ ſufficiunt, ad extraordinarias ſuperindictiones, veniẽdum eſt. quibus ferendis ſi neque populus par eſt; clerus poteſt interpellari: de cauſis, & modis cũ Epiſcopo ſuo deliberare, & ſtatuere *c. non minus. c. aduerſus. X. de immun. Eccl.* Vt ordo primũ ad onera belli exigat feudorum poſſeſſores; exinde populũ; ac demum vltimo in ſubſidiũ loco clerum. ſuppoſita belli tum iuſtitia, tum vtilitate communi; quæ & in clerum redundet, neque laicorum facultates ſufficiant. alioquin mero iure *ſup. c.* 5. diximus non teneri clerũ. adeo vt & ad expeditiones, foſſatas, ſimileſque bellicos ſumptus noli t vocari d. c. non *minus*. Immunitas enim clero conceſſa abſolutiſſima eſt. ſecus quam alijs conceſſa, quæ plures patitur interpretationes. ſiquidem conceſſa ſimpliciter nõ extenditur ad munera patrimonialia, realia, ordinaria. *l. qui immunitatem. C. de muner. patrim. l.* 10. *l.* 1. *C. de his qui à Principe vacat mun. l. his honoribus: D. de vacat. mun. vide Ioan. Andrea in c. peruenit. X. de immun. Eccleſ.* eoque & motu proprio, & cũ expreſſa mẽtione collectarũ, munerum, ordinariorum, extraordinariorum, realiũ, patrimonialium, & aliorũ quorumcũque derogatoria cõcedendam eſſe; quinimo bellicorum ſolitorum & inſolitorum; niſi fortè belli tẽpore, nec ſine cogitatione belli, conceſſa ſit, tradit Minſing. *lib.* 4. *obſ.* 70. *ex Cacherano.* atque ea propter alioquin conceſſam immunitatẽ regulariter nec ad nouas collectas, nec ad euidentem neceſſitatem ſuperuenientem extendi. *ex l. iubemus nullam. C. de ſacroſanct. Eccl. l.* 1. *C. vt nemini liceat ab empt ſpec. ſe excuſ. l.* 10. adeoque quoſcumque Ordines Imperij conſuetudine huiuſmodi in caſu in cõtributionem vocari. Vide *etiam Gail. & citatos l.* 2. *obſ.* 52. *&* 53. Chriſtophorũ *Wenzler in Synop. obſer. c.* 17. de priuil. exẽptis. *c.* 14. de nobilibus; 16. de Cõſiliarijs. *Fragoſ. Regim. reip.* 8 1. *l.* 3. *d.* 8. *ſ.* 5. vbi & de commendatarijs, eorumque familia. Ioan. Papon. *arr. l.* 5. *tit.* 11. *arr.* 39. *& ſeqq.* longiſſimã diſſertationem arreſt. 39. Ineuitabilis neceſſitas etiam clericos vocat ad murorum cuſtodiam, & vigilias. *c. peruenit. X. de imm. Eccl. diximus l.* 3. *ſ. c.* 9. alioquin ſeruandus eſt tenor c. nõ minus. *c. aduerſus X. de imm. Eccl.* quomodo & Senatus Pariſienſis cenſuit clericos grauari non poſſe in reparationem operum publicorum vrbis. *apud Paponem arreſt. lib.* 5. *tit.* 11. *arreſt.* 11.

9. Ad belli ſumptus vt clerus non teneatur.

10. Niſi forte ſit ineuitabilis neceſſitas neminem prætermittens.

Tametſi idem *arreſt.* 15. clerum referat damnatum ad ſubleuandas

das neceſſitates præſidij militaris, & commeatus. *arreſt. 16.* in reparationem pontium, & viarum, 17. in reparationum communium cōmoditatum, 18. in ſalaria curatorum earundem, præfecti vigilum, & portarij, 19. in reparationem murorum, viarum publicarum, domus peſtiferorū, Doctorum & Regētium Vniuerſitatis. 21. *&* 24. clericos negociantes, mercimonia exercentes, prædia conducentes, notariatum exercentes, & ſimilibus temporalibus ſe immiſcentes à diuerſis tribunalibus ſūmis oneribus ſubiectos: eademque obtinere in nobilibus, ſeu aliàs immunibus perſonis. quæ vt concedamus de alijs; non tamen omnia poſſumus admittere in clericis. *iuxta. d. c. non minus, & c. aduerſus.* quod & de foſſatis agit, adeoque murorum, operumque publicorum ſtructuris, & munitionibus: & de expeditionibus: adeoque prӕſidijs, & commeatibus, vtilitatibus, & neceſſitatibus. vt clerici ſint exempti, niſi adſit modus ibidem præſcriptus. *quæ de re diximus. ſ. c. 5. & 3. c. 9. hoc lib. 3.*

12. Varia à quibus eximūtur.

Rectius idem Papon refert iudicatum *ibid. arreſt.* 19. clerum eſſe exemptum à contributione ſtipendiorum præpoſiti, & ſatellitū ipſius politiæ, horologij, ſimiliumque ciuilium onerum. & *arreſt.* 20. à tallijs, ſubſidijſque publicis exemptum eſſe clericum, quamuis ſimplicis tōſuræ, clericaliter tamen viuentem: etiam quoad bona ruralia. *arreſt.* 21. *&* 23. non tantùm hæreditate accepta; ſed etiam acquiſita. quaſi mutatione perſonæ mutetur conditio rei. *vt dicit Bartolus in l. Paulus reſpondit per procuratorem. D. de acquir. hæred.* etiamſi prædia ſua ipſi exerceant, citra negociationem. vt iudicatum refert à Senatu Grationonapolitano. Sed *vt diximus arreſt. 39.* valdè excurrit in diſquiſitionem immunitatis, tam quoad clericos, quam nobiles, & conſiliarios, quoad collectas focis iam olim impoſitas: ſed magis ex legibus contendit, quam ſacris canonibus. vt hi prævalere debeant rebus in vim illarum iudicatis. prӕſertim cum Franci Decretalium, (maximè in Sextum, quem receptum à ſe negant, & poſteriores Libros relatarum) parum ſint obſeruantes.

Ad cleri immunitatem ſolariam ſpectant amortizationes bonorum. *de quibus tractatum dedit Peckius.* vt immunia ſint cleri prædia, ab eoque poſſideri poſſint. quemadmodum Senatus Pariſienſis iudicauit *d. arreſt. 39. apud Papon.* ſed & amplius apud Annæum *Robert. rer. iud. lib. 2. c. 2.* Senatus Pariſienſis lite Carthuſianis mota, non tantum exemit quoad prædia ſuis manibus aut ſumptibus culta; ſed etiam colonis conceſſa; antiquitus poſſeſſa, & recens quæſita. 13. Immunitatem ſolariā facit amortizatio.

Sed quandocumque cauſa iuſta eſt vt clerus contribuat, ſemper tamen modus eſt ſeruandus d. c. non minus, *d. c. aduerſus.* vt S. Pontificis, vel ſaltem Ordinarij conſenſus, & cleri habeatur: non ſua authoritate laici ſtatuant. *Wameſ. de Imm. Eccleſ. concl.* 520. 528. Gutierres *pract. qu. c. 3. latè. & q. 92. De Gabell. n. 44. & ſeqq. vbi* & leges ſcriptas communes & Hiſpanienſes latè citat. Et ita conſuetum olim fieri in Brabātia. & ſi quando neceſſitas aliter quippiam extorſerat, dabatur clero declaratio fore id citra exempli ſequelā, præiudiciumque. extant acta plura priſcorum Ducum, Maximiliani etiam Imp. Mariæ Burgundæ, Caroli V. Philippi II. &c. & ſingulatim Caroli V. 21. Iul. 1546. referētis quod Epiſcopi Leodienſis & Cameracēſis ſolent conuocare clerū ſuum in Brabantia reſidentem, aut prӕdia poſſidentē, ei proponere neceſſitatē, petere pro Principe donatiuū, aut rep. ſubſidium; eoque addicto, nullaque manu laica interueniēte corrogato, immunē manere à vectigalibus Statuum: quod cū tunc factū non eſſet, fore promittitur citra præiudiciū. 14. Quandocūque iuſta cauſa exigat, vt clerus contribuat, modus tamen ſeruandus eſt c. non minus.

In

In eandemque ſententiam loquitur Maximiliani edictum *Part. 2. Edictorum Brabantiæ tit. 1. c. 3. inſertum.* Quatenus id fiat in Hiſpanijs, Vide *Dianam p. 7. t. 1. reſ. 20. & Gutierres vbi ſupra n. 65. & ſeqq. & in principio quæſt.*

CAPVT VIII.

De contributione cleri in bellum ſacrum.

1. Contra Turcam in Imperio clerus ſuis Epiſcopis contribuit.

ADuerſus communem religionis hoſtem Turcam, clerus ſuo Epiſcopo contribuit: etſi diuerſimodè, quando ſunt eiuſdem vel alterius circuli. vt in Imperij Comitijs ann. 1542. 57. 66. & 94. 98. & 1603. decretum fuit: derogatumque pactis, & conſuetudinibus: *S. Pontifice*, inquit Chriſtophorus *Winzler in obſer. de Collect. ſeu contribut. Imperij c. 13. hæc omnia ita indulgente, & authorizante. teſte Ioann. Paul Windeck lib. 1. theolog. iuriſconſ. vt eum refert, & probat Adamus Tanner è Societate Ieſu Theolog. lib. 2. defenſ. Eccleſ. libert. contra Venetos c. 12.* Indulti etiam Impp. Maximiliano I. & Carolo V. conceſſi, & Emmanueli Regi Luſitaniæ aduerſus Mauros meminit Diana *p. 7. t. 1. reſ. 20. Gutierr. De Gabell. quæſt. 92. n 65. & n. 33.* vbi aſſerit in Hiſpania nunquam ſine licentia Apoſtolica clerum fuiſſe grauatum.

2. In bello cõtra hæreticos eadem æquitas.

Cauſæ Turcæ pellendi, ſi non maior, æqualis eſt ſaltem hæreticorum. cum ille ſub tributo Chriſtianam, catholicamque religionem toleret; hi eliminent. nec dubitandum eſt, vt in bellum Turcicum, ita in hoc ſacrum, permiſſurum Pontificem ſubſidia exigi à clero: ſi rogetur; ritè illa exigantur; rectè impendantur, iuxta c. aduerſus *x. de immun. Eccl.* & magis Bullã cœnæ. *Vide Dianam p. 7. t. 1. reſ. 20.* in alias expeditiones vetat d. c. non minus. ſub exceptione *ibidem* relata.

Ratio diuerſitatis eſt; quoniam directè bellum hæreticorum magis Eccleſiam clerumque concernit; quam populum: bellum Turcarum æqualiter vtrumque, ęquè oppugnat; expugnatum grauat, toleratue vtrumque. à bello, autem quod inter catholicos vtrimque geritur, non æquale periculum, incommodumue imminet. ſi quidem congrua ſecuritate gaudent clerici, atque monachi, ex præſcripto Concilij Lateranenſis. *c. innouamus. X. de treuga & pace.* — 3. Bellum quod cum hæreticis eſt propius religionem tangit.

Quod ſi tamẽ contingat bellum etiam iuſtum non iuſte geri inter catholicos; neque ſeruari ſecuritatem à Concilio œcumenico mandatam; clericos ſiue ruſticos cõcuti æqualiter, & expilari; æquum erit clerum contribuere ſi graſſatorum latrociniũ redimatur; ſeu conducto milite reprimatur. vt Panorm. *in c. non minus. x. de immun. Eccl. vbi & plures citat* tradit de ſocietate prędonũ. in bellis, quę regia moderatione geruntur, potius immunitas obtinet. quia leges ſeruari poſſunt; quæ à graſſatoribus faſtidiuntur. quamquam & leges ciuiles, quæ magis Principibus fauent, quam canones, clerum à belli ſumptibus non eximant omnino. — 4. Si clerus ab hoſte non ſeruetur immunis, æquum eſt in communem defenſionem cõtribuere.

Bellis vtique, inquit Chopinus. *de ſac. policia l. 2. tit. 3. n. 11. rem Gallicam prementibus conſueuerunt priſci antiſtites equis, armis, pecunia regem iuuare, militarem ipſi equitatũ ſcribẽtes, aut peditatum: vti docuimus paſſim in noſtro opere Francici Domanij. idque ſacrorũ procerũ rationes videbantur haud dubiè ab ipſis exigere: ne alioquin perforari ſinerẽt nauim, in qua & ipſi nauigarent.* rectè cum feuda poſſident, aut cum reſpublica olim oppugnabatur ab Hũnis, Gothis, Wãdalis, Normãnis, alijſque barbaris, & paganis: ſed cũ ab ęquè chriſtianis; non itẽ. quãdo Eccleſiæ non intereſt quis bellantium vincat, aut dominetur. Sed & priſci antiſtites plerique magis — 5. Vſus Galliæ antiquus. — 6. Quando Eccleſia ſub vtroque dominante æquè libera eſſet, non eadem æquitas.

dynaſtijs erant dotati, quæ partes

7\. *Quæ tamē feuda poſſident iuuare tenentur.*

erant reipublicæ; eoque ad comitia Imperij, regnorumue vocabantur: atque æquum erat, vt corpus iuuarent, cuius membra poſſiderent: & feudali ferè iure, ſimiliue. vnde frequens eſt mentio in antiquis diplomatibus de mutatione feudi in alodium Eccleſijs facta: quæ remiſſionem inferebat obligationis feudalis, ſeu cuiuſcumque ſeruitij. Eſt enim alodium prædium quod optimo maximo iure poſſidetur, nihil penſitans, nulli ſeruituti obnoxiū.

8\. *Ex vſu Galliæ Prælati a ſubditis impenſas recuperabant.*

Ragueau Indice des droicts royaux verb. alleu. Vnde & accidebat quod idem Chopinus *lib 2. tit. 3. n.* 11. refert Eccleſiaſticos proceres impenſam bellicam recuperare ſolitos à municipibus ſuis: citatque arreſtum ann. 1284. *iudicatum per iudicium Curiæ noſtræ, quod Abbas & conuentus de Ferrarijs ſoluerent domino Regi exercitum in regiſtro contentum, & quod illum capient, ſeu recuperabunt per manum ſuam ſuper homines de Ferrarijs, & alios ſuos homines, qui ad hoc tenebuntur.* &c. Sic etiamnum paſſim in Imperio proceres Eccleſiaſtici maiores, milites conſcribunt, aluntque in rem Imperij: & in *Circulo* ſuo ſuos habent qui contribuant, tum laicos, tum clericos; bonorum huiuſmodi poſſeſſores.

9\. *Antiqua pietas Anglorum pro clero in bellis.*

Nihilominus & hæc abſcedunt à pietate maiorum, qui etiam in bellis contra barbaros, paganoſque clero immunitatem concedebant: etiam in ipſa Anglia, quamuis aliàs expeditio, pontis, arciſue conſtructio exciperetur, tamen à tributo quod *Danegeldium*, ſiue pecuniam Danicam, ob Danos Norwegos, alioſque paganos tunc Angliam infeſtantes ex legibus Regis Edgari, omnis Eccleſia libera erat, & quieta. tametſi etiam illud iam pridem inſtitutum, & quotannis pariforme erat; duodecim denariorum de vnaquaque *hida.* menſuræ genus eſt, quod alibi manſum dicitur, *in c. 1. X. de cenſ. Vide Ioan. Selden. in Analect. Anglobrit. l. 2. c. 4.* vbi inſuper citat diploma Ethelulphi amplè Eccleſias dotantis: iubentiſque vt earum *terra ſit tuta, & libera ab omnibus ſæcularibus ſeruitutibus; imo regalibus tributis, maioribus & minoribus, ſiue taxationibus quæ nos dicimus Winterden, ſitque libera omnium rerum: pro remiſſione animarum, & peccatorum noſtrorum ad ſeruiendum Deo ſoli, ſine expeditione, & pontis extructione, & arcis* 10. *Recidiua ætas.*

munitione. ſed nequior ætas hæc tria rurſus ſolebat excipere. adeo vt Guilielmus, (quem Conquiſitorem vocant, quod armis regnum illud obtinuerit, vt narrant hiſtorici, & Selden *l. 2. c. 7.*) alias leges præſcripſerit, libertatem ita publicam imminuerit, vt omne directum dominium ſibi reſeruauerit in fundis; vt exinde nemo vllum præter Regem alodij iure poſſideret.

Sed quamuis hæc cauſa belli ſacri iuſta ſit, vt clerus contribuat; modus tamen exigendi ſeruandus 11. *Forma iuris tamen ſeruanda, etiam vbi cauſa iuſta eſt.*

eſt: vt non marte ſuo ſæculares exigant; ſed clerus apud Epiſcopum ſuum conueniat, ſtatuatque. *vt iam capite proximo diximus.* & æqualitas ſeruetur. *vt dicimus infra l. 3. c. 10. n.* 9. Sed & Diana *p. 7. t. 1. r. 20.* cauſæ iuſtæ accedere vult aſſenſum pontificium; quamuis in bello ſacro: ſi res initio moram non patitur, ſaltem poſtea. Wameſ. *de immunit. Eccl. conſ. 519.* ſed verius eſt belli ſacri cauſam d. c. aduerſus non comprehendi: & quamuis Bulla cœnæ indiſtinctè loquatur, diſtinguenda tamen eſt per alios canones, eorumque cauſas. in alijs bellis excommunicantur prælati, niſi ad pacem collaborauerint: *c. 1. X. de treug. & pac.* ad bellum autem ſacrum ipſi Pontifices claſſicum ſonant. *c. 13. §. moneantur. §. catholici. X. de hæret.* vbi & Principes obligantur, & alijs indulgentiæ, & priuilegia *Cruce ſignatorum* eis tribuuntur, qui hæreticos oppugnant.

Videamus tamen an voluntaria contributio hic ſit vetita.

Ne vo-

12. *Sponte clericos laicis contribuere de bonis Eccleſ. non licet ſine Rom. Pontificis aſſenſu.*

Ne volentes quidem clericos laicis contribuere, ſine aſſenſu Romani Pontificis, decretum eſt. *in c. aduerſus X. de immunit. Eccleſ.* quin & Bonifacius VIII. aliter contribuentibus cenſuras infligit. *c. clericis eod. in 6.* vtique *de bonis*, inquit c. non minus. *X. eod. Eccleſiarum, & clericorum, & pauperum Chriſti vſibus deputatis.* quoad ſponte ſoluentes reſtrinxit id Benedictus XI. *in extrauag. quod olim eod.* quoad cenſuram: Clemens V. *in c. quoniam. eod. in clem.* cõſtitutionem Bonifacij penitus reuocauit. obſeruari tamen iuſſit vterque d. c. non minus *d. c. aduerſus:* ſub obteſtatione diuini iudicij, & grauiſſimis tranſgreſſorum pœnis. Leo X. *in Concilio Lateran. ſeſſ. 9. ſub fin. §. & cum iure tam diuino* renouauit omnes conſtitutiones in fauorem eccleſiaſticæ immunitatis latas. *& Concil. Trid. ſeſſ. 25. c. 20.* vt verba Leonis recitat Diana *p. 7. t. 1. reſol. 21.* ibidemque contendit à Leone renouatam eſſe Bonifacianam *d. c. clericis.* dum etiam de ſponte ſoluentibus expreſſa mentio, & innouatio generalis eſt, & indiſtincta. pluresque in eam rem citat authores. ita tamen vt Toleti aliorumque admittere videatur ſententiam, vt ſponte ſoluentes cenſuris non irretiantur. quod neque Leo, neque Bulla cœnæ id innouet. vt attentè legenti apparet loqui Leonem dumtaxat de recipientibus laicis, & prælatis conſentientibus. in quibus rectè dici poteſt innouatas eſſe pœnas, imo declaratas, quæ Benedicto, & Clementi manſerant arbitrariæ: quin & auctas, vt contrauenientes ſint interdicti, & inteſtabiles. & lõgè diſpar ratio eſt inter priuatos, & impotentes clericos, & prælatos; quibus ex officio incumbit Eccleſiam tueri.

Neque porro eſt veriſimile fuiſſe Leonis, aut Concilij intentionem, generali innouatione reſuſcitare ſcandala, ob quæ à Benedicto reſtricta, à Clemente V. ſeu Concilio Viennenſi reuocata fuit d. conſtitutio Bonifacij: & exſtinguere huiuſmodi reuocatoriam Concilij Vienn. conſtitutionem; quæ ſtare non poteſt reſuſcitata Bonifaciana. indiſtincta ergo verba Leonis, & Bullæ Cœnæ ſecundum priores canones ſunt diſtinguẽda, vt ſpontè ſoluentes cenſuras non incurrant; laici tamen recipientes, & prælati conſentientes in pœnas incidant innouatas, declaratas, & auctas. imo prælati non publicantes cenſuras contra indebitè grauantes iuxta mandatum clementinæ *præſenti de cenſ. b.* cauere debent ne cenſeantur conſentientes: ex regula *qui tacet. de reg. Iur. in 6.*

Sed neque tamen à Clemente V. Leone X. aut Bulla cœnæ clericis permiſſum eſt ſponte ſoluere, quamuis cenſuras non incurrant. omnes enim innouant d. c. non minus, *d. c. aduerſus,* vbi id prohibetur: & ſemper manet ratio, ne diuertantur bona Eccleſiarum, & clericorum, & pauperum Chriſti vſibus deputata: quam proponit d. c. non minus. vnde etiam dici poteſt de patrimonialibus non vetari clericos ſponte ſoluere. de quibus non nihil participant hodiè fructus beneficiorum à ſæcularibus clericis percepti, vbi conſuetudines liberum eis vtendi, & teſtandi fecerunt arbitrium. *Vide de vtriſque ſ. l. 2. c. 16. n. 8. & 9. & ſ. l. 3. c. 3. n. 4. & ſeqq.* etſi exiſtimem non exemiſſe conſuetudines omnem conſcientiæ ſcrupulum; etſi forum externum ferè pacauerint.

Quod autem *ſub fin. d. reſol. 20.* quærit Diana de priuilegio Philippo Pulchro à Bonifacio VIII. conceſſo, non aliud dicendum exiſtimo, quam quod generatim de priuilegijs dixi *ſup. l. 1. c. vlt.* ſuper reuocatione; & cum producetur, videri poterit an id ſonat, quod quidam DD. volunt: an vero illud tantùm ſit, quod *in Iur. pont. nou. anal. de elect. n. 3. ex Nangiaco* retuli conceſſum

illi fuiſſe in bellum ſacrum, abuſu ad alia prorogatum.

13. *In bellum ſacrum licet ex aſſenſu à iure præſtito.* Igitur voluntariæ contributiones à clero faciendæ laicis generatim ſunt illicitæ, ſine aſſenſu Romani Pontificis. *ob d c. non minus, d. c. aduerſus.* ſed facta in bellum ſacrum ſpontanea ſolutio illis decretis non videtur comprehenſa.

Sed potius videtur conſenſus generatim à iure datus in bellum ſacrum aduerſus hæreticos; quibuſcum Sedi Apoſtolicæ propriũ, perpetuumque bellum eſt: & Romanum vocari ait Surgetus *in Militaris diſciplina Enchyridio p. 2.* ex c. excomm. *el. 2. X. de hæret.* ideo quod Roma orthodoxæ fidei caput eſt. *c. hæc eſt fides 24. q. 1. clem. 1. de ſumm. trin.* eique applicat legem hoſtes. *D. De captiuis.* etſi non ſermonis proprietate. & ad illud bellum etiam obligauit Eccleſia in Concilio œcumenico omnes Principes ſub cenſuris, & ditionum priuatione. *c. 13 § moneantur. X. de hæret.*

Catholici vero, inquit ibid. *qui crucis aſſumpto charactere ad hæreticorum exterminium ſe accinxerint, illa gaudeant indulgentia illoque ſancto priuilegio ſint muniti, quæ accedentibus, in Terræ Sanctæ ſubſidium conceduntur.* Siquidem *æquitatis ratio* inquit l. vlt. *C. ad l. falcid. ſimilia ſuadere videtur*: Et tam fauorabilis eſt hæreticorum extirpatio, quam Terræ Sanctæ recuperatio. *D. Thom. 2. 2. quæſt. 10. art. 8. quæſt. 11. art. 3.* atqui in bellum ſacrum recuperandæ Terræ ſanctæ non tantum clericis & laicis contribuere licet, ſed etiam inuitis decimæ indici ſolent. *de qualibus in c. vnic. de decimis in extrauag. commun.* ſed & in illam cauſam relicta, ſunt exempta à quarta parochiali, iure alioquin debita. *c. in noſtra. X. de ſepultur* licitum ergo erit ſimiliter in bellum ſacrum contra hæreticos ſponte contribuere, ad quod ipſi Pontifices claſſicum ſonant. *d. §. moneantur.* indulgentias & priuilegia concedunt, *d. §. catholici*, multo magis conſenſum. Sæpius pro recuperatione Terræ Sanctæ ſubſidia fuiſſe indicta produnt hiſtoriæ, & nominatim ab Innocentio III. tradit Bzouius *in Annalib. ad annum Chriſti 1199.* indictam omnibus Eccleſiaſticis quadrageſimam partem redituum Eccleſiaſticorum: ac deinde ſecundis literis *omnibus archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, prioribus, clero, prælatis Alemanniæ, Galliæ, Angliæ, Hungariæ &c. vt vel eleëmoſynas erogarent, vel Crucem ſuſciperent, vel milites ſubmitterent numeratis in commeatum expenſis*; ita Bzouius. Animaduertendum eſt tamen redituum ſeu prouentuum partem exigi: fructuum vtique, qui poſſeſſoribus cederent: qui tanto parcius menſam inſtruere, aliaſque neceſſitates frugalius tolerare poſſint: non vero permitti res ipſas Eccleſiarum alienari. Quamquam alias tam acerbè aliquando cum Eccleſiaſticis actum ſit, vt vel diſtractæ vel oppignoratæ ſint res ipſæ; & à creditoribus poſtea alienatæ. Id quod ſana interpretatio c. id quod *§ ſemel de reg. iur. in 6.* non admittit. vt nihil dicamus de decimis olim à Carolo Martello arreptis, ſeu conceſſis à Papa alijs Principibus. *de quibus ſup. l. 1. c. 39. n. 9.*

CAPVT IX.

De milite hoſpitio excipiendo, Vigilijs, murorum cuſtodia, & oneribus ad communes vtilitates ſpectantibus.

DE munere militem hoſpitandi latè *diximus in Conſult. can. de immunit. Eccleſ. conſ. 1. § quæ ſententiæ. & in Iur. pont. nou. anal. eod. tit.* vt patrimonio incumbat; & ab eo clerici vacationem habeant. *ex l. 1. C. de Epiſc. & cler.* in eundemque ſenſum explicuimus c. præterea. *X. de Iur. patronat.* 1. *Vt clerici ſint liberi a milite recipiendo.*

patronat. eaque verba *fodrum, albergaria, Regium*, vt paſtum, hoſpitium, tributum ſignificent; aut miliraria onera: & citauimus Fabrum *in Codice ſuo lib. 9. tit. 29. defin. 26. Choppin. de ſac. pol. lib. 3. tit. 2. n. 3.* vbi & conſtitutionibus cautum, & ſenatuſconſulris firmatum dicit, vt clerici à militum hoſpitio ſint liberi: *dempto,* inquit, *eo caſu, ſi obſidione cincta mœnia proponerentur, vel ſummum aliud patriæ periculum impenderet.* huiuſmodi enim neceſſiras vt lege ſoluta eſt; ita etiam priuilegij obſeruantiâ. ſed veram requirimus neceſſitatem; non prætextum. Et tunc optimè æquitas reſtrictionis Pontificiæ *in c. non minus. X. de immunit. Eccleſ.* in praxim vocatur: ſcilicet cum *laicorum non ſufficiunt facultates:* ſeu cum in hoc caſu laicorum nõ ſufficiunt hoſpitia. ſicut à Senatu Sabandiæ aliquis Senator commiſſus fuit ad inſpiciendas omnes ædes, antequam ad clerum veniretur. vt refert Faber. adeoque antequam clerici militibus hoſpitio recipiendis obligentur; alij laici, quamuis priuilegiarij ex aliquibus legibus *C. de metat. lib. 12.* ſunt etiam hoſpitijs onerandi. *Faber ibidem.* quamdiu enim vllis alijs parcitur, cleri violatur immunitas. quare quorumdam locorum clerici reſcripto Regio impetrarunt non imprudenter, ne ipſi militem recipere tenerentur; niſi prius magiſtratus & ſcabini eodem ibi munere fungerentur. quamquam alias reſcripto aduerſus leges metatorum locus non detur. *l. hac lege. C. de metat.* imo iure reſtrictior eſt hæc praxis: cum obligari tantum poſſint clerici in ſubſidium, cum qualiumcumque laicorum hoſpitia non ſufficiunt. & merito is etiam priuilegiorum ordo ſeruandus eſt, cum clerici immunitas defluat ex iure diuino; laicorum ex humana conceſſione: iuſtumque ſit humana diuinis cedere. & d. c. non *minus.* indiſtinctè laicos eſſe inſufficientes exigat, antequam ad clericos deueniatur. neque aliorum quam ipſius Epiſcopi & cleri, (ſecus quam Faber) id reſeruat iudicio d. c. non *minus*, & S. Pontificis c. aduerſus *eod.*

2\.
Niſi in extrema neceſſitate.

3\.
Cum alij etiam priuilegiarij non ſufficiunt.

Diximus etiam non tantùm immunes eſſe ædes clerici, in quibus domicilium habet: *ex d. l. 1.* ſed etiam *ex l. 2.* quas alibi habet: ſaltem non elocatas; (quamquam aliâs quorum domus liberæ eſſe iubentur vt *in l 2. C. de metat.* ergaſteria *solu*, inquit, *dominis, conductoribuſque deſeruiant*) ſed per ſuos inhabitatas: in quibus, cum res ferunt, ſolent ipſi hoſpitari, aut degere. v. g. Epiſcopi non tantùm liberas debent habere domos, quas iuxta Eccleſiam cathedralem habent: ſed etiam ſi quas per dioceſim ſuam, in quibus degant; dum munus viſitationis explent, & circulum vicinum obeũt. quin imo ſi quas habent extra dioceſim, ad quas diuertant, cùm ad aulam Principis, & negocia prouinciæ conuocantur. ne iter agentes ad publicas tabernas debeant deflectere: quarum ingreſſus tam antiquis Eccleſiæ Concilijs, quam prouinciali Mechlinienſi *anni* 1607. *tit.* 18. *c.* 6. niſi neceſſitate compulſis, eſt interdictus. neceſſitatem nõ patitur, qui habet, aut cui per facultates habere licet, pro frequenti itinere domum propriam; qua vitet indecora tabernarum incommoda. qualia aut grauiora etiam exſpectanda forent ex laſciuijs militum, ſi ibidem hoſpitari deberent. quam etiam cauſam conſiderat Panormitanus *in d. c. non minus.* Ob eandemque militum inſolentiam, etiam vetitum eſt, ne vel in ſynagoga Iudæorum hoſpitentur. *l. in ſynagoga. C. de Iudæis. quos priuatorum domus,* inquit, *non religioſarum loca habitationum merito conuenit attingere:* atqui hæc eadem ratio domos clericis hoſpitandis deſtinatas, & habitationum loca, magis quam Iudæorum, religioſa facit: vt eadem milites non debeant attingere. idem eſt de do-

4\.
Non tantũ quoad ædes quas inhabitant apud Eccleſiam ſuam ſitas; ſed & alias.

5\.
Ne ad tãbernas debeant diuertere.

6\.
Religioſa loca inquietari.

Digitized by Google

de domibus ſilentiariorum decretum *in l.3.C. de ſilentiar.lib.* 12. vt domus illorum ab omni hoſpitum cuiuſlibet dignitatis inquietudine vindicentur. quorum argumento; & argumento à maiori eorum, qui recitantur *in l.4.5.8.C.de metat. &c.* quibuſdam locis Concilia Principum cum omnibus ſuppoſitis à præſidiario milite hoſpitando excuſantur. quos tamen *in vim d.c.non minus*, ante clerum grauari oporteret, aut magis clerum excuſari.

7. Moleſtia & grauamina clericis inferantur:

Inquietudinem vocat d. lex 3. grauamẽ, lex *hac lege C.de metat.* hoſpitalem moleſtiam *l.8.C.eod.* hæc vt abſint à clero, cui nulla debet inferri moleſtia, omnis ratio exigit. non conuenit diuerſæ profeſſionis homines ſociari: *clem.1.de elect.* diuerſa maximè eſt profeſſio militiæ ſæcularis, & cæleſtis. *c. clericum. diſt.* 50. non conuenit pſalterium cum cithara: *c. diuerſis fallacijs. X. de cler. coniug.* Quod ſi autem Apoſtolus 1. *Cor.*7. ſuadet non nubere, quia *qui cum vxore eſt, ſollicitus eſt quæ ſunt mundi, quomodo placeat vxori, & diuiſus eſt: virgo autem cogitat quæ domini ſunt:* clerici autem in ſortem Domini ſunt electi, *c.duo ſunt.diſt.*96. vt pro populo Deum interpellent; eius peccata precibus & oblationibus deleant: *c. ipſi ſacerdotes* 1.*q.*1. ſi immiſſum ædibus militem habeant, inquieti erunt; diuiſi erunt; cogitare nõ poterunt quę Domini ſunt, non intercedere pro populo; non illius peccata conſumere. Omitto quod ſoluta nunc omni pœnè diſciplina militari, non inquieti tantum, & diſtracti ſint; ſed domo abeſſe nequeant, niſi reuerſi expilatam fortè velint reperire. vt multis locis diuina officia intermittere clericos viderimus, & tanquam ſuper flumina Babylonis ſedentes & flentes ſuſpendere organa diuina; & plangere cum Pſalmiſta. *Pſalm.* 130. qui has damni ſpiritualis cauſas dederint; cogitent qualiter reſarcire cogentur aliquando, cogitent Dei eſſe ſeruos, & in diuinis elogijs aliquando Deos, aliquando Angelos appellari. *c. ſacerdotibus.* 11. *quæſt.*1.

8. Cum hominibus nimis diſſimilis profeſſionis ſocientur:

9. A ſpirituali functione diſtrahantur:

10. Cum extrema vrget neceſſitas, ab Eccleſiaſtico ſuperiore vt clerici cogantur.

Et ſecundum ea, quæ diximus, accipienda ſunt, quæ paſſim ab Interpretibus traduntur de neceſſitate, vel vtilitate communi: pręſidijs alendis; mœnibus reparandis; & quæ aliâs ſpectant ad communem defenſionem; vt nec Eccleſiaſtici excuſentur: vtique in ſubſidium neceſſarium: & per requiſitionem dignè à laicis factam Epiſcopo & clero. vt exemplum habet Guido Papæ *deciſ.* 78. requiſitionis à Gubernatore Delphinatus Epiſcopo & clero Gratianapolitano factæ. vbi ſubiungit, ſi obſequi noluiſſent, *non poterant*, inquit, *de iure cogi per iſtum Dominum Gubernatorem, ſed per eorum Iudicem competentem. vt dicit Cynus &c. Vide quæ citamus ſ. l.3. c.7. in fin.*

11. Vt clerus militari hoſpitio grauari non poteſt, non tenetur ad redemptionem præſidij contribuere.

Enimuero quamuis hoſpitia militibus neceſſariò præbenda ſint; improba tamen eſt exactio ne tranſitus hac illacue fiat, qua neceſſe non ſit: ne præſidium imponatur, vbi auertendo hoſti non congruit. imo dum loca limitanea ſpoliantur præſidijs, mediterranea grauantur; pellicitur hoſtis, & ſæpe nudata intercipit. Dum tamen diſſolutio diſciplinæ militaris hunc morem inuehit; quæritur an clerus in redemptionem contribuere teneatur? & quoniam ſurrogatum ſapit naturam ejus cui ſurrogatur, meritò clerus non debet vocari in contributionem; quando ipſum militem recipere non fuiſſet obligatus. vt pronunciauit Supremus Senatus *Mechlinienſis* 15.*Feb.*1642.*pro Abbate Ninouienſi contra Magiſtratum loci. Vide quæ inſuper dicimus hoc lib.3.c.9.n.4.& ſ.hoc cap.n.*18.

12. Clericus manu ſua arma tractare non debet, aut vigilias agere,

Nemo militans Deo implicare ſe debet negocijs ſęcularibus. adeoque neque vigilijs, cuſtodijs vrbium, aut caſtrorum, etiam aduerſus pyratas, & infideles. *c.reprehenſibile.*

bile. 23.*q.* 8. ideoque & ab huiuſmodi grauaminibus, quæ foſſatam, expeditionem, ſeu alia quælibet ſimilia ſpectant, Eccleſiam iubet haberi immunem c. non minus. *X. de immun. Eccleſ.* Et *c. ex multa. §. fin. X. de vot.* reſponſum eſt, quod clericatus officiũ clericos reddat inhabiles ad pugnandũ. ſi tamen grauis

13. Niſi grauis neceſſitas, & inopinatus caſus fuerit.

neceſſitas, *c. peruenit. X. de immun. Eccleſ.* & inopinatus caſus emerſerit, *c. igitur. 23. q. 8. c. ſi nulla. ibid.* etiam clerici ad vigilias, portuum, murorumque cuſtodiam vocantur. *d. c. peruenit. d. c. ſi nulla. d. c. ſi igitur. quatenus*, inquit d. c. peruenit, *cunctis vigilantibus melius valeat ciuitatis cuſtodia procurari.* quomodo *in c. penult. X. de homicid.* clerici tempore inuaſionis ciuitatis arma poſſunt mouere, ſine irregularitate: niſi ſuis manibus occidant. *Vide Panorm. in d. c. penult & d. c. peruenit.*

14. Famuli tamen & lex ni iuſta, quamuis non ſumma, teneantur.

Eſt autem animaduertendum d. c. peruenit reſcriptum eſſe quidem Epiſcopo Tarraconenſi, ſeu Tricenſi, in terris Eccleſiæ; per relationem tamen in ius commune ad illam non reſtringi; ſed neque diſertè exprimere clericos: eoque intelligi poſſe de ſeruis Eccleſiæ, adſcriptitijs, famuliſque Eccleſiarum: qui regulariter ab augarijs immunes ſunt. *c. Eccleſiarum ſeruos. 12. quæſt. 2. l. 1. vbi Bart. C. de Epiſc. & cleric.* vt hi quidem non regulariter, ſed ex iuſta tamen cauſa; clerici autem non niſi grauiſſima neceſſitate ad huiuſmodi onera vocentur. quomodo & ipſe Papa Hoſtiam deſcendit, ad portum, & litora defendenda. *d. c. igitur. cum ſeqq.*

15. Vigiliarum munus perſonale.

Quemadmodum etiam vigiliarum munus perſonale eſſe iudicauit Senatus Pariſienſis *apud Ann. Robert. rer. iud. lib. 2. c.* 11. nulla Magiſtratus, aut dignitatis habita ratione.

16. Epiſcoporũ tamen iuſſu, ductu militarium ſuperiorum hæc fiunt.

Sed neque id hîc eſt dicendum pro imperio, & iuriſdictione ſua, his in caſibus Iudices ſæculares ad has operas clericos compellere: ſed ipſorum Epiſcopos. *d. c. non minus.* quomodo & d. c. peruenit ad Epiſcopum, non ad Poteſtatem ſæcularem eſt directum. ſed tamen quamuis interpelletur authoritas Eccleſiaſtica, & ipſi adſint; vt Leo *in d. c. igitur. & ſeqq.* tamen militaris directio Magiſtris militum, tribunis, & Poteſtatibus conuenit; illorumque ductum hic clerici ſequantur. vt in templo *Magiſtri cerimoniarum.* tametſi & illi audiuntur, ſi conſilio ſint ſtrenui. *d. §. fin.* patriam ergo ſic tueri etiam clerico congruit; vt cuilibet. *c. omni. 23. quæſt.* 8. dum, quod lege non licet, neceſſitas licitum facit. *c. quod non eſt licitum. X. de reg. iur.*

17. Expeditiones non grauare Eccleſiam iure canonico, niſi ad formam c. non minus.

Quare & Bartholus *in l. nullum penitus. C. de curſ. public. l.* 12. quod ibi dicatur expeditionis tempore nec Eccleſia, nec domus regia excuſetur ab angarijs, & parangarijs; docuit nec clericos excuſari, quin tali ex cauſa cogi poſſint ad collectas, tallias, exactiones, angarias, quaſi opere iſti ſubrogatas: quod tamen non admittit d. c. non minus: ſed dumtaxat vt abſque vlla exactione Epiſcopus & clerus inſufficientes laicorum facultates ſuppetijs poſſint ſubleuare: non laici ſua authoritate conſtringere. quod deinde c. aduerſus *ibidem* reſeruat Sedi Apoſtolicæ. niſi fortè improuiſa neceſſitas tam feſtina ſit, vt conſuli Roma non poſſit, quin interim Saguntum pereat. *Vt cap. proximo ſupra diximus. Vide Malderum de Iuſtit. t. 5. c. 6. de trib. dub.* 11. quando tamen Lugo *de Iuſtit. t. 2. d. 36. ſect. 8. num.* 127. in continuatione exigit conſenſum, quem inchoatio non potuit expectare.

18. Quæ directò aut per conſequentiam tantũ clerum tangunt, vt ſint diſtinguenda.

Sed & communis vtilitas alia directò concernit populum, clerum per conſequentiam; alia dire-

ctò clerum, populũ per conſequentiam; alia directò vtrumque. de prioribus eſt d. c. non minus *d. c. adverſus*: de ſecundis *c. 1. X. de cenſ.* ſeu quæ ſpectant officium Eccleſiaſticum, & onera ſpiritualia: tertij generis eſſe ait Panorm. *in d. c. non minus.* ſi mala ſocietas territorium deuaſtat, ciuitates incendit, vbi Eccleſia habet poſſeſſiones; quę adeoque non minus quam laicorum interitum, damnumue expectant: vt huic redimendo, depellendone ab vtriſque ſumptus, & opera ſit impendenda. in ijs autem quæ per conſequentiam tantum tangunt Eccleſiam, merito locus eſt priuilegio clericali: quod alioquin eſſet inutile.

19. In communi negocio communiter deliberandum per clerum & populum.

Monet tamen rectè Panorm. *in d. c. non minus.* contributionem huiuſmodi, ad ſolam deliberationem laicorum faciendam non eſſe; ſed cum neque poſſeſſiones huiuſmodi onere ſint affectæ, ſed illarum contemplatione collectæ perſonis imponendæ, *oportet*, inquit, *quod populus & clerus principaliter conueniant, & deliberent ſuper hac exactione redimenda: nec totius populi deliberatio habebit obligare clerum nec è contra. cum enim agatur de vtilitate vtrorumque, oportet vtriuſque conſenſum interuenire: quia quod omnes tangit, debet ab omnibus comprobari: vt in clem. 1. de cenſ. & c. ad hoc de off. archid. facit quod in ſimili leg. & not. in c. paſtoralis de reſcript. & optimè facit c. fin. de ferijs. c. 1. de cenſ. vbi text. In concernentibus clerum & populum, etiam in actu concernente animam, requirit conſenſum vtriuſque. & vide quod dixi in d. c. fin.* ita Panorm. additque huiuſmodi in caſu nec Papæ neceſſarium eſſe conſenſum. quia non agitur de vtilitate publica dumtaxat; ſed magis priuata, bonorum Eccleſiæ, vt ſingulorum: & *ſumus*, inquit, *extra caſum illius c. aduerſus. facit c. 1. & 2. de cenſ.* aitque obiectum c. peruenit non loqui in fru-

20. In directè clerum cõcernentibus ad Papam recurſus nõ neceſſarius.

ctibus & bonis diſtrahendis; ſed de cuſtodia, vbi ſoli laici non ſufficiebant. imo, ſi magna bonorum fieret diuerſio, ſeruandum fore non tantum tenorem d. c. non *minus*; ſed & d. c. aduerſus.

21. Ita tamen ne magna bonorum Eccl. fiat diuerſio.

Iterum ſi directò ageretur de redimendis captiuis ſimiliue pietate; *tunc Eccleſia*, inquit, *debet nedum ſubuenire, ſed etiam bona ſua diſtribuere, vt in c. aurum. 12. quæſt. 2. ſecus autem in caſu noſtro: ſcilicet in refectione murorum, & ſimili: vbi etiam diuitum nutritur vtilitas. imo ex quo laici ſunt potentes, debent ipſi hoc facere; vt in d. c. non minus diſponitur de foſſatis, & non detrabere de cultu diuino, & pauperibus, & religioſis.*

22. In redimendis captiuis Eccleſia iuuat.

23. Non ideo in muris extruendis, ſi laici ſatis ſint potentes.

Itaque generatim dicendum eſt; quod in ijs, quæ directè concernunt vtilitatem communem, & cleri dumtaxat per conſequentiam, qua ipſi participant, vt ciues, & pars reipublicæ de vtilitate communi; clericos eſſe debere exemptos: quæ immediatè & directè clerum reſpiciunt, ac populum, venire in contributionem potius, quam ſubire tributum. vt rectè Lugo explicuit. *de Iuſt. tom. 2. diſp. 36. ſec. 8. num.* 128. neque hunc eſſe caſum c. non minus. *c. aduerſus. X. de immun. Eccleſ.* adeo vt nec in hoc opus ſit aſſenſu pontificio. in illo autem, cum vtilitas directè reſpicit communitatem; clericos dumtaxat per conſequentiam; optimè ait Lugo *n.* 123. vel ideo dicendum eſſe immunes; quia alioquin ferè ad nihilum cleri immunitas redigeretur. cum communiter gabellæ ob neceſſitates communes imponantur; ex quibus redundat vtilitas publica, & conſequenter clericorum. ideo autem ab ijs datur exemptio, tum propter dignitatem; tum propter beneficia ſuperioris ordinis, quæ populus continuo ab ijs accipit. vt & nobi-

24. Iterũ quid ſeruandum quando onera directè clerum, quando tãtum per conſequentiam tangunt.

nobiles propter merita maiorum, & obligationem qua Principi & reipublicæ tenentur in bello adeſſe. Eademque ſec. 8. explicat optimè Lugo, quatenus aliquid communē vtilitatem directè & immediatè, quatenus per conſequentiā clerum reſpicere videatur, vbi & illud rectè, dum requiritur, vt *laicorum non ſufficiant facultates*, non ipſius reipublicæ intelligi dumtaxat, ſed & ſingulorum; vt ſine graui ſuo incommodo in ſolidum non poſſint onera ferri; & conſenſum cleri ſine authoritate Pontificis non tantum illicitum, ſed & irritum eſſe. *n.* 125. 127. ac denique *n.* 131. quod clerum contribuere oportet, authoritate Eccleſiaſtica exigendum eſſe; non laica, idque ſancitum Hiſpana lege. 54. *tit.*6. *part.* 1. *Vide ſ.c.*13. *hoc lib.*

25. Clericus negociator vt contribuat? Excipimus ſemper in his clericum negociatorem: ex ijs rebus, in quibus negociatur, gabellas ſoluit. *clem. præſenti de cenſ.* etiam ſine præuia monitione. an hac autem trina præuia, etiam ex alijs facultatibus patrimonialibus? *c. fin. v. de ſuis facultatibus. X. de vit. & honeſt. cler.* & quāuis ex vno actu negociatoris nomen non obtineat; eas tamen res in quibus vel ſemel negociatur, non habet immunes. *d. clem. præſenti. in verb. quas non negociandi cauſa deferunt.* De qua cauſa ſi dubitetur, ſtandum eſt clerici iuramento. Lugo *de Iuſt. tom.* 2. *diſp.*36. *ſec.*8. *n.* 117. Vbi & *n.* 119. iniquum ait eſſe ſtatutum, vt clericus initio anni declarare cogatur, quid quantūue pro vſibus ſuis eo anno ſit empturus: ſi quid amplius emerit, tanquam ex negociatione, gabellā ſoluat. multa enim poteſt inſuper exigere non præcogitata neceſſitas. vt captioſa ſit huiuſmodi declaratio. ſed & *n.* 132. ait, quod ex illicita negociatione à clerico debetur, cogendum ſoluere authoritate Eccleſiaſtica. ſed *d. c. fin.* dum facultates tantum ſtatutis & conſuetudinibus ſubijciuntur, defendi illum vetat, cum facto abijciat priuilegium clericale, adeoque executio in res clerici negociationi ſubiectas manu laica fieri non prohibetur.

26. Etiam res negociationi ſubiectas laicus quin exequi gabellas poſſit non impeditur.

CAPVT X.

An Eccleſia & clerici teneantur ad gabellas, quæ imponuntur vino, cereuiſiæ, & ſimilibus annonis, ſeu eſculentis & poculentis; & an huiuſmodi tributum ſit iuſtum? atque illud etiam quod equis, rhediſque?

QVærit de vino Panormitanus *in c.* non minus X. de immun. Eccleſ. *dic*, inquit, *quod non. per authent. item nulla communitas. C. de ſacroſanct. Eccleſ. tenet Baldus in d. l. placet. C. eod. niſi gabella fuiſſet impoſita pro oneribus, ad quæ tenetur Eccleſia. quia tunc ſuccedit loco onerum. vt voluit Butrica: in l. ad inſtructionem C. De ſacroſanct. Eccleſ. latiſſimè Euerard. conſ.*42. — 1. Non. 2. Niſi in ſurrogatione onerum realium, aggerum, itinerum &c.

Enimuero loquimur de gabellis, quæ vino citra negociationem imponuntur. ſi enim clericus illicitè negocietur in vino, non defenditur, quo minus ſubiaceat illud ſtatutis, & gabellis negociationi impoſitis. *c. fin. X. de vit. & honeſt. cler.* Vbi eſt animaduertendum Comitem Pontini in finibus noſtris non ſua authoritate ſanxiſſe, vt clerici negociatores gabellis ſubiacerent; ſed recurriſſe ad Honorium III. vt is prouideret: ſcripſit is ergo Epiſcopo Ambianenſi, vt clericos negociatores præmoneret; & niſi reſipiſcerent, quo minus de ſuis facultatibus, ſtatutis & conſuetudinibus patriæ ſubiacerent, non defenderet. — 3. Aut in illicita negociatione.

4. Quando negatiuè ſe habet Eccleſia.

Eſt porro obſeruanda locutionis forma: nõ ait Honorius, ſtatutis ſimpliciter clericos negociatores ſubiacere: ne vel hanc in clericos laicis authoritatem videretur agnoſcere: ſed defendendos non eſſe, quo minus de ſuis facultatibus ſubiaceant.

5. Non tantum in patrimonialibus.

vbi & Panormitanus cõtendit pœnam ſpectare tantum patrimoniales clerici facultates: nec extendendam eſſe ad facultates Eccleſiæ, quamuis & in illis negociaretur clericus. debere tamen compeſci à ſuo ſuperiore. cum nec aliud priuilegium auferatur *per d.c. fin.* quam ne facultates clerici immunitate gaudeant. &, quamuis *ex d.c. fin.* rectè inferatur, immunitatem Eccleſiæ conceſſam extendi ad patrimonium clerici; in multis tamen æquiparationem non procedere: vt ibidem proſequitur.

6. Sed & quæ ſitis ab Eccleſia non quæ ſunt Eccleſiæ, in quibus tamen eſt cõpeſcendus.

ſed, vt alibi diximus, patrimonium clerici immobile, vix praxi receptum eſt, vt diſtinguatur à bonis laici. ſed & cum fructus beneficiorum videantur hodie tranſire in pleniorem proprietatem clericorum, quam antiqui canones permiſerunt; vix erit vt Iudices diſtinguant inter facultates clericorum proprias, & beneficiorum prouentus; ſi quidem in ijs negocientur. alioquin dum hos tantum colligunt, imo, quorum vſu opus non habent, vendunt; gabellis non grauantur, vt in patrimonijs.

7. Regulariter ergo ad has gabellas clerus non tenetur.

Porro gabellæ, quæ vino conſumendo imponuntur, cereuiſiæ, alijſque ad victum neceſſarijs, procul dubio ad clericos porrigi non poſſunt authoritate ſæculari; aut non ſeruato tenore c. non minus. *& c. aduerſus. X. de immun. Eccleſ.* vbi quidem agitur de vtilitatibus & neceſſitatibus reipublicæ communibus.

8. Cum iuſta cauſa eſt, Epiſcopus deliberat cum clero totius ſuæ diœceſis.

cum porro Princeps, rogatis patriæ Ordinibus, gabellas imponit; vt habeatur neruus belli ſacri aduerſus hæreticos, diximus *ſup. l. 3. c. 8.* clerum in contributionem vocari poſſe; ſed à ſuis ſuperioribus: qui tum cum Epiſcopo ſuo deliberat. *iuxta d.c. non minus.* Clerus, inquam, diœceſanus; non Capitulum tantum Cathedrale. quia *quod omnes tangit, ab omnibus debet approbari.* addit tamen Panorm. non malè *in d.c. non minus.* ſi clerus irrationabiliter noluerit conſentire; adiri poſſe illius ſuperiorem; vt compellat. *argumento c. nullus. X. de iur. patron.*

Verum vt belli ſacri cauſa eſt communis, obligatque clerum, vt populum; ita nihilominus opus eſt, vt æqualitas inſuper ſeruetur, ſecundum rationem legis Rhodiæ de iactu: vt qua parte quis ex defenſione ſentit commodum, eadem rata portione ferat ſumptum.

9. Et ſeruanda eſt æqualitas.

libellam iuſtitiæ non ſequitur gabella, quæ ex ſolo vino, cereuiſia, ſimilibuſque ad victum neceſſarijs ſumptum parat.

10. Quæ non obtinet dũ in his ſolis ſpeciebus onus exigitur, quo res omnes omnium ſeruentur. rationes & obiecta latè excutiuntur.

pauper enim clericus, & vilis artifex, cuius menſam multa proles obſidet, tantum edit, bibit, ſoluit; quantum diues mercator, qui in mercimonijs miriades aureorum habet: eas amiſſurus naui reipublicæ per tempeſtatem depreſſa: quem adeoque æquum foret ſoluere ad ratam rerum, quas ſaluas habet ſumptu in bellum facto; vt mercium iactu. adeoque non grauari ea ſolum conuenit, quæ ad eſum, potumque pertinent; ſed & poſſeſſiones, focos, agros, prata, ſyluas, reditus, domos, prædia, & quoſcumque prouentus, & mercimoniorum lucra. non quidem denudando ſingulorum ſecretas facultates; ſed eam inſtituendo rationem, pro loco, & tempore oportunam, & quam lex Rhodia præſcribit; vt res omnes vocentur in contributionem, quæ aliarum iactu ſeruatæ ſunt. Id dum ſecundum æqualitatem moralemque æquitatem non fit; non raro, quamuis in cauſa iuſta; non iuſtè oneratur clerus: dum inſuper illius bonis iniecta à fundatoribus onera non minus tolerat in bello, quam pace; atque ita duplici ſarcina prægrauatur.

Nihilo-

Nihilominus Malderus *de Iuſt. tract. 5. c. 6. de tributis. dub. 5.* hanc collectandi rationem tuetur, ex pluribus cauſis, de quibus mox dicemus. obijcit autem eam ſibi, quā mox diximus, inæqualitatem; dum pauperes, qui multos liberos aut operas habent, tantū, imo plus ſoluunt, quam diuites: ſoluitque; quod ſine grauiori incommodo alia iniri via non poſſit: at vero non ſatisfacit hæc ratio, cum doceat experientia alibi aliter fieri, præſertim apud Batauos vicinos. quorum tota gubernandi ratio popularis eſt. qui quidem & hanc viui, cereuiſiæ, aliorum poculentorum, & eſculentorum grauandorum vſurpant; & nihilominus adiunguntalias, quibus ditiorum fundi, domus, agri, prata, nemora, cenſus, reditusque omnis generis, mercimoniaque grauentur.

Et vero iure vectigal præcipuè ex mercibus ſoluebatur. *l. omnium. cum ſeqq. C. de vectigal.* & capitali pœna prohibebatur, ne quid exigeretur ex ijs rebus, quas ad vſum proprium quis inferebat. *l. vniuerſi. C. de vectigal.* at hæc ratio ordinem peruertit: illos omittit liberos, qui mercimonijs intumeſcunt; aggrauat vero illos, qui familiæ neceſſitati ſuccumbunt. Quod ſi tamen ea ſit reip. conſtitutio, vt æquior via tributa exigendi obtineri nequeat, oportebit vt leges neceſſitati obediant; quæ iuſtum quandoque facit, quod naturâ iniquum eſt. vt mox dicemus de equis voluptuarijs, & rhedis.

Quod autem dicitur, odioſum eſſe æſtimare cuiuſque patrimonium, pertinere eo poteſt, ne in cuiuſque domus ſecreta inquiratur: non autem, ne grauentur, quæ palam ſunt: agri, domus, prata, nemora; & his coram Magiſtratu locorū recogniti impoſiti reditus (vt hic ex edictis recognoſci debent, vt ius hypothecæ ſeu aliquod aliud reale obtineant.) Iterum qui palam inuehunt, euehuntque merces, ſine odio ſuper vectigabilibus interpellari poſſunt. Inuidiam fortè pariet, ſi cuiuſque mercatoris codices proferri iubeantur: ſed ex his quæ palam geruntur, ſciunturque, vt publico ſubueniant, nihil iuſti odij habet. Et ſi quid initio aſperitatis habere videatur, tempus & vſurpatio emollit, præſertim ſi accedat publica ſcientia iuſtæ cauſæ & modi exactionis æqualis, & fidelis erogationis in eam rem, in quā exigatur. vt experientia docuit decimum nummū, ſub Duce Albano hic exactum, quanta populi indignatio exceperit: cum tamen apud Batauos & decimus, & quintus, & vigeſimus, & centeſimus ferè quotannis ſine ſtrepitu percipiatur.

Adeoque quod de deprauato iudicio, & minori circa poculentorum eſculentorumque grauamen murmure dicitur, ceſſaret per vſurpationem, vt diximus. imo perpetuum pauperum hîc murmur eſt, eos nimium grauari, & ſarcinam diuitum in ſe inclinari.

Iterum quod multitudo officiariorum & cenſorum, quibus opus foret, multum augeret tributum, non eſt diffitendum; ſed minus hoc incommodum eſt, quam nimia inæqualitas.

Denique, quod quando per minuta ſoluitur reipublicæ ſubſidium, inſenſibile quodammodo ſit detrimentum ſoluentium; commendat quidem hunc modum; ſi aliunde inæqualitas in diuitibus peræquetur.

Vltimo quoad pauperes pretium operarum ſuarum & artificiorum ſuorum intendunt, ſeu carius vendunt; & ſic à diuitibus compenſetur inæqualitas; aliquid conferre videtur ad hoc, vt propius ſufficiant ſuæ neceſſitati: non vero vt peræquetur inæqualitas, quæ eſt inter pauperem, qui conſumit integrum in poculentis & eſculentis denarium diurnum; & diui-

tem, qui congerit, conſeruatque miriades.

Aſſuetudo quidem in his apud Molinam *de tribut. diſp.*668. *Maldærumque* magnum momentum merito facit: & fortè etiam maius apud nos trium patriæ Ordinum in eam rem conſenſus: quaſi illi repræſentent rempublicam; & conſentienti dicatur non fieri iniuria: ſed agimus hic, cum non omnes populares veniant in concilium, an illi qui corpus reipublicæ repręſentant, conſilia conſenſuſque ſuos ita dirigere non debeant, vt ſalus totius corporis ſingulorumque membrorum exigit: &, vt in corpore naturali, nullum membrum non fungitur ſuo officio; ita in politico nemo non conferat ad eam proportionem, qua membrum eſt iſtius corporis. quare dum primores conſulunt, maximè debent attendere non quæ ratio tributorum ſibi; ſed quæ inferiori plebi imprimis congruat. ne, ſi pedes teſtacei fiant, ſuſtinere caput, ventremque non poſſint, ſed corpus ſimul totum collabatur.

Hęc igitur de proportione in genere dicta, applicando ad clericos Brabantiæ, imprimis ſæculares; (nam Mendicantes à tributo eſculentis poculentiſque impoſito eximunt, Abbatiæ ratam ſuam non excedunt) magna ex parte apud nos tenuiores ſunt, parochis congrua 100. aureorum vt ſummum à Pio V. conſtituta eſt, à Synodo prouinciali Mechlinienſi 1607. 300. flor. omnes ferè per Brabantiam paſtoratus abbatijs collegijſque incorporati ſunt, & ſunt ſacellani qui in prouentibus 100. flor. non habeant, niſi fortè ex honorario quotidiani officij, quos famem pati ferè oporteat, dum ex omni ſua annona tributum ſoluere coguntur, vbi alij diuitijs delicijſque circumfluentes nihil ſentiunt ſe grauari: Irus & diues Epulo pari paſſu ambulant.

Igitur cleri immunitas, &, vbi eum contribuere oportet, tributo iſti annouario diſproportio aduerſatur. ideoque ex priori capite Euerardus *conſ.* 42. latè demonſtrauit cenſuris fuiſſe obnoxios Bruxellenſes clerum ſuum etiam ad onera ex Ordinum aſſenſu indicta, etiam in cauſam communem imminentis belli aduerſus Brugenſes, qui Maximilianum Imperatorem vt captiuum detinebant, ob tutelam nepotis Caroli cum Ordinibus cōtrouerſam. Vbi *n.*5. & immunitatem tanquam generaliter conceſſam etiam ad patrimonialia extendit, tanquam acceſſoria. vt & ad clerici familiam *ex l.*2. *C. de Epiſc. & cler.* vt quæ religioſis adhærent religioſa cenſentur. *l. quæ religioſis. D. de rei vindicat.* & magis dignum trahit ad ſe minus dignum. *c. quod in dubijs X. de conſec. Eccleſ. vel altar.* & *n.* 12. ſtatutum laicorum diſponens disertè ſuper bonis patrimonialibus clericorum, irritum ait, defectu poteſtatis. eoque magis executionem. *n.*31. *in fin.*40. docet etiam *n.*15. *ex l. placet. in verb. nihil extraordinarium, ſuperindictumue flagitetur,* huiuſmodi onera tanquam citra controuerſiam extraordinaria, & ſuperindicta, qualia belli cauſam reſpiciunt, à clero exigi non poſſe etiam iure ciuili: *d. l. placet.* & *n.*19. cum bellum plerumque à Deo propter peccata immittatur, ancandum non eſſe clerum ab officijs diuinis, quibus iram Dei placet. (vt orante Moyſe vincebat Iſrael, manus remittente, vincebatur) & quæ ſine temporalibus ſubſiſtere non poſſunt. *c. ſi quis obiecerit.* 1. *q.*3. denique *n.*39. cum *acciſia* exigerentur ex eo capite, quod exinde *precaria* ſoluerentur Principi, certo ait certius ad illas clerum non teneri. illum vtique, qui in illas non conſenſit: & ad conuentum Ordinum non vocatur. vt tempore Euerardi nulli in Brabantia ſedem habebant Epiſcopi, & Abbates tantum ſuas

ratas

120. Cleri ergo immunitas & inæqualitas extra bellum ſacrum aduerſantur.

121 Eadem immunitas remiſſiuè defenditur. etiam contra conſuetudinem.

ratas addicebant. denique *n*.45. obiecta ſoluit 1. conſuetudinem immemorialem: 2. onera huiuſmodi cenſeri ordinaria: 3. cauſam belli, paciſque communem, & plura huiuſmodi. & ſecundum hæc iudicatum tunc fuit tum hîc & Remis, tum Romæ pro clero aduerſus Senatum Bruxellenſem.

13. De collecta equis & rhedis impoſita.

Quæſitum eſt de tributo voluptuarijs equis, rhedis, carrucis impoſito. de eximẽdo grauandoue clero, cenſendum vt mox, atque aliàs diximus. quæſitum eſt ergo generalius de iuſtitia huiuſmodi tributi. & occurrit quod ait Leſſius *de Iuſt. lib.2.c.33.d.7 n.51.* vectigalia multo æquiora eſſe, quæ rebus non ita neceſſarijs; vt ad delicias, elegantiam vel luxum ſpectantibus, imponuntur. v g panno pretioſo, ſerico, holoſerico, vndulato, tapetibus, vaſis argenteis, pretioſis vinis, & edulijs, & ſimilibus, ſine quibus homines viuere poſſunt: tunc enim potiſſimum onerantur ditiores; & qui commodè ferre poſſunt.

At obijciunt alios alijs voluptatibus capi; prout *trahit ſua quemque voluptas*; neque propterea grauari: ſed neque diuites omnes equos huiuſmodi, aut rhedas habere, adeoq; illos immunes eſſe, alios etiam ob dignitatem, vt ſenatores; profeſſionem, vt medicos; alios ætatis, valetudi-

14. Proportio, vbi ſeruari poteſt & omnis æqualitas eſt neceſſaria.

nis, alijſque de cauſis alere, neque diuites eſſe: iuſtam ergo proportionem non ſeruari; ſine qua tributum nequeat eſſe iuſtum. Enimuero vbi ea eſt felicitas, vt omnes aliæ perſonæ atque res ſint immunes, facilè conceſſero huiuſmodi tributum claudicare. ſed vix vllibi eſt, vt omnis æqualitas ſine exceſſu vnius atomi obſeruetur: rariſſimum etiam vt omnes ad proportionem omnium ſuarum facultatum in publicum conferant; quæ vera eſt iuſtitia diſtributiua publicorum onerum; ſaluo iuſtè exemptorum priuilegio. vbique ferè, nõ vniuerſis cuiuſque facultatibus, ſed his illiſue rebus onera imponuntur: hîc focis, illic aratris, alibi agris, alibi reditibus, alibi mercimonijs, alibi cuiuſque exercitio; alibi capitatio, alibi cenſus initur. neque tamen hæc vnquam ſeparatim impoſita adæquatam proportionem, adeoque omnimodam iuſtitiam, aſſequuntur. ſed res omnes magnæ ferè aliquid habent ex iniquo; quod publica vtilitate dicitur compenſari. vt & rectè Iauolenus *l.200. D. de reg. iur. quoties*, inquit, *nihil ſine captione inueſtigari poteſt, eligendum eſt quod minimum habeat iniquitatis.* & gloſſ. *ad eandem leg.* plura citat, vbi iniquum præ iniquiori admittendum ſit. quod & in prouerbium abijt, *ex duobus malis minimum eſſe eligendum c. non ſolum. 22.q.4.* qui in Vtopia leges ferunt, procul dubio has iniquas dixerint: atque vbi propior æqualitas obtineri poteſt. ſed ſunt alicubi publicæ res ita intricatæ, vt eas vel Dædalus nequeat expedire. & ferè vſu venit, vbi non vnius aut plurium eſt quantitatem tributorum, modumque decernere; ſed id ad centurias, populumque omnem, beluam vtique multorum capitum, referre oportet. vbi ſi induci non poteſt, vt omnes ſecundum vniuerſas facultates in contributionem vocentur, neque res omnino omnes, mercimonia, exercitia æquali onere grauentur; peræquatorem ad primas tendentem, ſi pertingere non poteſt, honeſtum iuſtumque eſt in ſecundis, tertijſque conſiſtere. &

15. Ea cum ſeruari non poteſt, eligendum eſt quod minimũ habeat iniquitatis.

proinde vbi obtineri nequit, vt omnis æqualitas in contributione ſeruetur, aut maior ſaltem quam quæ eſt in onerandis voluptuarijs equis, rhedis, carrucis; hæc ſaltem, tanquam minus malum, admitti poteſt; qua diuites onerentur: cum pauperum onera, frumento, cereuiſiæ, cibo, potuique, rebuſque ad vitam neceſſarijs hîc impoſita, multis momentis præponderent ijs, quæ diuites reſpectu ſuarum facultatum

16. Vt dum in annonis nimium grauatur populus, in equis & rhedis luxuriantes diuites aliquatenus peræquentur.

tatum leuiter ferunt. vt ſic grauati non ram queri poſſint ſe ſupra, vel æqualiter cum pauperibus onerari; ſed tantum, quod non habeant omnes alios diuites ſocios in pœna, quod tamen ipſum quidem fieri in ſe iuſtum foret; ſi tamen id quacumque ex cauſa obtineri non poteſt; neceſſiras publica æquum facit, quod per ſe iniquum eſt. *Vide late Tuſcum v. neceſſitas non habet legem. concl. 19.* Quid iniquius quam iuſtos ſimul cum iniuſtis perdere? cum tamen diſcerni neceſſitas non permittit, vt in bello, conflictu, arcium, oppidorumque expugnatione, indies accidit; id iuſtè fieri omnes admittunt: præualet ergo reipublicæ, quæ ab hoſte defendenda eſt, ſalus: atque neceſſitas priuatorum cauſæ: vt expedire pecuniam teneantur, quamuis concentu omnium numerorum non ſatis ſernato. Igitur concludendo dico, vbi omnis æqualitas lege induci non poteſt, ditiores rectè taxari in huiuſmodi rebus voluptuarijs. Vt vltimo etiam ſcripſit Sylvius *Reſol. p. 2. V. Tributa* pluribus citatis. vbi de æqualitate rectè diſſerit, ſeruanda quatenus moraliter fieri poteſt: & alioquin his rebus potius onerandis, ſine quibus homines viuere poſſunt. Et enumeratis à Leſſio addit tela ſubtilia, delicata, artificioſè ornata, & collaria multiplicata, quæ non ad aliud, quam ad pompam & vanitatem deferuntur. Qui ergo cum Maldero & Molina, vt iuſtas, defendunt vino & cereuiſiæ impoſitas collectas, propter difficultates, quæ alioquin occurrunt, multo magis has admittere debent. & ſanè belli noſtri ſacri neceſſitas & vino, & annonæ impoſita onera excuſat; quantiſper populus, ſeu qui eum repræſentant, induci non poſſunt, vt æquiorem viam ineant.

17. Cum à populo obtineri nequit, vt æquior modus ſeruetur, belli neceſſitas iuſtum facit etiam equorum, vini, annonarumque aliarum grauamen.

CAPVT XI.

De onere plauſtrorum, charta ſigillata, Ordinum conſenſu, & in eis Prælatorum.

EX ijs, quæ ſuperius dicta ſunt, ſatis eſt euidens clerum plena immunitate gaudere debere, non tantum quoad *aſſiſias*, ſeu *gabellas* quæ conſumptioni eſculentorum, poculentorumque impouūtur; de quibus latè ratiocinatus eſt Euerardus, *tum pro clero Buſcoducenſi conſ. 30, tum pro Bruxellenſi conſ. 42. & Wameſius pro Carthuſianis Conſ. cent. 519.* ſed etiam realibus, quæ non perpetuo & vniformiter propoſita cum rebus ipſis ad Eccleſiam peruenerunt; ſed pro temporum ratione imponuntur. adeoque quod idem Wameſius *conſ.* 521. tradit de onere plauſtrorum, etſi demus iure ciuili ad illud etiam patrimonia Eccleſiaſtica obligari; non tamen id hodie aliter admittendum eſt iure canonico, & Bullæ Cœnæ, quam de ijs, quę antiquitus vniformiter impoſita, cum rebus ipſis ad Eccleſias tranſierunt. rectius diſſertat Wameſius de priuilegijs Principum quoad angarias, & *corweas* conceſſis, vt etiam huiuſmodi oneris immunitatem tribuant: quaſi generi ſic per ſpeciem derogetur. qualia Principum priuilegia hic multæ habent Eccleſiæ. vt *ibidem* etiam & *conſ.* 522. reſpondet ſuper priuilegijs à Principibus noſtris Ordini Theutonicorum datis, & ſingularibus illius hîc domibus.

1. Onus plauſtrorum an Eccleſiaſticis incumbat?

2. Priuilegia Principum ab his ſolet eximere.

Reſpondit etiam optimè Wameſius *conſ.* 518. per canones ſine aſſenſu Pontificis clerum gabellas nec hodie ſoluere poſſe. quia etſi ſublata ſit cenſura ſoluētibus olim inflicta; non tamen ipſa prohibitio. eoque rectè clerum ex publica neceſſita-

3. Clerus in onus conſentiens rectè adijcit conditionē beneplaciti Apoſtolici.

ceſſitate in onus aliquod conſentientem adieciſſe condicionem; *ſi Romanus Pontifex conſentiret.* &, niſi illius authoritas interueniret, nec debuiſſe nec potuiſſe cōſenſum adhibere. ſed neque rectè obijci alias iſti condicioni paritum nō fuiſſe; quia nulla iuſta exceptio fundari poteſt in excipiētis defectu: nulli ſua culpa patrocinari. quod ſi quādo ſubita neceſſitas morā non patiatur, ex Epiſcopi & cleri conſenſu fieri poſſe, quod exigit neceſſitas: quę ſi duret, ſubſequenter ſaltem Pontificē eſſe adeundum. quę plenius probat Diana *p.5.tract.1.reſ.11.* tū antiquis canonibus tū nuperis exemplis, & Pontificijs bullis; tum Principibus tum Rebuſpublicis conceſſis: etiam eo caſu quo ęqualiter clerum cauſa oneris cōcernit. imo Wameſius etiā loquitur in cōtributione, quæ cauſa comprimendorum hęreticorum exigitur. quæ magis tamen clerum, quam populum concernit. de qua tamen, tāquam belli ſacri, diximus *ſ.l.3.c.*8. illud tamen ſemper reminiſcendum eſt, quamuis res moram Romanam non patiatur; nunquam tamen omitti poſſe Epiſcopi, & cleri conſenſum.

4. De gabella chartæ ſigillatæ.

Solemnis quæſtio eſt. & hodierna apud Dianā *Reſ.p.6.tract.8.r.1. Barboſam Votorum t.2.r.120.* ſuper pragmatica, qua vetitum eſt cōtractus, teſtamenta, & acta iudicialia ſcribi in charta, cui Regium ſigillum non ſit impreſſum; an aduerſetur eccleſiaſticæ immunitati? & dicendum eſt aduerſari: non tantum quod nominatim etiā Eccleſiaſtici obligationi pragmaticæ ſubijciantur; ſecundum ea quæ ſæpius *libro* 2. dicta ſunt; ſed etiā quod adijciatur pœna maximi præiudicij; vt excipiente aduerſario ſuper defectu impreſſi ſigilli, ius dumtaxat dici poſſit perinde atque ſi talia inſtrumenta non eſſent exhibita. quali caſu neceſſe eſt Eccleſiam cadere cauſa: quantiuis pretij res fuerit: quod proculdubio immenſum grauat libertatē Eccleſiæ; qua alioquin ei licet documentis, huiuſmodi ſigillo nō munitis, iura ſua defendere, & res ſublatas vindicare. Eſto neceſſitas ſit, & iuſta belli cauſa notoria; atque itidem non ſufficere laicorū facultates; nō tantum vrbium, Rerum publicarum, ſed & ipſorum laicorū, vt ſingulorū: quod exigit c. non *minus. X. de immun. Eccleſ.* & Vrbanus VIII. disertè expreſſit in cōceſſione Mediolanenſibus facta: *in verb. Vniuerſitatum, & hominum eiuſdem ſtatus facultates non ſuppetunt. diximus ſup. l.3.c.6. n.16.* quin & conſenſus Epiſcopi, & cleri interuenerit; & exactio clericorum per ipſos Eccleſiaſticos fiat, ſine admixtione manus laicæ: quod itidem Vrbanus *in eadem conceſſione in fin.* exigit: tamē gabellæ ipſius impoſitio imponentis Iuriſdictionem in eos, qui ſoluere iubeantur, adeſſe requirit.

5. Contraria libertati Eccleſiaſticæ.

6. Facultates nō tantum publicæ, ſed priuatæ laicorum debent non ſufficere: & exactio clericorum per clericos fieri.

Neque iuuat quod Ordines regni, ſeu Status prouinciæ, & inter eos Epiſcopi, conſenſerint: quia iſtiuſmodi comitijs nō interueniūt tanquam Epiſcopi; ſed tanquā proceres ditionis: & vt tales à Principe conuocantur *diximus ſup. l.1.c.22. l.2. c.66.* quod euidentius eſt vbi iam olim in ea ditione cathedras nō habebant Epiſcopi; ſed in ea nouis ſedibus erectis, & abbatijs illis vnitis, intereſſe comitijs ceperūt; nō quà Epiſcopi; quorum anteceſſores nūquā interuenerint: ſed quà monaſteriorum prælati: in qualem locum ſint ſurrogati. quia neque, etſi vt Epiſcopi adeſſent, ſine ſuo clero; neque de cōſenſu cleri, ſine authoritate Romani Pontificis, in iſtiuſmodi onera conſentire poſſint.

7. Nec ſufficit conſentire Ordines, & in eis Prælatos.

Et vero plurium Prouinciarū priuilegia ſeu mores habent, vt Princeps ſine Ordinū aſſenſu non poſſit noua grauamina imponere, & illi quidem conſentiant; ſed adijciant condicionē, ne ab huiuſmodi onere immunes ſint Eccleſiaſtici, nobiles, aut quomodocūque priuilegiati; id porro Principi nullā tribuit, niſi in ſuos, iuriſdictionem: ſed cōſenſum Ordinū dūtaxat facit condicionalem,

8. Qui condicionem an ſine ſcrupulo adijcere poſſint ne quis alius ex clero immunis ſit?

lem, ſeu ſub modo interpoſitum; Principi autem incumbit, vt antequam clerũ grauet facultatem Sedis Apoſtolicę habeat. Prælati quidem, qui de ſuo dare conſentiunt, de conſenſu tantum ſuo queri poſſunt; &, an is per canones licitus ſit, expendere: dum autem Principi imponunt condicionem, etiam alium clerum, quamuis inauditum, grauandi; vereri ne tam ipſi periclitentur, quam Princeps, ne labantur in laqueos cenſurarum. & offert ſe illud Auguſtini *ex tractat. ſuper pſalm.* 63. *ſi reus*, inquit, *quia fecit vel inuitus, illi innocentes, qui coëgerunt vt faceret?* iuſtius ipſi fungerentur ſuo officio; ſi alieno abſtinerent: Principem ad illicita non cogerent, dum ſciunt ſolere iam executionem fieri à ſæcularibus miniſtris non requiſito cõſenſu Apoſtolico: ſed illum de periculo cenſurarũ inſtruerẽt, ſi via per canones non permiſſa, ad grauamẽ cleri graderetur.

CAPVT XII.

Cuius Epiſcopi vel cleri ſit opus aſſenſu in collectis imponendis?

1. Epiſcopi & & cleri diœceſani.

VTique illius, qui & ſuperioritatem habet, vt poſſit authoritatem rei præſtare; & qui ſubeſt, cui poſſit imperari. Epiſcopi ergo & cleri ſui diœceſani, nõ cathedralis dumtaxat; quia conſilij quidem cauſa Epiſcopus vtitur cathedrali, atque in rebus Eccleſię cathedralis, conſenſu: ſed hic generalius procedendum, & quod omnes tangit, ab omnibus debet approbari, & ſubditi vt ſint oportet, quibus collecta imponitur, ſiue municipes ſiue incolæ. *l. reſcripto. §. fin. D. de mun.* origo porro municipem ac ciuem facit. *l. ciues. C. de incol. lib.* 10 *l.* 1. *in princ. D. ad municip.* tam propria, quã paterna. *l. aſſumptio. §.* 1. *D. eod. l. filios. l. origine C. eod.* incolam conſtitutio domicilij. *l. pupillus. §. incola. D. de verb ſignif.* domus, ager, poſſeſſio, nec incolã, nec ſubditum facit. *l. libertas. §. ſola. D. ad municip. l. cum neque. C. de incol. l.* 10. niſi accedat ſpecies aliqua domicilij, quamuis nõ æquè principalis. præſertim caſtri, feudique. *c. ex parte. X. de for. comp.* qua eadẽ ratione & clericus *in c. cum nullus. de temp. ord. in* 6. triplicẽ cenſetur habere ſubiectionem; originis, domicilij, beneficij. adeoque quamuis in hoc non reſideat, collectari poteſt in loco ſitus beneficij, & à clero diœceſano. ac proinde in hanc cauſam beneficiarius, etiam abſens, ad cleri comitia vocandus eſt: ſicut populus à Principe, vel Magiſtratu. *Gail. lib.* 2. *obſ.* 53. *Maſſuer. in ſua Prax. tit. de taillis. n.* 2. quod ſi ſe nõ ſiſterit, preſentes de cauſa iuſta, *c. cum Apoſt. §. prohibemus. X. de cenſ.* cognoſcunt, & reſoluunt. *arg. c. cum nobis. c. venerabilẽ. X. de elect.* nec paucorum abſentia debilitat, quod ab alijs ſalubriter fuerit ſtatutum. *l. nominationem C. de decur. lib.* 10. & quod communiter, ſeu à maiori parte decretum eſt, ſeruatur. *Guido Papa q.* 421. *&* 631. paria vota ad ſuperiorem referuntur. *arg. legis duo Iudices. D. de re iud. c. fin. X. eod.* quare beneficiarius in loco beneficij, quãuis abſens, nõ cenſetur inter externos, ſed clero iſti diœceſano cõnumeratur. quod ſi autem beneficiũ in hac diœceſi inſtitutum, in altera prædium habeat, illius intuitu poſſeſſor cenſebitur illic extraneus. adeoque regulariter ibidem collectis grauari nõ poterit. *d. l. reſcripto. §. fin.* Zabarella *in clem. vn. de immun. Eccl. in fin* diſtinguit, an cauſa collectæ tangat prędia an perſonas: ſi prędia, cenſet ſubijci Epiſcopo ſitus. *arg. c. ſanè. X. de for. comp.* ſin autẽ cauſa perſonas tangit; non ſubijci. quod in has non niſi ſuus Epiſcopus habeat authoritatem. rectè tamen admiſimus ijs in caſibus collectari poſſe, quibus alioquin poſſunt forenſes. *de quibus Mynſing. cent.* 5. *obſ.* 22. *Gail. lib.* 2. *obſ.* 53. *& ab illis citati.* vtpote ſi id priuilegio conceſſum, aut conſuetudine obtentum ſit. qualem ait Bartholus communiter vigere

2. Clericus contribuit vbi ſitum eſt beneficium.

3. Ad loci comitia vocandus.

4. Si onus rem tangat in loco ſitus ſoluit.

5. Aut ſi via habet conſuetudo aut priuilegiũ.

Digitized by Google

vigere per Italiam. ad quam is quidem annos 100. alij 40. alij 10. tantū exigunt. *Minſing. d. obſ. 22.* Conſuetudinem autem ſuperat, vt in ſæcularibus authoritas ſupremi Principis, *Mynſing. ibid.* ita in Eccleſiaſticis Papæ. conſuetudini etiā ſtatutū colle-ctādi omnia bona immobilia in territorio ſita æquiualere ait. *Mynſin. ib.* qui & alterum caſum *ex Guid. Pap. deciſ. 87.* adfert, ſi forenſis in loco domicilij non ſoluat. quippe iure communi munera quiſque ſubibat in loco originis, & domicilij. Etſi quidem intuitu facultatum cenſus inibatur, in loco domicilij intuitu bonorum etiam alibi ſitorum colle-

6. Vt fere ſitus hodie maximè inſpicitur. ctabatur. cæterū diuiſo hodie Imperio Romano in multa regna, & dynaſtias; difformis obſeruatio eſt. quiſque quæ in territorio ſuo habet, ſibi arrogare cōtendit. vnde & in Germanico Imperio multæ iam pridem ſunt controuerſiæ, nec certa deciſio. *Mynſing. d. obſ. 22.* adeo vt & matricula Imperij ſæpius fuerit variata, temporibus rebuſque mutatis: etiam quæ eſt an. 1521. 1576. 1594. *vt refert Chriſtophorus Winzler in Synop. obſ. c. 9.* quare ſi priuilegiū, ſtatutum, cōſuetudo, communis ratio iubet, poterunt clericorum nō diœceſanorum bona ab Epiſcopo, & clero diœceſano grauari, vt ſolent forenſes; cum iudicio Principis & Ordinū viſum fuerit iuſtū ęqnumque eſſe forenſes in cōtributionem vocari; & res magis inſpici quam

7. Et grauatur poſſeſſio. perſonas. vt *in l. non videtur. C. de muner. patrim. l. indictiones. l. as quidē C. de annon. & trib. lib. 10.* vnde tributū in eam ciuitatē infertur, ſub qua ager poſſidetur. *l. forma. §. 2. D. de cenſ.* vt & mulier, quæ mariti domicilium ſequitur, *h. filij. §. 1. l. fin. §. reſcripſerunt. D. ad municip.* in ſua tamen ciuitate munus patrimoniale ſuſtinet. *l. vn. C. de mulier. lib 10.* & quiuis poſſeſſor. *d. l. reſcripto. §. fin.* præſertim cum res

8. Pro rata quantitate. forenſis iam olim tributaria, ſeu in librum cenſualem relata eſt. *Gail. d. obſ. 52. n. 21.* & paſſim ferè obtinet, vt pro magnitudine iugerum contributio fiat. *l. forma. D. de cenſ.* quamquam iuſtiſſima ſit cōtributionum ratio, quæ iniūgitur pro modo omnium facultatum ad ę & libram, vt ſup. *l. 3. c. 10. n. 9. & ſeqq.* diximus, ex æquitate legis Rhodiæ. quam d. Chriſtoph. *in d. Synop. c. 8.* laudatā in Imperio Romano-Germanico maximè ait, *in propoſitione Cæſarea ann. 1608. in Comitijs facta.* & vt merces contribuunt, quæ in naui periclitatæ fuerunt, vbicumque fuerint domini; ita æquum eſt poſſeſſiones grauari, quamuis abſint domini, quæ v. g. bello periclitantur.

CAPVT XIII.

Bonis diminutis diminuenda an ſit taxa?

AD æqualitatis examē hęc pertinet quæſtio. nempe imminutio huiuſmodi ſæpe accidit bellorum iniuria, temporum mutatione, alijſque ex cauſis. vt v. g. cum fines à milite vaſtantur, cum poſſeſſiones ſub hoſte ſitæ in fiſcum rediguntur. ſi igitur clericus ſui beneficij prædia ſub hoſte, vel in finibus ſita habet; ita vt ei vel nihil vel parum ex illis proueniat, merito diminutionē collectæ poſtulabit, aut remiſſionem. *arg. legis licet. C. locati. l. ſi merces §. vis. D. eod. c. propter ſterilitatem. X. eod.* cum enim vel rebus imponantur collectæ, vel propter res; ſecundùm naturam eſt, vt onera & commoda in eodem maneant comitatu. *c. qui ſentit in 6. l. ſecundum D. de reg. iur.* neque ei onus debet inhærere, cui res excuſſa eſt. *l. 2. C. de annon. & trib. lib. 10 l. 2. C. de imm. nemini conced. l. 10. in fin. C. de diſcuſſ. l. 10. l. muner. §. patrim. 2. de muner. auth. de mandat. princ. §. non permittas.* quamuis etiam is, cuius bona imminuta ſunt, culpam commiſerit. *Mynſing. cent. 3. obſ. 34. Gail. lib. 1. obſ. 21. n. 18. & 19.* quippe culpa perſonam auctorem tenet; onera rem ſequuntur.

1\. Æquum eſt prouentu minuto, onus minui.

2\. Etiamſi dominus culpam commiſerit.

tur,& perſonã. eoq́ue refert Mynſing. datos in Imperio in eam rem Iudices ſpeciales; quin & iudicatum collectarum ſolutionem differendam eſſe in captiuo, donec libertati reſtituatur. *Ex ſententia Bartholi.*

3. Monetæ mutatio etiam prouectus pecuniarios minus hodie quam olim grauandos ſuadet.

Quinimo matriculæ taxam mutari ſuadebit æquitas; ſi v.g. beneficium ſit dotatum ſolis reditibus nummarijs, iam olim ante detectas Indias, quorum valor adeo decreuit, aliorum autem redituum ſolariorum, quibus alia beneficia ſunt instructa, valde increuit: vtique taxa illius imminui; huius augeri iure merito debebit. & ſi quæ ſunt ſimiles mutationum cauſæ.

4. An etiam ob mutationem poſſeſſoris?

Qualis eſt etiam imprimis mutatio poſſeſſoris. *l. per curatorem. D. de acquir. hæred.* vt ſi bona à laicis plebæis poſſeſſa veniant in manum nobilem, aut clericalem. quamuis & regiſtrata fuerint, & anteriores poſſeſſores de illis collectas ſoluerint. vt in clerico quouis titulo acquirente, vel etiam patris ſucceſſore, tradit Guido *Papa quæſt.* 381. 382. & in nobili 384. & vice verſa ſi plebæus caſtrum acquirat iuriſdictionem habens, immunitatem acceſſoriam acquiret. *idem deciſ.* 385. non tamen ſi particularia tantum feuda. *deciſ.* 386. vbi *à quæſt.* 376. per plures conſequentes multa deciſa refert circa immunitates, & contributiones Delphinales, quæ focis imponuntur. *De qualibus etiam res plures iudicatæ ſunt apud Ioan. Papon. arreſt. lib. 5. tit. 11. & ampla diſputatio arreſt. 39. De quibus ſ. l. 3. c. 7.*

CAPVT XIV.

De grauamine clericorum, ſeu Eccleſiæ indirecto.

1. Excommunicati ſunt ipſo facto

EXemplum indirecti grauaminis ponitur in c. fin. *de immun. Eccleſ. in* 6. vbi qui interdicunt ſubditis, ne clericis neceſſaria, vel opportuna obſequia exhibeant, coquant, molant, vendant; ipſo facto excommunicationem incurrunt. ſed cum leges pœnales extra proprios terminos non ſint extendendæ; & d. c. fin. loquatur de ijs, qui temporale dominium obtinent; pœna ad alios illud non habentes porrigi non debet. ſed id tamen eſt animaduertendum, temporale dominium ibi iuriſdictionalem ſuperioritatem ſignificare, non fundorum aliquam proprietatem. quomodo directum & vtile dominium dicimus; ſed potius dominationem, & imperium in ſubditos. idque apertè conuincit c. 1. *eod. in* 6. *in verb. in regno Franciæ, Communiæ, Scabini, ſeu conſules, & alij* (nota) *domini temporales, & ij qui iuriſdictionem* &c. facit c. *vlt. ne cler. vel monach. c. vlt. §. fin. de off. deleg. in* 6. *in verb. ſub ipſius dominio, iuriſdictione, ſeu diſtrictu.* quare d. cap. eos comprehendit omnes ſæculares ſuperiores, qui temporalem iuriſdictionem exercent. eoq́ue rectè dicit Ioan. And. *in d. c. eos* non intendere d. c. literam diſtinguere dominium temporale à perpetuo, ſed ab Eccleſiaſtico. id quod maximè iuuat ratio à d. c. expreſſa: *cum talia*, inquit, *in derogationem libertatis Eccleſiaſticæ præſumantur*: quæ non minus obtineat in Magiſtratibus exercentibus iuriſdictionem; quam in ipſis dynaſtis. dum vtrique metum, terroremq́ue incutiunt interdicendo, d. c. diſpoſitioni locus eſt. id quod ſi per modum ſtatuti faciunt; iam ante *in c. nouerit, c. grauem. X. de ſent. excomm.* incurrebant cenſuram. vt alioquin, qui lædebant indirectè immunitatem Eccleſiæ, comprehendebantur ſub pœnalibus cõſtitutionibus aduerſus directè lædentes latis. *vt diximus ſup. l. 2 c. 2. n. 13.* quippe *certum eſt, quod is committit in legem qui legis verba complectens contra legis nititur voluntatem c. fin. de reg. iur. in* 6. vt ad incurſum pœnarum nihil referat, quod interdictum conceptum ſit in ſub-

2. Quicumque Dominio aut poteſtate dominantes.

3. In vtriſque æque ratio obtinet,

4. Seu per modum præcepti ſeu ſtatuto grauent.

5. Non verba, ſed magis animus clerum grauandi inſpiciendus eſt.

ſubditos : quia vis prohibitionis porrigitur in Eccleſiaſticos : res, non verba ſint ſpectanda. *gloſſ. in d.c. eos verb. libertatis. vbi plures citantur.*

6. Siue diſertè exprimat clerum.

Eoque magis offendit hîc ſtatutum, quod diſertè clerici exprimātur. Vnde quærit latè Ioan. And. *in d.c. eos aliĳque paſſim* quid dicendum ſit de ſtatutis, quæ diſertè clericos non exprimunt, ſed tectè ac generaliter concipiuntur.

7. Siue implicitè.

v. g. ne quis non exiſtenti de iuriſdictione, ſeu territorio agrum vendat; probatque comprehendi ſub generali locutione non poſſe Eccleſiam; obſtantibus priuilegĳs ei conceſſis: aut ſi ſtatuentes comprehendere voluerint; irritum illud eſſe,& ſtatuentes cenſuram incurrere. cum alias generalis locutio cenſeatur non comprehendere illicita. adeoque cogi poſſe ſtatuentes per Iudicem Eccleſiaſticum, vt declarent ſub illis verborum inuolucris non comprehendi clericos. *diximus ſup l. 2. c. 4.*

8. Quamuis non vniuerſalis Eccleſia, ſed ſpecialis lædatur.

Neque vero validum eſt quorundam argumentum, quod non videatur fieri aduerſus libertatem Eccleſiæ vniuerſalis, cuius vnum corpus eſt;& ſpecies, ſeu indiuidua cadunt ſub ſenſum, tanguntur, læduntur:genera ad intellectum pertinent:ſed hęc illis inhærent,eoque quod membris fit,corpori & capiti fieri cenſetur.

9. Statutum ne vendatur Eccleſiæ, ne emat,ne retineat,vt irritum &c.

Porro Alexander IV *in c.1. de immun. Eccleſ. in 6.* diſertè eum caſum damnat, quo quidam Eccleſĳs acquiri, ſeu ab eis retineri bona vetant; ſed vel extra manum ſuam ponere iubent, vel tallias collectas ſeu exactiones, vt alios, ſoluere. vbi & hoc ſpeciatim notandum eſt, quod Alexander eandem tribuat immunitatem poſſeſſionibus tam à perſona Eccleſiaſtica, quam ab Eccleſia legitimè acquiſitis: etſi illud vix alicubi obtineatur. ſed iterum in hoc caſu diſertè exprimitur Eccleſia, eoque & irritum eſt ſtatutum. ſed etſi in genere concipiatur, ne quis vendat non ſoluenti *talliam*, aut exemta debebit eſſe Eccleſia, aut irritum ſtatutum, ſi ſtatuentes nolint declarare illam non comprehendi; atque ipſi excommunicati. *per d.c. nouerit. d.c. grauem.* nam id ſemper ſiue in genere ſiue in ſpecie concipiatur ſtatutum, reſoluendum eſt locum habere non poſſe, niſi in quos competat iuriſdictio. *tallias* etenim exigere effectus atque indicium eſt ipſius ſuperioritatis. vt docet ipſe D. Paulus *ad Romanos c. 13.* vbi cum de obedientia ſuperioribus debita diſſeruiſſet, eorumque anthoritate à Deo conſtituta; ſubiunxit, *ideo enim & tributa præſtatis.*

10. Collectas quis imponere non poteſt, niſi ſubditis, qui ergo clerū volunt, eos ſubiectos ſibi ſignificant,

quo modo & procedit ratio,& connexio capituli 1. & 2. *X. de cenſib.* teſſera ergo eſt iuriſdictionis, & imperĳ, tributorum collectatumque exactio. indici ergo non poteſt directè, vel indirectè niſi ab habente poteſtatem in eos, quibus indicitur. Caſus ergo d. c. 1. magis dicendus eſt lædere directè Eccleſiam, quæ exprimitur, & in quam concipitur; quam indirectè, etiamſi aliquem circuitum videatur facere, ad inuoluendam gabellis Eccleſiam, vt indicant verba *& inter cætera nituntur, & ſtudent &c.*

11. Directè grauatur clerus cum ſine medio, indirectè cum per circuitum, cum verba in ſubditos feruntur ſinis in clerum.

Perplexa eſt admodum ex multiplicibus factorum circumſtantĳs,& controuerſĳs DD. ſententĳs, quæſtio; quando dicatur Eccleſia lædi indirectè? quam tractat Lugo *de Iuſt. & iur. tom. 2. diſp. 36. ſec. 9. n. 135. & n. 136.* cenſet ipſe indirectam eſſe cenſendam læſionem, cum verba legis non grauant ipſos Eccleſiaſticos; ſed ſubditis imperando finis ille intenditur, vt per circuitum lædantur Eccleſiaſtici: directè autem; cum ſine medio ipſi grauantur. vt ſi lex dicat nemo ſit immunis &c. & ferè id verba *d. c. fin.* deſignant, *cum talia in derogationem libertatis Eccleſiaſticæ præſumantur.* vbi v. *præſumantur*, non accipitur à Bonifacio VIII. vt accipit Lugo *n.* 137. pro genere coniecturæ,

Digitized by Google

aut probationis, *de quo titulus X. de præſumt.* ſed vſurpatur pro *audere* vel *tentare* aliquid contra ius. vt ferè Pontifices Romani vtuntur. *teſtè Oldendorpio. ita Spigel. in Lexic. v. præſumere.* tametſi rectè ait Lugo ex circumſtantijs præſumi, ſeu probari indirectam læſionem. v.g. ſi gabella imponatur inferētibus libros Eccleſiaſticos, Miſſalia, Breuiaria &c. item *n.* 138. cum quod à clericis obtineri nequiuit, mutato conſilio alia via initur, qua laicis imponatur; luendum tamen à clericis.

12. Animus hîc ſemper attendendus, & facta diſtinguit, licita vel illicita facit.

ideoque *n.* 137. rectè *cum Sanches* cenſet valdè attendendum eſſe ad mentem ſtatuentium: cum fine peruerſo fine quædam licitè imponantur laicis, quamuis ad clericos ex remoto delabantur. v.g. ſi tributum imponatur omnibus mercibus, quæ per portas vrbis inuehuntur, quamuis & clerici carius emāt. id quod, ſi ad finem grauandi clericos fiat, vtique illicitum erit, & indirectè lædens, ad reſtitutionem tenebitur; vt qui directè. *ex c. non minus & c. aduerſus. X. de immun. Eccl. Lugo ibidem n.* 139. vbi ſubſequenter *n.* 140. tradit; quando augetur pretium annonæ, & augmentum cedit reipublicæ, eſſe verè tributum, & directè clericos grauari, vt alios: quamuis illis in fine anni fieret reſtitutio: quando vero ſine fine exigendi à clerico imponitur aliquid venditori laico, quamuis vendat clerico; ait non eſſe contra immunitatem: quia id fit per accidens, & vix alias Principes vectigalia vlla imponere poſſent. quam Principibus poteſtatem in caſibus licitis non intendit auferre Eccleſia. ita tamen ne prohibitum ſit clericis aliunde ſine tali grauamine ſibi prouidere. iterum *n.* 144. poſſe à laico emente, quamuis à clerico, tributum commune exigi: quia de ſuo ſolnit. fatetur tamen *n.* 145. contrariam etiam ſententiam eſſe probabilem. dum contractus indiuiſibiliter reſpicit vtrumque contrahentem: & ſic indirectè clericum afficit. *Vt latè Fragoſ. Regim. reip. l. 2. d.* 4. *ſ.* 3. *n.* 326. quod æquius videbitur, ſi vilius ſuum vendat clericus ineuitabiliter, vel emat carius: nec res ſit leuis, ac facilis diſtinctionis. vt non eſt cum mittit clericus ad cauponem pro poculo cereuiſiæ, cuius toti vaſi gabella eſt impoſita. *Vide Fragoſ. vbi ſup. & n.* 327. *& ſeqq.*

13. An gabella venditori ſine eo fine impoſita licita ſit, quamuis venditio fiat clerico?

14. Dum ſibi is aliter poteſt prouidere.

15. Tributum commune an ſolidum à laico emente à clerico exigi poſſit?

CAPVT XV.

Qui clerici immunitate tributorum gaudeant?

1. Fori priuilegio vt in iudicijs non gaudent clerici excepti à Concil. Trid. ſ. 23. c. 6.

QVæſiuimus *lib.* 1. *c.* 9. quinam hodie clerici fori priuilegio gaudeant ex decreto Concilij *Trident. ſeſſ.* 23. *c.* 6. quod repetitum voluimus pluries in omnibus ijs, quæ de fori priuilegio dicerentur. vt *&* *lib.* 2. *c.* 2. diximus de quibus Iudex cognoſcere non poteſt, ſtatuere non poſſe: cum vtrumque profluat ex eodē fonte iuriſdictionis. adeoque qui excepti, ſubiectiue ſunt clerici foro ſæculari, ſecundum d. c. 6. in eoſdem ſtatuere poteſtas ſæcularis vel nequit, vel poteſt *iuxta idem c.* 6.

2. Ita oeque quoad ſtatuta.

3. Similitudo quædam eſt in gabellis.

Enimuero in hoc tractatu immunitatis à tributis, vectigalibus, & gabellis, par ferè eſt ratio; idem cenſendum. quippe & à iuriſdictione ſeu regia ſeu inferiori proficiſcitur poteſtas tributa, vectigalia, collectas indicendi: vt ea nemo poſſit niſi ſubdito irrogare. iuxta illud ad Rom. 13. *neceſſitate*, inquit, *ſubditi eſtote, non ſolum propter iram, ſed etiam propter conſcientiam: ideo enim & tributa præſtatis.* ſcilicet propter ſubiectionem. ſed hoc Innocētius III. *in c. ſolitæ. X. de maior. & obed. intelligendum*, inquit, *non eſt, quod Rex & Imperator ſuper bonos & malos accepit gladij poteſtatem: ſed in eos ſolummodo qui vtentes gladio eius ſunt iuriſdictioni commiſſi.* adeoque in eos, qui iuriſ-

iuriſdictioni eius commiſſi non ſunt, non accepit gladij poteſtatem, tributorumque exigendorum iuriſdictionem.

4. Sed quoad d.c.6. non exprimit, in vim illius prius non ceſſat, ſed an in vim conſuetudinis?

Nihilominus quia d.c.6.*ſ.23.Concilij Trid.* dumtaxat loquitur de priuilegio fori; clericis minoribus illius decreti requiſita non ſeruantibus, dicendum eſt tributorum immunitatem illis non eſſe abrogatam, quæ priori iure competierit. an autem priuilegio adempta ſit, vel conſuetudine priuilegiaria, id eſt, S. Pontificis conceſſione? (nam ſola conſuetudine non poteſt *c.1.X. de conſuet.* Vide tamen de immemoriali *ſ.l.3.c.17.*) quæſtio facti eſt cuiuſque loci.

5. De iure cōiugati non ſunt immunes.

6. Ioculatores ter moniti.

7. Illicitè negociantes.

8. Vidui vnicarum virginum, vt recuperent immunitatem?

Itaque non tantum Eccleſiæ, ſed Eccleſiaſticæ omnes perſonæ immunes ſunt à tributis; niſi disertè excipiantur, vt clerici coniugati. *c.vn.de cler. coniug. in* 6. item qui artem ioculatoriam exercent per annum, ſeu poſt trinam monitionem. *c.vn.de vit.& honeſt.cler. in* 6. illicitè negociantes. *c.fin.X.de vit. & honeſt. cler.* & alij, *de quibus ſup.lib.1.c.9.* quinimo clerici ſoluto coniugio vidui vnicarum virginum videntur recuperare priuilegium, reſumpta tonſura, & veſte clericali. *Lugo de iuſt tom.2. diſp.36. ſec.6. n.104. & alij quos citat.* vt & recuperatu non difficilè ſit dicendū, ſicut & in quibuſdam facilius amittitur, quam fori priuilegium. *d.c.vn.* v.g. etiam in ſacris conſtitutus illicitè negocians, quoad res immunitatem amittit, ſeu non defenditur ab Eccleſia; ſed quoad perſonam fori priuilegium non amittit. & vero immunes etiam ſunt Nobiles, qui fori priuilegio non gaudent, vt alterum ex altero non rectè inferatur.

9. Gaudent regulares profeſſi. nouitiorum perſonæ, an & res?

De regularibus profeſſis in religione approbata non eſt dubium, quin ſint immunes: de nouitijs neque rectè dubitatur. *apud Gutierres de Gabell.q.87. vide ſ.hoc cap.in fi.* quoad perſonas, cum recepti ſint inter religioſos. quamuis durante probatione redire ad ſæculum, & dimitti poſſint (cum id & in clerico nondum ſacris initiato obtineat) atque interim pro religioſo habeantur, adeo vt gaudeāt priuilegio canonis *ſi quis ſuadente diabolo.* vt reſcriptum eſt *in c. religioſo. de ſent. excommun. in* 6 *quamuis*, inquit, *qui religionem ingreditur religioſus cenſeri cum effectu non poſſit, donec ſit tacitè vel expreſſè profeſſus* quamuis hoc non obtineat in religioſis Societatis IESV, qui verè religioſi cenſentur, etſi vltimam profeſſionem non fecerint; ſed tamen eam quam emittere ſolent poſt biennium: antequam iure communi vtuntur. ſed quoad bona nouitij patrimonialia quidam controuertunt, quaſi præter ea, quæ ad religionem, quam probat, pertinent, cum effectu religionis priuilegia habere non debeat. ſed rectius gloſſa *in d.c. religioſo* interim tunc pro religioſo haberi debere cenſuit. *Molina de iuſt. & iur. & trib. diſp.671. n.2. Malderus eod. dub.* 8. *Lugo eod. tom. 2. diſp. 36. ſec. 7. n.* 106.

10. Quid de religioſis Societatis Iesv?

11. Gaudet etiam Nouitius.

Et quamuis nouitius vſque ad profeſſionem deliberet an exire; religio an dimittere eum velit: non tamen ideo dici poteſt eius ſtatus eſſe controuerſus, & interim agere debere, vt ſeruum, non vt liberum, *iuxta l. qui de libertate. D. de ſtatu lib.* quia rectè notauit gloſſa *ad d. l. & ſequitur Malderus. d. dub. 8.* id ad nouitium non eſſe extendendum. imparitas in eo eſt, quod iure Romano vetitum ſit ad militiam aſpirare, niſi liberis, qualis nondum habetur qui de libertate litigat, quoad militiam; etſi quoad quædam alia. *d. l. vti libertate. l ſi cui* §. *licet l. ordinato eod.* nouitius militiam monaſticam iure permittente aſſumit. quod ſi porro qui de libertate litigat, ingrederetur religionem; cum & id ſine aſſenſu domini prohibeatur, *arg. tituli X. de ſeruis non ordinand.* vtique is lite pendente agere deberet vt ſeruus; non vt liber: acquire-

qnireretqne vel ſibi, vel domino, prout res poſtmodum iudicaretur. *dd. ll.* immunis eſſet ant vectigalis ſecundum euentum : ſed neque monaſterio eijceretur, vt, qui de libertate litigat, è caſtris; *d. l. qui de libert.* niſi fuerit fugitiuus; & poſſeſſori, quaſi furtum ſui fecerit.

12. Familia cleri immunis. Vt nouitij participes ſunt priuilegiorum iſtius monaſterij cni adhærent; ita & qui de familia clerici ſunt interim clerici priuilegio vti debent. *vt diximus l. 1. c. 13.* & immnnitate gandere, vt explicat Malderus *de Iuſt. t. 5. c. 6. d. 6.* de Petro: vt quamuis ipſe ex ſe liber non eſſet, vt Chriſtus, tamen vt de Chriſti familia, eſſe debuerit: eoque Chriſtum ſoluiſſe tributum, vt Petrum: *Matth. 17.* & non dixiſſe ne ſcandaliſem, ſed ne ſcandizemus. ſic & Lugo *de Iuſt. t. 2. d. 36. ſect. 7. n. 105.* ait patremf. ſoluere tributum, etſi in familia ſint immunes, & contra non ſoluere; quamuis ſint non immunes. ſed agit de eo, qnod ex emptione ſoluitur, quod ad patremf. pertinet.

13. Quid de beginis, canoniſſis, eremitis, &c. De foro beginarum, canoniſſarum, eremitarum, oblatorum, & religioſorum militarium ordinum egimus *ſup. l. 1. c. 11. & 12 & locis ibi citatis.* an antem res patrimoniales illorum immunes ſint à gabellis? alia eſt quæſtio. & quamnis in fauorabilibus Eccleſiaſtici, & immunes iure babendi viderentur; tamen vſu non id obtinet: ſaltem apud nos, & apnd Hiſpanos, Luſitanoſque lege etiam ſancitum refert Molina *vbi ſup. n. 5.* vt nec clerici minores *d c. 6. ſ. 23. Trid.* requiſita non ſeruantes immunes habeantur: imo nec illa ſeruantes alicubi, nec eorum quidem qui in ſacris ſunt bona patrimonialia à muneribus exeuſantur. aduerſante licet *c. quamquam de cenſ. in 6. clem. præſenti eod. in 6.* Bulla cœnæ, vt ſupra *l. 3. c. 3. n. 2.* illam citauimus.

14. Immunitas hæc an ſit iuris diuini? Sed quoniam multis viſum eſt immunitatem clero non competere iure diuino; eoque ante Iuſtinianũ, vt deduxit Malderus *vbi ſup. dub. 7.* tributa ſolniſſe etiam Principibus Chriſtianis; neque proteſtati leguntut conſcientias lædi recipientium, quod alioqnin indnbiè feciſſent, cum liberrimè reprehenderint violantes libertatem Eccleſiaſticam, in cauſis Eccleſiaſticis. quo & pertinet *c. tributum. 23. q. 8. & plura alia ibid.* & ipſius Iuſtiniani leges ſero in occidente ſunt receptæ : *c. ſuper. X. de priuil.* mirum non eſt manſiſſe etiam conſuetudinem bona clericorũ patrimonialia onerandi. præſertim vbi & ipſi Epiſcopi comitijs regnorum interſunt. *iuxta c. de capit. diſt. 10.* vbi plerumque & de oneribns reipnblicæ ſeruandæ neceſſarijs tractatur : neqne dioceſani quandoque ſatis attenderunt ad mandatum ſerio ſibi iniunctum, & quod ſub mortali obligare cenſet Lugo *de Iuſt. t. 2. d. 36. ſect. 7. n. 1116. in fin.* curarunt exequi, & ſententias à iure prolatas aduerſus indebitè granantes Eccleſias, Eccleſiaſticas perſonas, & earum bona. *tam diu*, inquit *d. clementina præſenti, faciant publicari, donec illi ſic exacta reſtituerint, & de tranſgreſsione huiuſmodi ſatisfecerint competenter.* 15. Cur manſit conſuetudo onerandi patrimonialia clerici? 16. Ordinarijs incumbit publicare cenſuras clerum grauantium.

17. Tempeſtates aliquando non permittunt. Quin etiam tales ſæpe fuerunt Eccleſiæ tempeſtates, vt non tantum patrimoniales Eccleſiaſticornm facultates artiperentur; ſed etiam Eccleſiarum agri. *c. conuenio. 23. q. 8.* vbi Ambroſius inquit, *ſi de meis aliquid poſceretur, aut fundus, aut domus, aut aurum, aut argentum, id quod mei iuris eſſet, reſpondi me libenter offerre: templo Dei nihil poſſe decerpere, nec tradere illud, quod cuſtodiendum, non tradendum acceperim.* ſubiungitque liberam, qualem diximus, monitionem. *deinde*, inquit, *conſulere me etiam Imperatoris ſaluti : ſi vult ſibi conſultum, recedat à Chriſti iniuriâ. hæc plena humilitatis ſunt, &, vt arbitror, plena affectus eius, quem Imperatori debet ſacerdos.* quale debitum etiam exigit. d. clem.

d. clement. *præſenti* ab omnibus dioceſanis. quamuis, vt diximus, non omnes ſatis ſemper præſtiterint.

18. De ſoo clerici liberè, non ita de bonis Eccleſiæ contribuunt.

Offerre, inquit Ambroſius, de ſuis facultatibus. id enim ſibi liberum erat: vt & nunc ſacerdotibus de ſuo patrimonio largiri; non autem templo Dei quidquam decerpere. Ambroſium religioſè, nõ minus quã generoſè imitatus eſt noſtro ſæculo, Cardinalis S. Carolus Borromæus: dum illius, Eccleſiæ iura defenſantis, caſtrum patrimoniale Prorex voluit inuadere. Dum quippe cuſtos nollet eò admittere milites, eam in rem miſſos; niſi mandatum domini acciperet; iuſſit mox illi, vt traderet: patrimonij & vaſalli debitum à iure Eccleſię longè ſecernens: nec illius iacturâ Pręſulis officium paſſus eſt labefactari. ſed & mox Rex caſtrum reſtitui iuſſit; & Eccleſiaſticam componi controuerſiam.

Non eodem modo loquitur Ambroſius de bonis Eccleſiæ, quo de ſuis. non illa offert, ſed tolerat grauari. vt rectè Malderus *vbi ſup. dub.* 6. vbi refert hæc illius verba; *ſi tributum petit, non negamus: agri Eccleſiæ ſoluunt tributum: non faciant de agris inuidiam; tollant eos, ſi libitum eſt Imperatori: non dono, ſed non nego. Vide ſup. l. 3. c. 8. n. 12. & l. 3. c. 3. n. 4. & ſeqq.*

Sed & loquitur Ambroſius de violenta ſublatione. qua indirectè cogeretur ad tradendam baſilicam; nam de tributo iuſtè antiquitus conſtituto plenius Vrbanus Papa *in d. c. tributum. de exterioribus Eccleſiæ*, inquit, *quod conſtitutum antiquitus eſt, pro pace & quiete, qua nos tueri & defenſare debent, Imperatoribus perſoluendum eſt.* ſunt & alia *eadem quæſt.* 8. ſed poſterioribus ſanctionibus plenior bonis Eccleſiæ, & Eccleſiaſticorum data eſt immunitas generatim; atque ſine reſtrictione: adeoque & patrimonialibus: Malderus, *vbi ſup. dub.* 9.

19. Plenior ex poſteriori iure libertas, in fructibus beneficialibus.

Lugo vbi ſup. n. 107. extendit ad colonos, cum fructus nondum ſunt ſeparati à ſolo Eccleſiaſtico; ſed adhuc in dominio Eccleſiæ. quin & ad emphyteutam, cuius fundus, quoad directum dominium, Eccleſiæ ſit, non cenſus tantum. ſed nec iterum hæc vſu recepta ſunt vbique.

Cæterum quamuis Eccleſiaſticæ perſonæ earumque bona immunia eſſe debeant à ſolutione gabellarum, *vt etiam tradit Gutierres de gabell. q.* 87. tamen in nouitijs cenſet *q. 95. n. 29. & ſeqq.* ſubiectos eſſe gabellis quaſi eo tempore non ſint religioſi; illudque ſit attendendum: nihilominus d. c. religioſo. argumentum præbet in contrarium, vt effectus non ſit conſiderandus; ſed ſtatus qui interim habetur pro effectu; ſed Gutierr. *n. 35.* imprimis conſiderat leges ſui regni, & *n. 38.* gabellam, vt nouam, ſeu quartam munerum ſpeciem: ideoque quæ ibidem, alijſque in quæſtionibus tractat cum aliqua reflexione legenda ſunt, antequam recedatur ab ijs quæ *n.* 9. dicta ſunt.

CAPVT XVI.

De pœnis eorum qui clerum grauant.

1. Excommunicatio & anathema, & reſtitutionis obligatio.

EXcommunicatio & anathema infligitur. *c. non minus. c. aduerſus. X. de immunit. Eccleſ. & Bulla cœnæ* atque reſtitutionis obligatio. *Binsfeldius tract. de iniur. c. olim. concluſ.* 12. vbi ijſdem etiam quoſcumque conſilio & ope conſentientes, (an & tacentes qui ex officio loqui deberent, quaſi qui tum pro conſentientibus habeantur? *argument. c. 2. de confeſſ. in* 6.) in eaſdem pœnas probat incidere: obligationemque reſtitutionis non tantum pœnalem eſſe; ſed etiam

naſci ex natura rei. vtpote *cum res aliena*, inquit Auguſtinus, *propter quam peccatum eſt,cum reddi poßit, non redditur;non agitur pœnitentia; ſed fingitur: ſi autem veraciter agitur, non dimittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum.c. ſi res.*14.*q.*6. & valdè exagitat *ſub dubio* 2. Binsfeldius eos, qui immunitatem Eccleſiaſticam perturbant, ſacerdotium iudicant, Eccleſiaſtica dirigunt: vt ſæpe patiantur in ſuis, qui vſurpata poteſtate quærunt dominari in alienis: applicatque illud Hoſij ex *Athanaſio ad Conſtantium, quemadmodum qui tuum imperium malignis oculis carpit, contradicit ordinationi diuinæ: ita & tu caue, ne quæ ſunt Eccleſiæ ad te trahens, graui crimini obnoxius fias: & infra, grauia ſunt iſta, ait, & plus quam grauia: ſed tamen iſtiuſmodi, quæ congruunt in eum qui Antichriſti imaginem induerit. Quis enim videns eum in decernendo Principem ſe facere Epiſcoporum, & præſidere iudicijs Eccleſiaſticis, non merito dicat illum eam ipſam abominationem deſolationis eſſe, quæ à Daniele prædicta eſt? cap.* 9 *Matth.* 24. *Nam cum circumamictus ſit chriſtianiſmo, & in loca ſancta penetret, & inibi conſiſtens deuaſtet Eccleſias, abrogans canones, vi cogens vt ſua obtineant, quis vnquam audebit dicere, hoc tempus Chriſtianis pacatum eſſe, & non potius perſecutionem eſſe?* hæc quidem ea potiſſimum ſpectant, quæ regimen Eccleſiæ Chriſti concernunt: ſed & ſuo modo, qui electos in ſortem domini pone Chriſtum in perſonis, rebuſque angariant, & prouentus vſibus diuinis deſtinatos, ad prophanos diuertunt. qui enim quod Epiſcopis & ſummo Pontifici deferri canones volunt, vt cognoſcant quando res Eccleſiaſticæ, Deo oblatæ, diuinis vſibus deſtinatæ, ad onera ſæcularia transferri poſſint, ad ſuum arbitrium trahunt, viderint (vtinam non nimis tardè!) quam longè ab iſtiuſmodi aſſimilatione diſtent.

2. Antichriſti aſſimilatio.

CAPVT XVII.

De conſuetudine circa immunitatem à gabellis.

IGitur de conſuetudine circa immunitatem Eccleſiaſticam à tributis, merito hic aliquid dicere conuenit. nam & Molina *vbi ſup. n.* 5. & Malderus *vbi ſup. dub.* 8. etiam conſuetudinem admittunt ex tacito Papæ aſſenſu in clericis minoribus; & ratione, quod nimium olim multi ad eum gradum aſcēdebant, ſola immunitatis cauſa, cum graui iactura tam Principum, quam reſidui populi, in quem ſolum onera publica incumbebant. quam etiam quidam cōſiderant, dum Eccleſijs, & manibus, vt vocant, mortuis vetant immobilia comparare. vbi illæ maiorem ditionis partem poſſident, reſpublica eneruatur, nec ſuę iam ſufficit defenſioni. nec, quanto illa eget ſubſidio, ſoli populares corrogare poſſunt. aut ea demum permittunt conditione, vt cum populo ex his ſacer ordo contribuat. quod quidem videtur damnari *in c.* 1. *X. de immun. Eccleſ. in* 6. ſed agere de illis, qui infeſto ſunt animo aduerſus Eccleſiam, non ex huiuſmodi neceſſitate ſtatuūt vult Peckius *de amortizat. bon. c.* 6. etſi neque ita admittit Diana *p.* 4. *t.* 1. *r.* 101. *p.* 6. *t.* 3. *per tot.* ſed & Concilium Trid. *ſ.* 23. *c.* 4. tonſuram vetat ijs conferri, de quibus probabilis coniectura non ſit, eos non ſæculari conſideratione, ſed vt Deo fidelem cultum præſtent, hoc genus vitæ elegiſſe: non ergo ijs, qui ad immunitatem dumtaxat aſpirant.

1. In clericis minorum Ordinum conſuetudini aliquid permitti.

2. An & in nimia rerum immobiliũ comparatione?

Diximus ergo *lib.* 1. *c.* 66. de conſuetudine, vt introduci nequeat ad tribuendam iuriſdictionem laicis in clericos: *lib.* 2. *c.* 3. vt reprobata ſit, ne poſſit authoritatem gignere in ſtatuendo, decernendo, legem ferendo, ſuper perſonis, rebuſque Eccle-

Eccleſiaſticis. & multas enumerauimus, ſingulatim à iure reprobatas, etiam illas Anglicas de quibus

3. *An circa collectas?*

D. Thomas Cantuarienſis, Anſelmus, aliijque illic cum Regibus ſæpius decertatur. hic ergo locus dabitur illi tractationi, an conſuetudine, præſertim immemoriali, introduci poſſit, vt clerici laicorum collectis ſubijciantur? Perſonas quidem ipſas ſubijcere, & capitationes

4. *Perſonales?*

indicere, recidit in eandẽ quæſtionem, quæ de iuriſdictione agit, in ipſas perſonas per conſuetudinem quærenda. quamuis enim merito dici ſolet res perſonarum immunitatem naſciſci, & acceſſorium ſequi conditionem ſui principalis; fatendum eſt tamen libertatem ipſam primario competere perſonis; rebus per conſequentiam dumtaxat,

5. *Reales?*

& propter perſonas. & vt rectè dicitur *propter quod vnumquodque tale, & ipſum magis*; ita natura rei perſonas ipſas exemptas, immuneſque magis eſſe, quam res, propter perſonas, immunitatem conſequentes. vt *Matth.* 6. anima plus eſt quã eſca, & corpus plus quam veſtimentum. adeoque videri poſſit minus reprobandam eſſe conſuetudinem immunitati rerum Eccleſiaſticarum aduerſantem, quàm libertati, atque exemptioni perſonarum.

6. *Canones tam immunes iubent eſſe res, quam perſonas Eccl. & conſuetudines cõtrarias damnant.*

Verum id quidem eſt, canones tam rebus, quàm perſonis libertatem aſſerere; & contrariam conſuetudinem reprobare: adeo vt & per immemoriale tempus tolerata, ſi in iudicium deducatur ſuſtinenda non ſit: *vt late deducit Euerard. conſ.* 42. *n.* 48. *& ſeqq.* & authoritatem canonum conſuetudines reprobantium eandem eſſe, atque in omnibus æquè efficacem. quorum reſiſtentia æquè in interitum omnium contrariorum operetur: adeoque & Bullam cœnæ tam rerum, quàm perſonarum libertatem imminui vetantem, æquè in omnes aduerſarias conſuetudines vires derogatorias exercere: nihilominus & illud verum manet, generalem locutionem ex ratione interpretationem capere. vt credamur ſæpius quædam illa non comprehendiſſe; quæ in ſpecie rogati non negaremus. *c. in generali. de reg. iur. in* 6. *& quæ ibi traduntur.* eoque magis quædam ſpecialius prædiligere, vt quæ in aliorum defectum comprehendantur. vt traditur *in l. obligatione D. de pignor.* adeoque quamuis immunitas tam rebus quàm perſonis ſit conceſſa, prædiligatur tamen quæ perſonis: & ægrius toleretur conſuetudo, quæ perſonarum exemptionem, quàm quæ rerum, oppugnet: & conſequenter propius Pontificis tolerantia in rebus, quàm in perſonis, pro aſſenſu capere poſſit interpretationem. quemadmodum Papon *Arreſt. l.* 5. *t.* 11. *art.* 39. recitat etiam Nobiles extra cauſam feudi acquirentes de huiuſmodi bonis gabellas ſoluere, alioquin eſſe liberos; iuſſiſſe Senatum Pariſienſem.

7. *Non poſſunt tamen non videri prædiligere perſonas.*

8. *Tolerabilius ergo nõ eximi patrimonialia bona clericorũ, quam Eccleſiæ.*

Quapropter tolerabilius eſt, vt de bonis patrimonialibus clericorum etiam ſacris initiatorum, gabellæ ſoluantur, quam de bonis Eccleſiæ, quæ diuino ſunt cultui oblata: & quæ ſemel Deo ſunt ſacrata ad profanos vſus, prouentus vectigales, & tributarios trahi non debent.

9. *Tum eorum, qui propriè Eccleſiaſtici non ſunt, ac minorum Ordinum.*

Iterum vt qui in rigore Eccleſiaſtici non ſunt, vel qui ſunt contra præſcripta canonum, & ſpeciatim *d. c.* 6. *ſeſſ.* 23. Trid. non ſeruant, grauari tolerentur, ac multo magis illorum bona patrimonialia: & quo magis diſtant à rigoroſa acceptione vocis Eccleſiaſticæ, tanto facilius eorum grauamina tolerentur.

10. *Tum quanto cauſa iuſtior.*

Item quanto cauſa tributorum iuſtior eſt, & forma exigendi rationabilior, tanto facilius præſumatur ex tolerantia tacitus Papæ conſenſus.

11. Tum quanto directius ad Eccleſiã ſpectant onera.

Ac multo maximè quo propius cauſa accedit ad directum Eccleſiæ, Eccleſiaſticarum perſonarum, rerumque reſpectum, tanto rurſus veriſimilius Papæ conſenſus præſumatur. nam in ijs quæ directè ipſam Eccleſiam, Eccleſiaſticas perſonas, aut res reſpiciunt, *vt de bello ſacro diximus ſup. hoc lib. c.* 8. ad prohibitiuos canones non aliter pertinent, quam ne onera ab ipſis ſæcularibus iniungantur: ſed authoritate Eccleſiaſtica pertractentur.

12. Et bona recentius Eccleſiæ ſunt quæſita.

Denique, ſi etiam facultates Eccleſiæ ad aliquam contributionem ſint vocandæ; facilior conſenſus præſumatur in recens quæſitis, quam disertè iam olim ſpecialius expreſſis. *Vt in Concilio Wormatienſi. c. ſancitum. 23. q. 8. c. 1. X. de cenſib.*

13. In quibuſdam habita rationabilis conſuetudo.

Cum ergo Molina, Malderus, in locis & caſibus *de quibus ſup.* alijque benignè cenſeant de huiuſmodi conſuetudine: & Lugo *vbi ſup. n.* 114. quamuis Romæ, vbi ſcrupuloſius ſcribitur, cenſuerit rationabilem eſſe conſuetudinem in vtramque partem de collectandis bonis

14. Si paulo vlterius ab immemoriali tempore ſit progreſſa, non mox omnibus diris deuota ab omnibus cenſetur.

patrimonialibus religioſorũ equeſtrium militiarum quibuſdam non immerito videbitur immemorialem conſuetudinem, ſi etiam paulo vlterius progrediatur ad imponenda ea onera, quæ iure ciuili Iuſtinianæo imponi ſolebant, non mox omnibus ita diris deuotam eſſe cenſendam, vt canones & Bulla cœnæ generatim ſonat.

15. Præſertim pro expenſis belli ſacri.

Præſertim hoc tempore, atque vbi agitur de bello ſacro, *de quo diximus ſup. l. 3. c.* 8. & ſimilibus cauſis.

CAPVT XVIII.

De oneribus Eccleſiaſticis.

1. Subſidium non vltra neceſſitatẽ exigendum.

AD immunitatem Eccleſiarum etiam ſpectat ne prælati dominentur in clero: ne exactores ſed paſtores videantur: ne prædam quærant potius in ſubditis, quàm ſubſidium. *c. quia plerique. de immun. Eccleſ.* vbi ſingulatim id ſtatuitur,

2. Ne quidem titulo tractandi legati.

ne prętextu procurandi Legati, aut ſimili, plus prælati extorqueant, quàm ſoluant; aut alioquin & reſtituant, alterumque tantum ſoluant: & ſuperior huiuſmodi querelam negligens canonicæ ſubiaceat vltioni. eandemque pœnam canones infligunt prælatis ipſis viſitantibus, & titulo procurationis indebita exigentibus. *c. 1. §. procurationes. c. exigit. de cenſ. in 6.* quod ipſum & innouat, & ad plures caſus extendit

3. Aut viſitationis, procurationiſque ſuæ, vt in Trid.

Conciliũ *Trid. ſ. 24. c. 3. §. interimque. caueant*, inquit, *ne inutilibus ſumptibus cuiquam graues, oneroſiue ſint; neue ipſi, aut quiſquam ſuorum quidquam procurationis cauſa pro viſitatione, etiam teſtamentorum ad pios vſus, præter id quod ex relictis pijs iure debetur, aut alio quouis nomine, nec pecuniam, nec munus quodcumque ſit, etiam qualitercumque offeratur, accipiant: non obſtante quacumque conſuetudine, etiam immemorabili, exceptis tantum victualibus, quæ ſibi ac ſuis frugaliter, moderatéq́; pro temporis tantum neceſſitate, & non vltra, erunt miniſtranda.* vbi plura proſequitur;

4. Vt nihil inſuetum admittatur.

vt conuentiones antiquæ ſaluæ ſint, & conſuetudo nihil ſoluendi, nec quicquam inſuetum admittatur. cuncta ſub obligatione dupli reſtituendi (de cuiuſmodi pœna, & generatim de reſtitutione vide latè Panorm. *Zabarell. Ioan. And. in d. c. quia plerique*) vt tam Cõcilij, quàm veterum canonum intentio ſit, vt clerici à prælatis ſuis nullatenus prægrauentur. *c. cum Apoſtol. X. de cenſib. diximus in Iur. pont. nou. anal. de cenſ. n. 9. & ſeqq. & in Conſult. can. eod. conſ.* 1.

5. Onera ordinaria & extraordinaria.

Igitur inter onera Eccleſiaſtica quædam ſunt ordinaria, quædam extraordinaria, vt in ſæcularibus. ordinaria; cenſus & cathedraticum: ille, vt initio eſt impoſitus

6. Cenſus.

quotannis præſtandus: *c. 7. X. de cenſib.* vt & cathedraticum iuxta antiquum modum, in agnitionẽ cathe-

7. Cathedraticum.

dræ Epiſcopalis. *d. c. 7. 18. 20. c. olim eod.*

8. Procuratio legati.
eod.c.conquerente X. de off.ord. procuratio Legati: *c.ad audiẽtiam X.de præſcript.* decimæ beneficiorum in ne-
9. Decimæ papales.
ceſſitate Sedis Apoſt. *clem. fin.de decim.* charitatiuum ſubſidium: *d.c.*
10. Charitatiuũ ſubſidium.
conquerente, c.cum Apoſtol. X.de cenſib. c.quamquam.eod.in 6. procuratio viſi-
11. Procuratio Epiſcopi viſitantis.
tatis: *c.cum venerab.X.de cenſ.* & quædam ſimilia. *de quibus vide Cucchum in Inſtit.maior.lib.2.t.6.n.40. & multis ſeqq.* vnde & charitatiui ſubſidij ratio extenſa dicitur ad releuatio-
12. Releuatio Epiſcopi, & Eccleſiæ ab ære alieno, rationabiliter contracto.
nem Epiſcopi, Eccleſiæue ſuæ citra culpam ære alieno grauatæ, Cæſarei Senatus iudicio pro Electore Colonienſi aduerſus Abbatem Werdenenſem, aliosque ann. 1431. quod & probauit Menochius *de arbit.l.2.caſ.178. vbi* & alias cauſas proponit.

13. Cura pauperum, hoſpitum, fabricarum &c.
Omitto hic onera procurandorum Viſitatorum, hoſpitum, pauperum, ac fabricarum Eccleſiarum, quæ continuo, vt res poſtularit, clero incumbunt. & proculdubio ita deduci à prouentibus illorum debent, ne exigantur vltra quam facere poſſint, quamquam hæc conniuentibus oculis laici ſoleant præterire; etſi & grauia ſint, & prouentibus Eccleſiaſticis magis propria.

Multo magis Prælati hæc attendere debent, ſubditos non grauare, non cenſus augere, non inſueta & indebita onera imponere, ſeruitia & operas indicere, non angarijs & parangarijs moleſtare: potius defendere ſi inferiores eos exagitent. cum ne laici quidem ſimilibus ſubditos grauaminibus vexare poſſint, quin ad reſtitutionem cogi, & feudo priuari poſſint. *latè Binsfeld. tract.de Iniur.ad c.9.q.9. concl. 1.2.3.4.& q.8.* neceſſitati tamen ineuitabili obſequendum eſt, ſub iuſto arbitrio, de quo vide latè Menoch. *de arbit.l.2.caſ.182.*

14. Charitatiuum ſubſidium vt poſtulari à clero non imperari poſſit.
Poſtulare ſiquidem prælati poſſunt, cum vrget neceſſitas, charitatiuum ſubſidium. de quo paulo latius videamus. Opponitur enim tallijs, & exactionibus à Concilio Lateranenſi, *in c.cum Apoſtolus, §.1. X.de cenſib. prohibemus*, inquit, *ne ſubditos ſuos tallijs & exactionibus Epiſcopi grauare præſumant. ſuſtinemus autem pro multis neceſſitatibus, quæ aliquoties ſuperueniunt, vt, ſi manifeſta ac rationabilis cauſa extiterit, cum charitate moderatum ab eis valeant auxilium poſtulare.* poſtulare, inquit Concilium: eſt autem poſtulare *in l. 1. D. de poſtuland.* deſiderium ſuum exponere: & in canonibus poſtulatur, qui eligi non poteſt: *c.vlt.X.de poſtuland.* poſtulat ergo, qui ius imperandi non habet. &, vt exigit Concilium, vt cum charitate poſtuletur; charitas facit, vt alter alterius onera portet: talliæ autem, & exactiones authoritate imperantur. quare qui tallias imponunt, exactiones faciunt, grauiter in canones impingunt: quod ſi prælati iuriſdictionem etiam habeant temporalem, & in illius vim tallias exigant à clericis, in pœnas incidere, vniuerſim per canones propoſitas, ſatis conuincunt canones generatim, contra offendentes libertatem & immunitatem Eccleſiaſticam, lati: Bulla *cœnæ. §. quique collectas. 18. in verb. quauis etiam pontificali dignitate inſigniti.*

Igitur charitatiuum ſubſidium, vt ſuo nomini reſpondeat, benignè & ſuauiter petendum eſt; tanquam auxilium, pro neceſſitate; non pro authoritate tanquam debitum. eademque poſtulatio *d.§.1.* permittitur Epiſcopis: inferioribus
vero negatur: per antitheſim. *§. Ar-* 15. Pro neceſſitate, non ex authoritate.
chidiac. vero ibid. gloſſ. in verb. exactiones, niſi forte conſuetudine obtinuerint.

Permittit autem tantum d. §.1. 16. Parcis prælatis non prodigis, amicos ditantibus.
Epiſcopis pro neceſſitatibus, quæ ſuperueniunt, vt poſtulare auxilium poſſint: non illis ergo, qui prouentus ſuos prodigunt; qui modeſta ſupellectili, & menſa, ac frugali victu contenti non ſunt: *iuxta Concilium Trid.ſeſſ.25.c.1.* non illis, qui the-

theſaurizare volunt; ſubditis graues; quos paſtorum more deberent fouere. *contra d. c. cum Apoſtolus. in princ. & d. §. 1.* multo minus illis, qui ex reditibus Eccleſiæ conſanguineos, familiareſue ſuos augere ſtudeant: *contra d. c. 1. ſeſſ. 25. Trid.* neceſſitas ergo exigitur; & vt oneri prouentus Epiſcopales, parcè adminiſtrati, non ſufficiant.

Poſtulatio etiam indicat debere Epiſcopos deſiderium ſuum, cauſamque neceſſitatis exponere Capitulo ſuo, & clero: vt quod omnes tangit, ab omnibus approbetur; & conſenſus obtineatur: ſecundùm

17. Expoſita neceſſitate manifeſta, & cauſa rationabili.

ea quę decreuerunt canones, *De his quæ fiunt à prælatis ſine conſenſu Capituli.* neque enim ſufficit ſola Epiſcoporum neceſſitas; ſed & vt ſit *manifeſta*, inquit d. §. 1. *& rationabilis cauſa.* qui enim in neceſſitatem ſua culpa ſe coniecit, ſibi eam habet imputandam.

18. Moderatum.

Iterum *moderatùm*, inquit d. §. 1. *valeant auxilium poſtulare.* auxiliares in bello copiæ accedunt principali exercitui; non ergo onus omne in clerum reclinati debet; ſed ſubſidium ille ferre grauatis Epiſcopis; quorum prouentus principaliter conuenieudi ſunt; ita, vt moderatum ſemper ſit auxilium, arbitrio boni viri tam quoad quantitatem, quam tempus; ſi in plures annos quid conferri poſtuletur: quam quoad cumulationem aliorum onerum; ſi fortè in idem tempus vel decimæ Papales incidant; vel Imperatoria aduerſus Turcam; Principum aduerſus hæreticos, aut rebelles ſubuentio.

19. Secundum ſuam cauſam: quos ea reſpicit.

Denique moderatio eſſe debet ad menſuram cauſæ. vt ſi prælatus, Imperij Princeps, ad comitia Imperij vocetur; ſubſidium non grauius poſtuletur, quam digna proficiſcentis cum parcimonia exhibitio requirat. ſed & cauſa expendenda eſt, quem reſpiciat. comitia quæ habentur vt ditiones à Turca, hæreticiſue defendantur, clerum reſpiciunt non minus, quàm populum: rationabilis ergo hæc cauſa eſt, vt à clero ſubſidium poſtulari poſſit: ſi comitia autem habentur pro adminiſtratione temporali ditionis; & ijs, quas d. c. non minus, *d. c. aduerſus. de immunit. Eccl.* vocat communes vtilitates, vel neceſſitates; tum clerus in ſubſidium vocari non poteſt, niſi cum laicorum non ſufficiunt facultates: de cauſa tunc clerus cum Epiſcopo deliberat, & conſulitur Pontifex. *iuxta d. c. non minus. d. c. aduerſus.* de charitatiuo ſubſidio vide plenius Binsfeldium *tract. de Iniur. ad c. olim.*

LIBER IV.

LIBER QVARTVS.

CAPVT I.

De vtriuſq; iuriſdictionis concordia.

1. Vna iuriſdictio alterã iuuare, non impedire debet.

QVOD ſi perſonis priuatis non tantum liceat; ſed etiam oporteat, inuicem ſubſidium & defenſionem præſtare, *vt late Binsfeld. tract. de Iniur. ad c. 9. q. 7.* multoque magis à perſonis publicis officiorum ratio id exigat: *Binsfeld. ibid. concl. 7.* non tantum vna alteram impedire iuriſdictio non debet; nec inuicem ſe compati dumtaxat: ſed etiam iuuare, & in commune bonum amicè conuurare. Id operæ pretium eſt ſpecialius nonnihil diſquirere; & quatenus inuicem ſe reſpicere, colere debeant ac obſeruare. Igitur hæc res humanas debet Iuriſdictio, illa diuinas curare: hęc bonum, & tranquillitatem publicam; illa ſalutem debet animarum atque ita quidem inter chriſtianos, vt quies publica

2. Eccleſiaſtico fini ſæcularis ſubſeruiat.

ſubſeruiat animarum ſecuritati. vt ſemper meminerint Principes, Magiſtratus, Iudices ita regere, vt nunquam neſciant; nihil homini prodeſſe, *ſi vniuerſum mundum lucretur, anima vero ſuæ detrimentum patiatur.* nunquam obliuiſcantur Eccleſiaſticam poteſtatem conſtitutam eſſe *ſuper gentes, & regna; vt euellat, & deſtruat, ædificet & plantet.* vt ſi quid

3. Eccleſiaſtica poteſtas contraria corrigat.

humanarum rerum proſperitati congruum ſit, ſaluti autem animarum aduerſariũ; impediatur, euellatur, deſtruatur: ſi quid ſaluti animarum neceſſarium; ædificetur, atque plantetur: ſi deuiarit poteſtas terrena, in viam reducatur à ſpirituali, *c. vnam ſanctam de maior. & obed. in extrauag. commun.* ſi facta Regum, Principum, Magiſtratuum aut publica ſint peccata, aut euidenter iniquitatem inuoluant; debet ſpiritualis poteſtas inquirere, & corrigere, *c. 1. X. de off. ordin. c. noui. X. de iudic.* arguere, increpare, obſecrare: quin & publicè peccantes palam corripere, iuxta Apoſtolum. 1. *ad Timotheum c. 5. c. ſed illud. 45. diſt. c. ſi peccauerit verſ. ergo 2. q. 1. Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 8.* quomodo Ambroſius Theodoſium reprehendit, & ad pœnitentiam depoſita purpura adegit: & ad legem condendam, qua impoſterum obuiam iretur, ne ſimilis Theſſalonicenſi cædes, aut properata nimium condemnatio deinde contingeret. Innumera ſunt Pontificum, atque Epiſcoporum exempla, qui notoria Principum, magiſtratuumue crimina publicè reprehenderint; increpando, obſecrando, corripiendo. vt Eudoxiæ iniuſtitiam Chryſoſtomus, libidinem Boſleſlai Staniſlaus; iniquas leges, & Eccleſiæ iniurias Henrici II. Thomas Cantuarienſis, qui nec exilia, mortemue pro ſalute animarum timuerunt. vtinam hodie accenderetur zelus omnium poteſtatum Eccleſiaſticarum ad impedienda, refrænanda, & in fonte ſuo extinguenda peccata. fontem dico, hæc bella, quæ hodie totam Europam occupant. vnde ſcelerum miriades naſcuntur. quomodo Alexander III. *in c. 1. X. de treug. quoniam,* inquit, *funiculus triplex difficilè rumpitur, præcipimus, vt Epiſcopi ad ſolum Deum; & ad ſalutem populi habentes reſpectum, omni trepidatione ſepoſita ad pacem firmiter tenendam mutuum ſibi conſilium, & auxilium præbeant: neque hoc alicuius odio vel amore prætermittant. quod ſi quis in hoc opere trepidus inuentus*

4. Etiam poteſtates, ſi opus, palam.

5. Etiam crimina corripere Principum ſolet.

6. Etiam iniuſta bella ſigulatim.

uentus fuerit, damnum propriæ dignitatis incurrat. vtinam, inquam, accenderetur zelus Eccleſiaſticarum poteſtatum, vt intrepidè tam ea conſilia, & auxilia præſtent, quæ ad pacem dirigant, ac ſalutem populi; quam reſiſtant frigidis illis ſalamandris, quæ politica conſideratione bella excitant, aut fouent. Vnde tam ſcelerum propagines, quam fidei ac religionis exterminia prognaſcuntur. vt pomeria terrena producant, limites amplient, ſecuros poſſideant, poma aurea alienis ditionibus, atque diſſidia immittunt, nutriuntue: cultus Dei, fidei, ac religionis cura neglecta. vnde & deplorandum eſt hodie

7. Et politiciſmos.

maximè, quod olim querebatur D. Hilarius ad Conſtantium; *facta eſt fides temporum potius, quam Euangeliorum. dum & ſecundum annos ſcribitur, & ſecundum confeſſionem baptiſmi non tenetur. periculoſum nobis admodum, atque etiam miſerabile eſt, tot nunc fides exiſtere, quot mores.* Hi ſunt fructus huiuſmodi bellorum, conſiliorumque politicorum, horum ſeminatoribus Eccleſiaſtici præſides palam, fortiterquè obuiam ire optandum eſſet: inculcare diuina

8. Quos etſi tardè, grauiter tamen ira Dei punit aliquando.

verba ad Salomonem *lib. 3. Reg. c. 11. quia habuiſti hoc apud te, & non cuſtodiſti pactum meum, & præcepta, quæ mandaui tibi, diſrumpens ſcindam regnum tuum, & dabo illud ſeruo tuo.* ſed & ſeruus illius Ieroboam, quia fecerat ſibi Deos alienos, & conflatiles, ne ſubditi aſcenderent in Ieruſalem, & ad priores ſuos Reges reuerterentur, percuſſa perijt tota domus Ieroboam. *lib. 3. Reg. c. 14.* ſed & Iehu percuſſor in Regem eleuatus non cuſtodiuit, vt ambularet in lege domini, nec receſſit à peccatis Ieroboam, & malè item à Deo mulctatus eſt. optimè de Iudæis Auguſtinus *tract. 43. in Ioannem dicebant*, inquit, *quid faciemus, quia hic homo*

9. Temporalia & ſpiritualia auferendo.

multa ſigna facit? ſi dimittimus eum ſic, omnes credent in illum; & venient Romani, & tollent locum noſtrum, & gentem. temporalia perdere timuerunt, & vitam æternam non cogitauerunt; ac ſic vtrumque amiſerunt. id quod vtrumque ſæpe contingit politicis: vltimum autem ſemper ijs, qui iniqua bella ſuadent, ſuſcitant, fouent; ſcelerum damnorumque cauſæ: dum qui talia agunt, digni ſunt morte, nō ſolum qui ea faciunt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus. *ad Rom. c. 1.* nec dimittitur peccatum dum non reſtituitur ablatum. & qui cauſam damni dat, damnum dediſſe cenſetur. his inquam ſentibus, & vepribus euellendis conſtituti ſunt præſules Eccleſiæ, ſuper gentes & regna: virga & pedo armati ſunt, vt ſicubi oues ſuas viderint deuiantes, in viam rectam cogant: in viam ſalutis, virgâ directionis, virgâ regni ſpiritualis. datum eſt denique pedum, vt quos monitis flectere non potuerint, armis ſpiritualibus in ouile Chriſti compellant intrare: & inuitos etiam dirigant in viam pacis; in viam ſalutis. ob quam & duo gladij ſunt in Eccleſia: alter pro Eccleſia; alter ab Eccleſia exerendus: alter ſacerdotis; alter manu Regum, & militum; ſed ad nutum & patientiam ſacerdotis. *d. c. vnam ſanctam.* innuere ergo debet ſacerdos quādo exerendus, & quando in vagina ſit recondendus: quando bella, quæ politicè vtilia videntur, iniuſta ſint; & occidant animam bellantium, & bella indicentium. hæc niſi indicauerint, qui poſiti ſunt ſpeculatores, anima quidem iniqui peribit, requiretur autem à manu ſpeculatoris. hoc igitur officium debet imprimis poteſtas ſpiritualis ſæculari: vt in rebus huiuſmodi ſummis, ſumma animi contentione, zelo, atque prudentia id innuat, vrgeat, oportunè, importunè, quod neceſſarium ſit ad ſalutem communium ouium ſibi commiſſarum: ſed earum imprimis, quæ præëminent; quarum exempla cęteri ſequuntur; quibus vel ad interitum præeunt,

10. Ideo Præſules in Eccleſia vt ædificent, & plantent: euellant, & diſtruant.

11. Alioquin ſpeculatoris non buccinantis pœnam expectaturi.

vel

vel ad ſalutem. Ita *Iſai. c. 62. ſuper muros tuos Ieruſalem conſtitui cuſtodes*: ita Eccleſia, etiam militans terribi-lis, vt caſtrorum acies dicitur ordi-nata: ita Petro claues datæ, & cura paſcendi: ita Principes ſubditique vocem Paſtoris audiunt: & in illius defenſionem gladium portant. *c. boni d. 96. c. tributum. c. principes. c. Maximian. 23. q. 3. c. Chriſtianus. 11. q. 1.* ita in confirmatione Imperatori tradi-tur gladius *in defenſionem S. Matris Eccleſiæ; vindictam malefactorum, laudem bonorum. Pontifical. in coronat. Imperat.* Denique ideo in Eccleſia di-uerſi ſtatus, atque officiorum gra-dus, vt alij alios iuuent, ſuſpiciant, complectantur. *c. ad hoc. d. 89.*

CAPVT II.

De Inhibitionibus Iudici ſæculari ab Eccleſiaſtico prouidè faciendis.

1. In his quæ ſoli Eccleſiæ competunt, res plana eſt.

SÆpius mentio eſt in iure de hu-iuſmodi inhibitionibus. neque difficultatẽ pati poſſunt in ea ma-teria, quę per canones ſoli Eccleſiæ reſeruatur: *M. Ant. Gen. in prax. c. 78.* vt fidei, ſacramentorum, ſimilium-que cauſarum, quarum laici ſunt incapaces, ſeu quę ad eos deferri nõ poſſunt ſine imminutione Eccleſia-ſticæ libertatis. ob cuius conſerua-tionẽ D. Thomas Cantuar. iniquos conſiliarios deterrere fruſtra co-natus, diris deuouit: ipſe gladijs im-piorũ occubuit. ſic à præſumptiõ-ne & temeritate c. ſæcular. *de for. compet. in 6.* ſæculares Judices decer-nit cenſurà Eccleſiaſticâ compeſ-cendos. c. licet *de iureiur. in 6.* ſi-mili cenſura ad ſeruandum ius ca-nonum in obſeruatione iuramenti: *c. 2: de except. in 6.* ſimiliter ab ini-quitate reijciendæ exceptionis rei per Iudicem Eccleſiaſticum iudi-catæ: *c. decernimus. de ſent. excommun. in 6.* vt ſimiliter cogantur re-pellere excommunicatos ab agen-do, patrocinando, & teſtificando, verum in ijs, quæ eiuſmodi incapa-citatem non ſecum trahunt, ſed mixtæ potius cognitionis ſunt; cir-cumſpectè admodũ eſt verſandum. *vt diximus lib. 1. c. 43. n. 11.* apud nos edictum Imp. Car. V. ſi cum Regijs Iudicibus controuerſia incidat, iu-bet vti requiſitorijs; quibus ſi non deferatur, accedi Regia Concilia, vt prouideant. cuiuſmodi ſtatutum ſi recipiatur, vt expediens; probe-turque ab Eccleſia; eo ſpectare vi-debitur, vt incommoda vitentur, quæ ſæpius oriuntur ex diſputa-tionibus, quæ fiunt ſine præſide: nõ tamen iure vires cenſebitur obti-nere, vt Eccleſiam exarmet; aut in illam ſtatuat poteſtas ſæcularis; au-ferat, reſtringatque à Chriſto tra-ditas Petro claues: ſed potius de-cretum d. c. ſæcular. hac in par-te declarat nullam eis competere iuriſdictionem: *Vide M. Ant. Gen. vbi ſupra.* Poterit etiam Iudex ſæcu-laris præſcribere parti terminum, intra quem coram Iudice eccleſia-ſtico ſe præſentet: non huic, intra quem expediat: ſed hic moroſo po-teſt terminũ præfigere ſub pœna, quod eo fruſtra lapſo permittetur ſæculari progredi, perinde atque ſi huiuſmodi exceptio propoſita non eſſet. *M. Ant. Gen. ibid.* Concordata Brabantiæ an. 1541. ſuo in caſu an-num præfigunt.

2. Cenſuris Eccleſia vtitur pro obſeruatione iuramenti.

3. Pro authoritate rei ab ea iudicatæ.

4. Repellendis excommunicatis.

5. In his quæ mixti fori valde maturè procedendum.

6. Quid hic Edicta?

7. Non ad exarmandam Eccleſiam.

8. Iudex etiã ſæcularis parti præſcribit terminum, vt compareat coram Eccleſiaſtico.

CAPVT III.

De auxilij inuocatione.

1. Iudicem iudices mãnum auxiliarem præſtant.

COntingit Iudicem, qui de cauſa cognouit, pronuncia-uitque exequi ſententiam nõ poſ-ſe: ſi v. g. damnatus ſit extra ſuum territorium; vel clericus in expẽſas damnatus, aut ex reconuentione, iure requirit Iudicem alterius ter-ritorij, ſeu Eccleſiæ, vt ſenten-tiam exequatur. ſicut refert M. Aut. Gen. in S. Concilio Neapol. fuiſſe deciſum, concernentia exe-

 cutio-

cutionem remittenda eſſe ad Iudi-
cem Eccleſiaſticum. *In prax.Neap.*
c.76.c.12. debentque id inuicem ſi-
bi Judices, vt auxilio ſint iuſtitiæ
exercēdæ. ratius antem requiritur
Eccleſiaſticus à ſæculari, quã con-
trà. quod penes hunc ſir manus mi-
litaris. rametſi aliquando, per frau-
dem quidam facultates ſuas occul-
2. Etiam Eccleſiaſticus per cenſuras ſæculari. tant, ne poſſint à Iudice argui. cui
maliti§ deferendum non eſt; ſed per
cenſuras eſt fraus, & improbitas
cöercenda. quomodo refert Cha-
rondas *Reſponſ.lib.2. reſp.*28. iudica-
tum, iure dominum directum à va-
ſallo, & conſcijs per monitorias
cenſuras exigere titulos conceſſio-
nis, quos habebant quidam occul-
tatos. cum porro non eſt euidens
3. Præſertim aduerſus in iuſtos occultatores. fraus, ram in vim Concilij Trid. *ſ.*
25. *c.*3. quam conſtitutionũ regia-
rum in Gallia, *Charon.lib.1.reſp.42.*
vix in ciuili canſa locus eſt cẽſuris;
quamdiu executioni aliud ſupereſt
auxilium. quod idem ſingulariter
4. Vix in cauſa ciuili, cum aliter executio fieri poteſt. in clerico *lib*, 13. *reſp.* 4. decretum
memorat. ne ob debitum ciuile
cenſuris ſubijciatur, quando ta-
men extra regulas communes ſua-
debit æquitas quem percelli, quem
aliter cogere non poteſt Judex; cen-
ſuram requiſitus interponet Ec-
cleſiaſticus. vt non ita pridem Pro-
curator Regius monitorias petijt
ab Ordinario B. aduerſus eos,
qui merces naufragas, domino non
apparente Principi debitas, rapue-
rant.

5. Æquitas monitoriatum. Monitotiatum æquitatem com-
mendat, quod ad curam magiſtra-
tus pertinet, prouidere vt proba-
tio rerum ſalua ſit. *l. curent. D. de te-*
ſtib. Concilium porro *Trident. ſeſſ.*
25.*c.3.* de monitorijs, *ne Iudex ad*
6. Poſtulandæ illæ a ſæculari magiſtratu, non imperandæ *eas*, inquit, *concedendas cuiuſuis ſæcula-*
ris etiam magiſtratus, authoritate addu-
catur. ſunt tamen illæ in ſubſidium
iuſtitiæ inuentæ: vt cum deſunt alia
probationum genera, poſtulari poſ-
ſint (neque enim aliâs poſſunt. *citati*
à Barboſ. in Collect. DD. ad Concilium
Trid.d.c.3.n.19. diximus ſupra lib.1.c.5.
§.7.l.4.c.3. & in Iur. pont.nou. anal.de
excom.n.1.) ſed ab eo dumtaxat cu-
7. Et ab eo cuius ciuiliter intereſt. ius ciuiliter intereſt. ita enim de-
creuit Pius V. *decreto quod refert*
Piaſ.in praxi p.2. c.4. n.84. Eoque ar-
guitur ad requiſitionem Judicis
ſæcularis, huiuſmodi monitorias
concedi non poſſe: ſed aliter nihil-
8. Sub quo & Iudex pro damno reip. auertendo; ominus eſt ſtatuendum: non tan-
tum quando Iudex ſæcularis id pe-
rit pro ſubſidio iuſtitiæ, inter liti-
gantes coram ſe reddendæ, ſed e-
tiam pro pecunia, & rebus publicis,
ſi quæ ſubſtractæ ſint. quippe qua-
rum cura ex munere publico ad
eum pertinet, adeoque illius inter-
eſt ciuiliter. non eadem ratio fuerit
ſi de puniendo crimine agatur, &
aduerſus conſcios monitorias Iu-
dex peteret. quippe criminalibus
9. Non ſi criminaliter agatur. cauſis cöoperari Iudex Eccleſiaſti-
cus non debet: minus huiuſmodi
rigorem adijcere. imo ſtylus pro-
hibitionem & cenſuram ſubijcit, ſi
Iudex in criminalibus reuelatione
facta vtatur. *Barboſ. de poteſt. Epiſc. al-*
leg.96.n.33.

10. Iuſtitiæ cauſæ tribuantur nõ alicuius authoritati. Non ergo mens Concilij eſt *in d.*
verſ. Nec ad eas concedendas excludere
poſtulationem Judicis, quamuis
priuatim illius non interſit; ſed rei-
publicæ dumtaxat: ſed eo ſpectat;
ne vllius, inquit, *authoritate adducatur:*
non id magiſtratui tribuat, & po-
tentiæ; ſed iuſtitiæ cauſæ. eoque
11. Arbitrio ſolo iudicis Eccleſiaſtici. ſubiungit ſed totum hoc *in Epiſco-*
pi arbitrio, inquit, *& conſcientia ſit*
poſitum. prout ſubſequenter ex ad-
uerſo Concilium, vbi conceſſæ
ſunt monitoriæ, nefas eſſe vult ſæ-
cularibus ſe immiſcere; ſub prætex-
tu quod contenta in decreto d. c.3.
non ſint obſeruata. *cum non ad ſæcu-*
lares, inquit, *ſed ad Eccleſiaſticos hac*
cognitio pertineat. Huc ergo ſpectat d.
verſ. *nec ad eas*; nõ vt magis excludat
publicam Iudicis, quam priuati cu-
iuſque poſtulationem; non præce-
ptum. *Nauar de ſent. excom. conſ.6.* vt
12. Qui etiam ex officio quandoque eas publicat. ex officio etiam ſuo ipſe Iudex Ec-
cleſiaſticus in rebus Eccleſiaſticis
ſublatis procedit, vt factum eſt in

c.vn.

c. vnic. de furt. in extrauag. commun. vbi formula huiuſmodi literarum exhibetnr. *Vide Quarant. V. excomm. ad fin. reuel. verſ. Quæ clauſula.*

13. Nunquàm adminuendam Iuriſdictionē ſæcularem.

Sed & iterum ad priuati, cnius intereſt, petitionem conceſſæ monitoriæ aliò flecti nō debent, quam ad ſubſidium iuſtitiæ ferendum: non vt per eas cauſæ à competentibus Iudicibus abſtrahārur: ſed reſtes ad Iudicem, coram quo agitur, teſtimonium eant dicturi, reſtitutio domino fiar ſeu directè, ſeu per ſuppoſitas ſecretò perſonas, ſi qua reſtituentem aliàs ſequi poſſet infamia.

14. Non pro re leui, ſed graui ſingulariter exprimenda.

Exigit porro Concilium, & rem non vulgarem, & cauſam diligenter, atque magna maruritate examinatam. Pius etiam V. *in d. decreto.* vr res in ſpecie, non in genere exprimatur. de alijs requiſitis vide *Barboſ. d. all. 96. n. 14. & ſeqq. & alios paſſim,* & de diligeoti maturoque cauſæ examine Barboſ. *ibid. n.* 40. Et ſecundum hæc vel Iudex in ſubſidium probationum petens, vel Iudex concedens monitorias, gerere ſe omnino debent.

15. Frequenter Eccleſiaſticus manum ſæcularem implorat.

Vice verſa frequentiſſimum eſt, vt Eccleſia auxilium poſtulet brachij ſæcularis. ſiue quid ſingulariter decreuit, pronnntiauir, ordinauit; ſiue generatim aduerſus porentem improbitatem: ſiue ad illam generaliter cöercendam, quæ terminos Eccleſiæ iam exceſſit.

16. Principes, Præſides debent, iurantque Eccleſię defenſionem.

Generatim renentur Principes ad Eccleſiæ defenſionem. *c. boni Principes. diſt. 96. c. tributum. c. principes. 23. q. 8. c. Maximianus 23. q. 3. c. chriſtianus 11. q. 1.* ſic *in c. tibi domino. diſt.* 63. Imperator defenſionem Eccleſiæ Romanæ iurat. & plenius *in clem. 1. de iureiur.* & alij Reges, *vt diximus in Hiatu. lib. 3. c. 4.* vti & prouinciarnm Præſides ex præſcripto legum iurabant in Eccleſiæ defenſionem. qua etiam ratione Jmperator Otrho *in d. c. tibi domino. cuicumque,* inquir, *Italicum regnum commiſero, iurare faciam illum, vt adiutor tibi ſit ad defendendam terram Sancti Petri ſecundum ſuum poſſe.* Eccleſiæ enim militantis vnum corpus eſt. *vt late Marth. de iur. p. 1. c. 49.* cui omnia membra debeant obſequinm. Sic Bonifacius Papa requirit, Honorius Jmp. impendit auxilium contra ambitioſos rurbatores electionis pontificiæ. *c. 1. & 2. diſt. 97.*

Irerum iuriſdictio Eccleſiaſtica certos lenitati ſuæ præſcripſir terminos, quibuſdam in criminibus, vltra quos nolit ſuos Judices pœnas prẹſertim ſanguinarias exaggerare. & tamen exigit ſæpe reipublicæ ſalus, ne huiuſmodi delicta maneaor impunita. brachiũ ergo ſuum Judex ſæcularis eò extendit. quæ proſequitur Martha *lib. 1. c.* 48. *& ſubſequenter c.* 50. quod Epiſcopus poteſt habere familiam armatam, & de grauibus etiam cauſis cognoſcere; eriam ſæpe aduerſus laicos; capturam decernere, & exequi ſed ob potentiam reorum egeat auxilio Magiſtratnum, Principum, atque Regum. qui adeo quidem teneantur illud exhibere, vt ſi rergiuerſentur, per cenſuras ad illud cogi poſſinr. *idem c. 52.* de qua re plenius *infra c. 6.* 17. Lenitas Eccleſiaſtica, ſequelam iuſtitiæ ſæcularis vt habeat.

18. Cenſuris cogi ſæcularis ad auxilium poteſt.

De brachij ſæcularis auxilio inuocando diximus *ſupra lib. 1. c. 3. c. 64. & in Conſult. can. de re iud. conſ. 1.* vr inuocari poſſir, & poſt Concilium Trident. ferè debeat, non præuijs cenſuris, præſertim aduerſus laicos. quamuis foret olim controuerſum an cenſuræ remedium auxiliare, quaſi extra ordinarium, præcedere deberent. *Martha d. c. 50.* 19. Inuocatur illud etiam aduerſus clericum.

Nam fere aduerſus clericum pleriſque viſum fuit non inuocandum auxilium brachij ſæcularis. tamerſi contrarium alijs placuerit: & Curia Romana obſeruet. *Tuſc. in v. brachium. concl. 125. n. 8.* quippe cum imploratur brachium ſæculare, non obtinet ratio d. c. 2. neque Judex ſæcularis iure & marte ſuo clericnm perſequitur;

ſed ipſe Iudex Eccleſiaſticus per ſæcularem, tanquam mandatarium,& anxiliarem cenſetur agere. *c.vt fama.X.de ſent. excom.qui facit per alium, eſt perinde ac ſi faceret per ſe.* & *poteſt quis per alium quid poteſt facere per ſeipſum.c.68. & c.72. de reg.iur.in*

20. Imploratus iudex ſæcularis cenſetur facere vt auxiliare inſtrumentum.

6.inductum eſt d.c.2.aliaqne id genus, in gratiam Eccleſiaſtici ordinis,ſeu Eccleſię, retorqueretnr autem in odium, ſi per auxilium brachij ſæcularis non liceret vindicare Eccleſiæ contemptum, & contemnentem ad obedientiam cogere,quamuis clericum.& vero *d.c.3.*

21. Permittitur ideo ſic rerum clerici captio, perſonæ diſtrictio.

ſeſſ.25.Concilij Trid. in clericis etiam obtinet.*contra quoſcumque*,inquit,*etiam laicos*: magis ergo & clericos.vt dicendum ſit & in clericis captionem pignorum, perſunarumque diſtrictionem à Iudice Eccleſiaſtico per ſuos proprios, aut alienos executores faciendam obtinere. ac etiam alia iuris remedia præmitti, antequam ad cenſuras deneniatur. captiones ergo & diſttictiones, ſi armatam manum exigant, permittit ratio Concilij; vt contumacia quamuis clerici comprimatur, etiam implorato brachij ſæcularis anxilio. *d.c. vt fama.* imo magis iu clericis otdo cenſurarum poſtremus eſſę debet, quo minus Eccleſiaſtica officia retardentur. *vt ex reſponſo Charondæ lib. 13. c. 4. diximus.*

22. Arbitrium Iudicis eſt, quaodo cenſuris, quaodo brachio vtatur.

In arbitrio autem eſt Indicis. quando ſibi videatur vtendum cenſuris, vel imploratione brachij auxiliaris.*d.c.3.§.quod ſi executio in verb. arbitrio ſuo.§.in cauſis verſ.ncfas.* cum iudicat opus eſſe, ſeu neceſſarinm anxilium. *c. 1. X. de off. ordin.c.* 1.*de ſtat.regul.in 6.c.2. X.de maledicis.* vti-

23. Io ſummis delictis fit degradatio & traditio brachio ſæculari.

que niſi in ſummis delictis. cum etiam & degradationem & traditionem brachio ſæculati canon exigit.*c.ad falſariorum.X.de crim. falſ.* vt plura ſunt apud Martham *d.c.*18.

24. Implotator & illud aduerſus Papā ſimoniacè electum

Fxtrauagans Iulij II. de ſimoniaca Papæ electione,petmittit Cardinalibus, qui ſimoniacæ Papæ electioni ſe opponunt, ſi ille præſumpſerit ſe regimini Eccleſiæ vniuerſalis prætextu talis electionis ingerere, auxilium brachij ſæcularis contra eum implorate. ſed enidens debet eſſe huiuſmodi ſimonia. vt & aliâs res iudicata.nam ſine ſententia, ſi anxilium brachij ſæcularis imploretur,rectè negatur. *Tuſc.poſt Frederic.de Senis vbi ſup.n.12.*

Igitur propriè imploratio btachij ſæcularis cenſetnr, cum quid Iudex Eccleſiaſticus decernit, nec per ſe ſatis ſufficit ad potentiam alicuius cöercendam: *c. quoniam.in fin.X.de off.ordinar.*

25. Propriè imploratur, cū quod iudex decreuit, exequi non ſufficit.

Iudex porro delegatus ante implorationem brachij ſæcularis,mādat Ordinario, cum ipſe familiam non habeat armatam, vt ſuam ſententiam exeqnatur. ſi ille autem non vult,aut non poteſt; ipſe exequitur authoritate Apoſtolica: & per cenſuras iure etiam comprimit reſiſtentes.*c.ſignificaſti. X. de off. deleg.* ſed omittere iam poteſt cenſuras,& implorare brachium ſæculare. *iuxta d. c. 3. ſeſſ.25. Concil.Trid.* quia ratio illins decreti non minus obtinet in delegato,quam Ordinario. quare & in ſubdelegato, & in ſubdelegatore,executore, idem receptum eſt. *citati apud Martham d.c.50.n.27.& ſeqq.*

26. Delegatus imperat Ordinario, vt præſtet auxilium; niſi is fecerit, ipſe cenſuris vtitur.

Et licet in reſcriptis delegationum adiici ſoleat clauſula facultatis implorandi brachium ſæcnlare, explicationis id fit gratia. qua ſæpe exprimuntur, quæ natura inſunt, nec hanc mutat expreſſio. *c.licet.X. de off. ordinar. notatur in c. mandatum. X.de reſcript.*

Quamuis etiam *in c.vt officium §. denique. de reſcript. in 6.* ea clauſula exprimatur, non ideo magis minuſue licet implorato Iudici acta implorātis examinare.quia æquum non eſt litem alteram conſurgere ex priori.*l.3. C. de fruct. & lis.exp.*& *executori non eſt facultas*, inquit c.de *cætero. X. de ſentent. de toto negocio cognoſcendi, ſed debet quæſtiones quæ inciderint*

27. Implotato non licet examinare acta implorantis.

derint ad S.A.referre. idque tum maximè obtinet cum non executio ab implorato ſit, ſed familiam ſuam tantum accommodat. *M.Ant.Gen. in prax.c.37.* & ſic etiam ſonat Concilium *Trid. ſeſſ. 25. de reg. c.22.* vt requirentes non requiſiti exequantur, ſed ſubſidium præſtent. Sic & Henricus III. edicto 1580. art. 24. ſententijs Eccleſiaſticorum exequendis brachium ſęculare præſtari iuſſit, acta examinari vetuit. vt & Philippus II. edicto ad Synodum Cameracenſem 1587. *art.18. Vide.ſ. c.8. n.* 8. Neque vero permittitur examen *in c. adminiſtratores. 23. q. 5.* quippe audiunt, examinant, & corrigunt poteſtates ſæculares, non acta Iudicum Eccleſiaſticorum; ſed *querimonias*, inquit, *Epiſcoporum & Eccleſiaſticorum virorum ad Eccleſiarum tuitionem, pupillorum, aut viduarum protectionem, rapaciumque refrenationem.* quæ eſt generalis illa protectio, de qua initio diximus. non ſpecialis, & propriè dicta imploratio pro executione ſpecialis alicuius decreti, atque ſententiæ.

Quare nec ex d.c. adminiſtratores rectè infertur, non teneri Iudicem præſtare brachium, quando Eccleſiaſticus quippiam non iuſtè decernit, *vt ex Olarado ait Tuſcus. vbi ſup.n. 15.* quippe d.c. adminiſtratores querimonias tantum defert audiendas, examinandas, corrigendas, non rem ab Eccleſia iudicatam, adeoque huc non pertinet. admittendum eſt tamen, quod ſi euidenter appareat de ſententiæ iniuſtitia, aut nullitate; v.g. quod parte inauditá ſit lata; merito negetur brachium. idemque dicendum eſt ſi rite ab ea ſit appellatum in cauſa appellabili. *Tuſc. poſt Oldradum ibid.n. 14. & 16.* quippe quod de ſententia dicitur, de valida intelligendum eſt. *l. ſi is ſe non obtulit §. condemnatum. D. de re iud.* & irritum eſt quod fit, dum nulla ſententia præceſſit. *l. ſi cum nulla. D. eod. l. 1. C. de execut. rei iud.*

28. Niſi euidẽs iniuſtitia ſit aut nullitas.

Id quod æquo iure recipiendum puto, ſiue Iudex Eccleſiaſticus, ſæcularis; ſiue ſæcularis, Eccleſiaſtici opem imploret, vt neuter examinare alterius acta debeat. ſecus quam Martha exiſtimet, qui id Eccleſiaſtico permittit, laico negat. *de Iuriſd p.1.c.50.in fin.c.51.p.4.c.151. n.* 12. ſi quidem æqualem vtrique comparationem facit c. fin. *de except. in 6.* vnico excepto caſu, quo animarum periculum inducatur: ſeu in ijs quę peccatum continent, aut fouent. quando non tantum ſubſidium non ferre debet; ſed & ſuper iniuſtitia legum, iudiciorumque ſæcularem corripere. *vt ſupra diximus lib.4.c.1.* Ita tamen vt Eccleſiaſticus ad excommunicationem non procedat, niſi præuia monitione *c. ſacroſ. X. de ſent. excomm.* quando vtique audiendus erit, ſi quid canonicum opponat, quo minus putet ſe excommunicandum. ſicut & ſunt exceptiones, quæ in ipſa executione proponuntur. *Vide Guid. Pap. deciſ. 574. n. 2.*

29. Idque ſi Iudex implorans ſit Eccleſiaſticus, ſiue ſæcularis.

30. Excommunicari tamen non poteſt niſi monitus, qui ſi quid canonicum opponat ne poſſit excommunicari, auditur.

Quoniam vero idem Martha *d. c.51.* latius contendit, quod Iudex ſæcularis auxilium præſtare rogatus, non poſſit cognoſcere de viribus ſententiæ; animaduertere hîc ſolum volumus, argumenta quæ aduerſus laicum pro Eccleſiaſtico, eadem pro hoc obtinere contra illum: dummodo verſemur in terminis æqualibus: id eſt cauſis quarum in requiſito detur capacitas. v.g. ſpiritualium in laico non eſt capacitas: contra mortis & ſanguinis fundendi non eſt in Eccleſiaſtico capacitas. itaque in cauſis ad mortem aut ſanguinem ſpectantibus non præſtabit opem Eccleſiaſticus, neque de ijs cognoſcet; in ſpiritualibus non ſe interponet laicus.

Itaque in cauſa hæreſis ſolus cognoſcit Eccleſiaſticus, ſeu quoties fidei ratio ventilatur. *c. quoties. 24. q. 1.* & ſæcularis requiſitus ſine vlla cognitione, tanquam merus exe-

31. In cauſa hæreſis nihil præſtat ſæcularis, niſi vt merus executor.

cutor, brachium præſtat. *c. vt inquiſitionis. § probibemus. de hæret. in 6.* Bullam Bonifacij VIII. citat M. Ant. *Gen. in prax. c.* 37. niſi fortè proponatur nullitas ex defectu iuriſdictionis. vt ſi Inquiſitor non fuerit 40. annorum iuxta clem. *nolentes. de hæret.* aut minor damnatus ſit ſine curatore. *Wameſ. can. conſ. de hæret. conſ.* 566. adeo vt nec ad finem confiſcationis ſecularis de crimine hæreſis cognoſcat. *vt diximus ſup. lib.* 1. *c.* 40.

32. Neque in degradatione niſi reſpectu Iudicij, quod ipſe de nouo format, ad ſententiam quam ipſe ferre debet.

Iterũ in clerico degradato nullæ ſunt partes Iudicis ſæcularis, vt de degradatione cognoſcat. quia in illa ipſa fundatur principium iuriſdictionis ſæcularis, quod vtique non poteſt euertere. *ex eo* enim *non debet quis fructum conſequi, quod niſus extitit impugnare. c. ex eo. de reg. iur. in* 6. *Marth. d. c.* 51. *n.* 16. *& ſeqq.* tametſi acta recognoſcere poſſit, &, pro eorum merito, etiam abſoluere. *vt alibi diximus*, ſeu alia conficere. *Vide Mansfelt. in exercit. ad Breue Apoſt. ad verb. auxilium brachij ſacul.* imo non poſſit tantum ſed & debeat, cum ipſe vlterius condemnare debet; non autem exequi tantum condemnationem. *Auth. de ſanctiſſ. Epiſc. § hæc ſunt. Agia de auxilijs fundam. ex hib.* 21.

33. Æqualiter vterque iudex abſtinet ab examine actorum implorantis niſi monitus quid opponat, vt ſupra.

Quapropter ijs caſibus, de quibus alteruter non poteſt iudicare, exceptis; Iudex imploratus tam Eccleſiaſticus, quam ſecularis eandem iuris rationem ſequi debet. Itaque quod ait Martha dum executio petitur à Iudice, illum cenſeri executorem mixtum, & quando ille de nullitate cenſeatur poſſe cognoſcere, vel qui merus executor eſt nullatenus; quomodo ſententia nulla executioni non ſit mãdanda, ſed reſcribendum committenti, ex regula c. ſi quando *X. de reſcript.* in vtroque iudicio pari paſſu ambulat. vtique vt euidens debeat eſſe nullitas, non quæ altiorem indaginem requirat. iterum iniqua euidenter executionis poſtulatio, vt cum illa petitur pro ſententia à qua eſt appellatum: ſecundum regulas appellationum. nam extra illas, non Iudex videbitur, ſed priuatus, cui reſiſti poſſit; minus brachium auxiliare ſit præſtandum. *Marth. d. c.* 51. *n.* 54.

An autem negandum ſit brachium auxiliare, ſi ſententia erit iniquè lata? euidentem mox exegimus. vt deciſum eſt in delegato. *c. ſi quando. X. de off. deleg.* ſi certa ſit iniquitas Ordinario conuenire, vt non reſiſtat violenter, ſed ille differat, donec delegans Papa conſúlatur. ſubijcitque gloſſa *ad v. reſiſtere*, niſi delegatus deſtiterit; vt Iudex requiſitus appellet: tenereque ait appellationem. *arg. c. ſuper eo. X. de off. deleg. & c. cum ſuper controuerſia. X. de re iud.*

34. Euidens debet eſſe iniquitas, vt negetur auxilium.

Certa inquam ſit iniquitas. Neque enim, vt aliquibus *apud Marth. n.* 33. videtur, ex ſola ſuſpicione iniquitatis negandum eſt auxilium à iure dari mandatum. *arg. à contrario d. c. ſi quando in verb. in quibus certum ſit.* neque enim ſuſpicio requiſiti Iudicis præualere debet præſumptioni iuris, quæ pro Iudice eſt, quod bene functus ſit officio: & pro ſententia; vt pro veritate habeatur: donec contrarium doceatur, neque iterum præualere authoritati iudiciorum. ſi rectè diſputetur an Judex etiam ſcientiam propriam præponere poſſit actis, & probatis; & communius in negatiuam ſententiam itum ſit.

35. Non præſumpta, ſed certa.

36. Pro Iudice enim lex præſumit.

Quoniam tamen magna circumſpectione opus eſt, in infligenda excommunicatione; *Concilium Trid. ſeſſ.* 25. *c.* 3. admittendum eſt, paulo propius poſſe Iudicem Eccleſiaſticum inſpicere cauſas ſuſpectæ iniquitatis, antequam cenſuram infligat: & in monitorijs proſpiciat. vbi enim maius eſt periculum, maior debet eſſe cautio. *c. vbi periculum. de elect. in* 6. nulla autem eſt periculi comparatio inter percuſſionem animæ, & bonorum diſtra-

37. Eccleſiaſtico tamen antequam animam percellat, facilius indulgendum examen, ſi iuſtam habere ſe putat præſumptionem.

diſtractionem. vt hæc imparitas præſtandi auxilij non procedat à diſparitate iurisdictionis, vt videtur apud Martham, ſed diſproportione materiæ.

38. *Imploratio Ordinarij aduerſus exemptus refutanda.*

Rectè etiam auxilium recuſatur cum illud Ordinarius requirit aduerſus exemptum, *Chokier De Iuriſd. Ord in exemt. p.* 4. *q.* 82. quaſi incompetens nullam in eum iuriſdictionem habeat. fauet *c. vt fama X. de ſent. excomm. in verb. dum tamen id de mandato faciant Prælatorum quorum illi ſunt iuriſdictioni ſubiecti*: & rationem ſubiungit, *cum hoc non ipſi, ſed illi, quorum auctoritate id faciunt, facere videantur. Vide quæ diximus in Conſult. can. de priuil. conſ.* 3. quæ eo magis obtinebunt, dum à ſententia aut decreto appellabili erit prouocatum. *Chokier ibid p.* 4. *q.* 39. *p.* 2. *q.* 44. Sed quoniam multis in caſibus exempti Ordinarijs ſubijciuntur, vt illos perſtrinximus *in Iur. pont. nou. anal. de priuileg.* & plenè refert Chokier *vbi ſup. p.* 2. *q.* 45. contingere poteſt, vt brachium denegari non poſſit: ſi videlicet de illorum aliquo agatur, illudque appareat.

39. *Regulariter non poteſt imploratus examinare acta implorantis.*

Igitur vt redeamus ad ea, quæ ſuperius diximus, non poteſt regulariter Iudex imploratus examinare acta implorantis: ſen vllam cauſæ cognitionem aſſumere *d. c. vt inquiſitionis. d. c. de cætero.* Exceptiones aliquas, etiam quibus negari brachium poſſit, vide *infra c.* 6.

CAPVT IV.

Auxilium brachij ſæcularis an in ſingulas cauſas implorandum?

1. *Solet in ſingulas fieri.*

AN in ſingulos caſus implorari debeat, an congruum magis ſit generaliter concedi in omnes? & ferè vſus habet, & ſenſus canonum, vt in ſingulas imploretur. præſertim quod, vbi mentio eſt de brachio ſæculari implorando, vt eſt roro iure frequentiſſima, ſolet ferè ſemper ſubiungi hæc clauſula, *cum opus fuerit*: ſingulatim ergo quæri oportet, an opus ſit; & tunc implorari. Concordata Brabantiæ anni 1541. *ſub tit. de teſtam.* permittunt Iudici Eccleſiaſtico ſententias ſuas exequi, vel per cenſuras, vel per brachij inuocationem. Senatus Supremus Mechliníenſis, ad poſtulationem quorumdam Epiſcoporum, mandauit aliquando ſuis oſtiarijs generatim, vt requiſiti eorum ſententias executioni mandarent. idem etiam iuſſerunt quidam prætores ſuis ſatellitibus. imo paſſim obtinuit, vt magiſtratuum apparitores, & nuncij generale mandatum habeant citandi, arreſtandi, quin & quibuſdam locis, niſi notabiles perſonæ fuerint, apprehendendi, quos aduerſarij voluerint. Edictum ad Cōcilium prouinciale Cameracenſe anni 1586. & Mechlinienſe anni 1608. totum eſt in brachio prǽſtando executioni decretorum ſynodalium. idque multis in locis tam Concilijs, quam Fiſcalibus, & magiſtratibus iniungit. & huiuſmodi generalis conceſſio, vt tantum interpellentur, qui ipſam manum adhibere debent, magis cum ratione videtur conuenire: quo minus videatur exigi cognitio, ipſiuſque rei iudicatæ examen: quod vetant leges. niſi fortè ſalebroſa ſit materia, vt vereatur Iudex ne quam iuriſdictio ſua iacturam faciat. ſi modo iuſtè vereatur, non obtendat tantum, vt magis moleſtus ſit, quam auxilietur. Atque hæc de eo auxilio, quod quaſi priuatis in cauſis ſolet implorari, non quod generatim Principes, vt Eccleſiæ protectores rogantur per canones, vt illi defenſiōne impendant. vt & in inauguratione ſua iurant. quomodo etiam 5. c. 7. agimus de auxilio receptioni & obſeruationi Concilij Tridentini prǽſtādo, & fidei orthodoxæ. *c.* 13.

2. *Generatim addici & apparitoribus ferendum permitti poteſt.*

3. *Niſi iuſtus metus ſe ingerat alicuius præiudicij.*

CAP.

CAPVT V.

An auxilium Eccleſiaſticus Iudex petere poßit à militari in cauſa ciuis; aut ciuili, in cauſa militis?

1. Vbi iudex familiam armatam ipſemet habet, auxilia etiam incompetentia poteſt aſſumere: aliâs ſecus.

PVblicum auxilium poſtulari vult *c.1.X.de off.ord.* vtique publicę Poteſtatis. ſi ergo territorium & familiam armatam concedimus Iudici Eccleſiaſtico, *qua de re egimus pluribus locis huius operis. Vide ſ.c.11.n.3. Declarationem Interpretum Concilij Trid. quam citamus, & in Iur. pont. nou. anal. de off. ordin. & in Notis. Iur. Belg. de E‸iſcopal. audient.* vbi ſua familia non erit ſufficiens, *iuxta c.2. X. de cler. exc. miniſt. l. ſi quis latrones. §. ſin autem. C. de his qui latron. occult.* contumaciæ condemnati ſubigendæ; dicendum erit, aſſumere poſſe Iudicis cuiuſlibet auxilium: dummodo euidenter liqueat, apparitorem, familiamque ſuam in executione chorum ducere. nam alioquin extra territorium; aut ſupra iuriſdictionem ius dicenti, impune non paretur: imo tanquam priuato reſiſtitur: ciuis militari; miles ciuili Iudici obedire non tenetur. & quidem in locis mox citatis territorium habere Iudicem Ordinarium Eccleſiaſticum cenſuimus: poſſe etiam familiam habere armatam declaraſſe S. Congreg. *Interp. Concil. Trid.* retulimus; & latius contendit Martha *de Iuriſd. lib.1.c.50.* innuuntque paſſim canones; dum executiones reales, & diſtrictiones perſonarum fieri iubent, inuocato *cum opus erit* brachio ſæculari: nam alioquin ſemper opus eſſet, ſi familiam armatam habere non liceret.

Quod ſi autem Iudici Eccleſiaſtico territorium aut familiam armatam non permittamus, opus habebit brachio illius Iudicis, qui reſpectu condemnati, & parere tergiverſantis, erit competens. nam ſi ius dici non poteſt niſi ſubdito; multo magis executio, quæ ad præcipuam Iudicis authoritatem pertinet, fieri non poterit niſi aduerſus ſubditum. debet enim exequendi authoritas neceſſariò eſſe, vel in requirente, vel in requiſito. *c. vt famæ. X. de ſent. excom. diximus in Conſult. can. de priuil. conſ. 3.*

2. Si militaris maior prorex &c. qui in mandatis habent brachium præſtare, inuocari poſſunt.

Sed hæc vbi Iudex militaris ex minoribus eſt; quid ſi ergo per totum territorium, prouinciamue vice Principis militarem poteſtatem habet; vt quaſi Principis auxilium imploretur? poteſt enim non tantum magiſtratus municipalis; ſed Regij, etiam ſupremi Iudicis brachium implorari. ſed videndum erit an mandata militaris huiuſmodi Iudicis eò ſe extendant, vbi Eccleſiaſticus neque familiam habet; neque per ſuos executores ſolet exequi: quando militares non poterunt videri in ſubſidium venire alio non præëunte: & ſi mandata Regia deſint; vel vſus ea non probauerit, non videbitur eſſe competens brachium, aut iuriſdictionis competentis exercitium.

3. Alijque minores vbi conſuetudo fauet.

Nihilominus cum Iudices Eccleſiaſtici nunquam ſint ſine nuncijs, quos etiam executores vocant, quamuis gladio accincti eſſe non ſoleant; habendi ſunt illi pro familia armata: coque, ſi conſuetudo non reſiſtat, illis præëuntibus in executione incompetens alioquin ſatelles accedere poſſet. atque ita memini ſæpius accidiſſe: præſertim rure; vbi ſinguli pagorum miniſtri non ſufficiunt; ſed pleniori manu opus eſt. & ſingulatim in nobili quodam, qui Eccleſiam grauiter offenderat, & Epiſcopus aſſumpto auxilio decuriæ equitum ex dominio ſuo eductum in carcerem traduci iuſſerat per ſuum promotorem. accurare tamen eſt cauendum, vt huiuſmodi nuncij, ſeu miniſtri notorij ſint: ne quid forſan incom-

incommodi tanquam aduerſus priuatos, ſeu alioqnin incompetentes, audacius attentetur.

CAPVT VI.

An cenſuris inuiti cogi poſſint ab Eccleſiaſtico Iudices ſæculares, ad præſtandum brachium?

1. Iuriſdictio: vna alterā iuuare tenetur. præſertim ſæcularis Eccleſiaſticā.

IVſtitiæ pars eſt ſuum cuique tribuere, adeoque & Iudici ſubſidium poſtulanti: vt alter alterum iuuare tenetur. *vt diximus hoc libro c.* 1. eoque magis laicus Eccleſiaſticū. *Omnes Principes terræ*, inquit Clemēs III. *c.4.X.de maiorit & obed. & cæteros homines Epiſcopis obedire B. Petrus præcipiebat*. ideoque à Gregorio & Cōcilio Agathenſi, qui, decreto Epiſcopi non obedierit, ab Eccleſia abijci, & anathematizari præcipitur. *c. 2. X. de maiorit*. & de recuſante brachiū auxiliare ſpecialiter ſtatuitur. *c.2.X. de maled. c. adminiſtratores. 23. q. 5. c. abolendam, §. penult. c. excomm. §. moneantur. X. de hæret.* ita tamen vt contumacia ſit citra iuſtam excuſationem. ſi enim aliqua obtenditur; ſerio prius excutienda eſt, an iuſta ſit; an proficua ſperetur, & medicinalis cenſura; an contumax timeatur indurandus, noxiaſue Eccleſiæ tragœdias daturus. oportet enim aliquando minus malum omittere, vt maius enitetur. adeoque omiſſis cenſuris aduerſus recuſantem brachium, adire ſupremū potius Principem, vt aliud ipſe auxilium mittat; aut recuſantem præſtare cogat. vt Auth. *de ſanctiſſ. Epiſ. §. ſi quis contra*. quod Epiſcopus iudicauerit, *iubemus*, inquit, *per lo.i Iudicem hoc executioni perfecta contradi*: idque edicta noſtratia deſiderant, mens etiam Concilij *Trident. ſeſſ. 25. c. 3.* eſt, vt à cenſuris abſtineatur, cum per alia iuris remedia obtineri executio poteſt. qualis erit Principalis brachij imploratio, cum inferioris Iudicis contumacia ſuaſerit. ſemper reminiſcendum eſt interim Iudici ſæculari, excuſationem hodie non præſtare, quod Judex Eccleſiaſticus non præmiſerit cenſuras. vt olim non ante eum debere Interpretes quidam ſentiebant. ſed id hodie ceſſat per decretum Concilij Trid. *ſeſſ. 25. c. 3. vt diximus ſup. l. 4. c. 3. n. 18. in Conſult. can. de ſent. & re iud. conſ.* 1. *Tuſcus verb. brachium. concluſ.* 125.

2. Vt cogi ad id cenſuris poſſit.

3. Prudenter tamē. adeoque magis adire ſupremum principem oporteat.

4. Super eo tamen ordine ſe nequit ſæcularis excuſare.

5. Feudatarij Iudices Eccl. ſiæ pœna amiſſionis feudi, quam cenſuris, prius cogendi.

Alterum remedium temporale ſuggerit Martha *de Iuriſd. l. 1. c. 52.* vt ſi feudatarij Eccleſiæ fuerint huiuſmodi Iudices, comminatione indignationis, amiſſioniſque feudi conſtringantur. quod ibidem late proſequitur; ſed vt id rarius eſt, ita conſultius adire ſupremos Principes, qui defenſionem Eccleſiæ iurauerunt. *c. Principes. 23. q. 6. c. Res humanæ, ibid.* inquit Leo, *aliter tutæ eſſe non poſſunt, niſi quæ ad diuinam confeſſionem pertinent, & regia & ſacerdotalis defendat authoritas*. & huiuſmodi praxim inſinuat c. nullus. *X. de iure pat. d. c. adminiſt.*

6. Brachium non præſtatur cum vel appellatum eſt, aut euidens nullitas.

Porro iniuſtè cenſuris ſæcularis cogeretur, cum vel appellatum eſt, vel euidens apparet nullitas. *vt diximus ſupra hoc libro c. 4.* ſed & cum ſententiæ executio non eſt facienda; quod incerta illa ſit, & illiquida. *l. 7. D. de confeſſ.* ſeu quando ſententia ſeu inſtrumentum non eſt exequibile. *vt ait Tuſcus verb. brachium militare. concluſ.* 126. vbi late quando quis manu militari non ſit in poſſeſſionem mittendus. ſed & in his iterum prudenter vtrumque Iudicem verſari oportet; ne quid perperam ille præcipiat; ne quid hic argutando recuſet: ſed comiter literis cauſam moræ perſcribat, difficultatem proponat. quod neque ſibi reuerēter fieri ſummus Pontifex dedignatur. *c. de cætero. X. de ſent. c. ſi quando. X. de reſcript.* vnde etiam conſultationes fiunt, & iuſſiones ſecundæ

7. Sed comiter reſcribendum.

ſæpius exſpectantur. *l. nemo. C. de ſent. & interloc.omn.Iud.vide gloſ.in d. c. ſi quando.*

8. Quando licitum brachium inuorare, quando recuſare? Sed generalius Michael Agia *de exhib.auxil. ſeu de inuocatione vtriuſque brachij*, diſtinctiuſque & quando illud liceat inuocare, quærit: & quãdo recuſare permiſſum ſit.& quidẽ *concl.*1. licitum illud etiam inuocare, vt ſupra docuimus, delegato tradit:

9. Licet etiam delegato. *laudatis pluribus authoribus, vt eſt communis in c.ſignificaſti.X.de off.del.g. ad verb.ſententiam authoritate noſtra ſibi commiſſa poteſt executioni mandare.* ſequentibus exinde concluſionibus etiam Ordinario & Inquiſitori in cauſis merè Eccleſiaſticis ita inuocare, vt nulla actorum, ſed ſententiæ tantum Iudici requiſito fiat exhibitio. quippe in quibus omnis cognitio ſæcularibus interdicta eſt. *c. vt inquiſitionis.§.prohibemus. de hæret. in 6.* vbi illa verba *quoquo modo cognoſcant*, nõ tantum cognitionem principalem; ſed etiam incidentem complectuntur. & illa verba, *cum merè ſit Eccleſiaſticum*; cum pro iuris ratione adijciatur, ſignificant; quãuis conſtitutio tantum loquatur de hæreticis, obtinere tamen etiam in alijs criminibus, ac negocijs merè Eccleſiaſticis. *quod latius Agia concl.* 3.& ſic *in c.præſidentes.de hær.in 6.* requiſiti contra hæreticos debent iuſtitiam & officium ſuum exercere: & in alijs merè Eccleſiaſticis cauſis, vbi eadem eſt ratio, eadem ſequitur iuris diſpoſitio. *l. illud. D. ad l.g.aquil* adeoq; & eti i ciuilibus. *Agia concluſ.* 6. Quin immo etiam in cauſis mixti fori tenetur exequi Iudex imploratus id, quod implorans iudicauit. *vt late Agia concl.*4. vt à Concilio etiam *Trid ſ.*24.*de reform.matr. c* 8. in materia adulterij ſeu concubinatus admittitur inuocatio brachij ſæcularis. Sed ſi imploretur auxiliũ, vt illius, qui cõtempſit omnia Eccleſiæ remedia, *vt in c.non ab homine.X.de Iudic.* cõtumacia comprimatur *per ſecularem, poteſtatẽ; ita quod et deputetur exiliũ, vel alia legitima pœ-*

10. In cauſis merè Eccleſiaſticis, ita vt acta exhibenda non ſint.

11. Sed neque in ciuilibus & mixti fori.

na inferatur; oportet vt iudex requiſitus acta videat. cum non niſi ex actis & probatis pœna infligi poſſit. *auth.de ſanctiſſ. Epiſ.§.ſi quis contra.* vbi poſtquam quis degradatus, ſecundum eccleſiaſticas regulas erit, *tunc*, inquit, *competens Iudex hunc comprehendat, & ſecundùm leges litem examinans cauſa finem imponat, quam auth. Agia rectè examinat vbi ſup.*21.*fund.& concl.*5. aliud ergo eſt cum auxilium imploratur ad executionem rei iudicatæ: aliud cũ implorato aliquid ſupereſt iudicandum, aut arbitrandum: vt in degradato qui traditur brachio ſæculari. *d.§ ſi quis contra* vbi etiã vice verſa ſtatuit Iuſtinianus, vt ſi quis clericus ſecundum ſuas leges ad mortẽ eſſet damnãdus, Epiſcopo locorum geſta munimentorũ palam fiant: & *ſi ex his*, inquit, *agnoſcatur propoſita crimina commiſiſſe, tunc ipſe Epiſcopus hunc ſecundùm regulas ab honore ſiue gradu, quem habet, ſeparet: Iudex autem vltionẽ ei inferat legibus congruẽtem: ſi vero Epiſcopus putauerit geſta non iuſtè confecta: tunc liceat ei differre nudare honore ſeu gradu accuſatam perſonam.* quare nuper prælatus quidam iuſtè recuſauit degradare quemdam clericum læſæ maieſtatis damnatum, cum ei actorum inſpectio eſſet negata. 11. Si tamen vt plenius aut noua pœna imponatur, ſecus eſt dicendum vt in degradatione.

11. Iudex Eccleſiaſticus petente ſæculari excõmunicat rebellem ſed præuijs monitionibus. Eodemque modo tenetur Iudex Eccleſiaſticus mucrone Eccleſiæ iuuare ſæcularem contra rebelles *c. dilecto.de ſent.excom.in 6.* ita tamẽ vt fides ei fiat de rebellione, & inobedientia ex actis. nam ſine illis non poteſt imponere nouam pœnam: aut ſaltem ſine monitionibus, quæ habeant clauſulam iuſtificatoriam. vt *in c.n ult.X. de iudic. in verb cognoſcant vtrum iuſta ſit querimonia*, & infra, *vel eius exceptio ſit legitima &c. quod c. late diſcuſſimus in Hatu lib.*2.*&* 3. *&* pluribus docet Agia *concluſ.*7.

Et exinde proſequitur plures caſus, quibus liceat auxilium recuſare. & primum quidem nullitatis, ſecundum iniuſtitię, ſed hæc debet

euidens

euidens eſſe vt ſupra *c.3.l.4:* diximns, & qnidem ex actis publicis. nam priuata ſcientia, vt indicantem non impedit ſeqni acta publįca; ita neque auxiliatorem. & ſic intelligit Agia *ſub. caſ.2. c. paſtoralis. §. quia vero. de off. deleg.*

Tertium caſum ponit Agia in exempto, qui appellauit à viſitatione Epiſcopi: ſed hodie id nou recipit Concilium *Trid. ſ.6.c.4. ſ.25.c.6. ſ.14.c.4. vid. ſup. l.4.c.4 n.*38.

14. Non debetur auxiliũ mandato extraiudiciali & iniuſtu.

Quartum caſum cum à ſententia interlocutoria eſt appellatum, ſeruata forma *c. 1. de appell. in 6.* ſed iterum ſeruandum eſt hodie Concilium *Trid. ſ.24.c.*20.

Quintus ei caſus eſt, quando mãdatum Epiſcopi extraiudiciale fuerit iniuſtum: & nullũ vtique ſi ordo iuris, cum debuit, ſeruatus non eſt, nempe *bonus Iudex nihil ex arbitratu ſuo facit, ſed iuxta leges & iura pronunciat: ſicut audit, ita iudicat; & ſicut ſe habet negocij natura, decernit: examinat cauſæ merita; non mutat. c. iudicet. 3. q. 7.*

Sextus caſus, quando iuſtè appellatum eſt: ſed iterum ſequenda eſt diſtinctio d.c.20. vult tamẽ Agia ſtandum eſſe ſentẽtia declaratoria Epiſcopi ſuper excommunicatione iuris; per c. poſt *ceſſionẽ. X. de prob.* ſed tamen ex illo aliud confici non poteſt, quam tantiſper credendũ eſſe literis Epiſcopi, donec aliud probetur: non autem exequendum eſſe, ſi quid vlterius petatur, præter euitationem; quam d.c. iniũgit. quare & Agia dubiũ *ſub caſu ſexto* mouet, an, ſi enm Epiſcopus, quem ſcribit excommunicatũ, petat apprehendi; teneatur obſequi ſæcularis? & negat teneri, cum ſit extraiudicialiter ſiue actis: quia non habet pręſumptionem pro ſe, ſicut cum acta iudicialia conficiuntur. *c. quoniam contra. X. de probat.* ſed id obtineat, cum Eccleſiaſticus petit, vt ſæcularis litem inſtruat, non vero ſi ex circumſtantijs v.g. ob ſuſpicionem fugę, hæreſis &c. decreuerit percuſſorem clerici realiter citandum ad ſuum tribunal, & auxilium tãtum petit pro executione citationis realis. tunc enim id ſuper decreto dumtaxat ſibi exhibito præſtare debet. *vt diximus ſupra hoc libro c.*3.

Septimus caſus quando ſentẽtia Iudicis continet intolerabilẽ errorem: lata v.g. in notoriè non ſubditum, ob defectum iuriſdictionis. vt ſi laicus de clerici crimine cognouerit, ex probationibus & cõfeſſione damnauerit. quia acta omnia, etiam cõfeſſio huiuſmodi, irrita ſunt: adeo vt nec Iudex Eccleſiaſticus ex illis poſſit ferre ſententiam. *c.4. X. de iudic.* cum ſemper clericus corã Eccleſiaſtico debeat cõueniri: *c.8. ibid.* nunquam corã laico. *d.c.8. c.17. ibid.* Et ſecundum has diſtinctiones cõcludit finaliter Agia cenſuris vti poſſe Iudicem Eccleſiaſticum, & imperare auxilium. *de quo etiam late Barboſa Iur. Eccl. lib.1. c.39. §.4. n.60. & ſeqq. Conar. pract. c.*10. ſed hic *ibid. & c.* 11. multa de remiſſionibus, quæ ex cauſa cõtractus vel delicti iure fiebant: ſed quę minus hodie frequentantur; neque propriè huc pertinent. plures omnino citat Agia principio ſui tractatus. 15 Neque dũ error eſt intolerabilis.

Eſt porro notabile quod Iudex Eccleſiaſticus, qui tradens hæreticum brachio ſæculari intercedere debet pro moderatione pœnæ; ſi ſæcularis vel differt vel nõ imponit pœnas legales, eundem Iudicem monere poſſit; non tantum vt iuſtitię debitum exequatur: *vt in c. vlt. ne clerici vel monachi in 6.* ſed etiam cẽſuris cogere, vt legales pœnas imponat, & exequatur. *Diana p.1. tract.1. reſ.*134. vbi refert Paulũ IV. & Pium V. decreuiſſe, vt quomodocũque Inquiſitores ad cõdemnationẽ hęretici concurrant, immunes ſint ab irregularitate. *& p.4. tract.8. reſol.* 26. etiam tradit aduerſus tergiuerſantes auxiliari, tanquam de hæreſi ſuſpectos, inquirere poſſe: quamuis prætendant ſententiam eſſe iniuſtam, quippe cum iſtiuſmodi 16. In cauſa hæreſis vt Iudex Eccleſiaſticus pro moderatione intercedat, & tamen cogat ad pœnas legales.

 cogni-

cognitioni *quoquo modo* immiſcere ſe non poſſint, vt diximus. quin

17. Etiam extra diſtrictū Inquiſitores officium vt faciant.

imo *eodem tract. q. 7.* exiſtimat in cauſa fidei Inquiſitores, & Epiſcopos non coarctari diſtrictu ſuo, quin extra illum verbaliter, & realiter citare quem poſſint ſine præuio aſſenſu Iudicis loci, ſiue Eccleſiaſtici, ſiue ſæcularis. quaſi ſint delegati Papæ: ſaltem quoad prærogatiuas delegationum. *vt eodem tract. reſol.* 1. tametſi literis ſubſidiarijs vti ſoleant.

18. Et Ordinarius contra Iudæos & infideles.

Quin imo etiam Iudex Eccleſiaſticus, quod ipſi non licet iudicare de his qui foris ſunt, compellit præſtare ſæcularem. vt cogere Iudæos in eius territorio babitantes remittere Chriſtianis vſuras. *c. poſt miſerabilem X. de vſur.* quæ tamen, ſi incertis ſunt debitæ, ſi conuertantur, in fauorem ſuſcepti baptiſmatis, tanquam in pium vſum, liberè eis conceſſit Paulus III. & ſub anathemate interdixit, ne ſuper bonis huiuſmodi vlla eis fiat moleſtia. cui conſtitutioni, vt in fauorem fidei latæ, etiam Iudices laicos parere oportet.

CAPVT VII.

De auxilio receptioni & obſeruationi Concilij Tridentini præſtando.

1. Vt illud Tridentini Patres implorauerint

POſtquam ſancta Synodus dictante Spiritu ſancto multa fidei Catholicæ dogmata declaraſſet; hæreſes damnaſſet; multa ad motum correctionem, reducendamque Eccleſiæ diſciplinam præclarè diuineque ſanxiſſet; Regum, Principumque auxilium implorauit, vt executioni ſuorum decretorum illud præſtarent: *ſupereſt nunc,* inquit *ſeſſ. 25. de recipiend. decret. Concil. vt Principes omnes, quod facit, in Domino moneat ad operam ſuam ita præſtandam, vt quæ ab ea decreta ſunt, ab hæreticis deprauari, aut violari non permittant, ſed ab his & omnibus deuotè recipiantur, & fideliter obſeruentur.* Pius

2. Et Pius IV.

etiam IV. *in Bulla confirmatoria Concilij 7. cal. Feb. 1563. ipſum,* inquit, *charißimum filium noſtrum Imperatorem electum, cæteroſque Reges, Reſpublicas, ac Principes Chriſtianos monemus, & per viſcera miſericordiæ domini noſtri Ieſu Chriſti obteſtamur, vt, qua pietate Concilio per Oratores ſuos affuerunt, eadem pietate, ac pari ſtudio, diuini honoris & populorum ſuorum ſalutis cauſa, pro Sedis quoque Apoſtolicæ & ſacræ Synodi reuerentia ad eiuſdem Concilij exequenda & obſeruanda decreta, prælatis, cum opus fuerit, auxilio, & fauore ſuo adſint, neque aduerſantes ſanæ ac ſalutari Concilij doctrinæ opiniones à populis ditionis ſuæ recipi permittant, ſed eas penitus interdicant.* ita compellat œcumenicum Concilium: ita Eccleſiæ Chriſtianæ Antiſtes. quid ergo dicemus, ſi locum habet aliquando illud Chriſti *apud Matthæum c. 18. qui Eccleſiam non audierit ſit tibi tanquam ethnicus & publicanus?* dum non tantum ad fidei dogmata id pertinet;

3. Vt audire eos oporteat.

ſed etiam ad mores, diſciplinamque Eccleſiæ. reſpondebat enim Chriſtus non de fide; ſed de correctione fratris. adeoque & hic vſu venit alterum illud Chriſti, *apud Lucam c. 10. qui vos ſpernit, me ſpernit; qui vos audit, me audit* promptior fuit primotum Chriſtianorum obedientia; quibus illud Apoſtolorum ſuffecit, *Actor. c. 15. Viſum eſt Spiritui*

4. Vt Spiritū ſanctum qui in illis locutus eſt.

ſancto, & nobis eundem ſpiritum Eccleſiæ ſuæ ſemper ad futurum, docturum omnia, & ſuggeſturum addixit Chriſtus *apud Ioannem c. 14.* omnem veritatem: *c. 16.* ideoque Synodus Tridentina paſſim vtitur hoc titulo; *ſacroſancta, œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu ſancto legitimè congregata.* qui ergo quod de fide declarat, de moribus decernit, de diſciplina ſancit, non recipit; aduerſatur, obſiſtit; non ſentit aculeum D. Stephani, *Actor. c. 7. vos*

c. 7. vos ſemper Spiritui ſancto reſiſtitis, ſicut & patres veſtri?

5. Quid ſi qua decreta hunc, vel illi loco non cõueniant?

Scio obijci non omne pharmacum omni ægro conuenire; non omnes leges omni loco, & tempori; eſſe quædam quæ nonnullibi moribus, conſuetudini, genio populi conuenire non putentur; quãuis alias ſalutaria: ſed occurrit Synodus; *quod ſi*, inquit, *vbi ſupra, in his recipiendis aliqua difficultas oriatur, aut aliqua inciderint, quæ declarationem, quod non credit, aut definitionem poſtulant, præter alia remedia in hoc Concilio inſtituta, confidit ſancta Synodus Beatiſſimum Romanum Pontificem curaturum, vt vel euocatis ex illis præſertim prouincijs, vnde difficultas orta fuerit ijs, quos eidem negocio tractando viderit expedire, vel etiam Concilij generalis celebratione, ſi neceſſarium iudicauerit, vel commodiore quacumque ratione ei viſum fuerit, prouinciarum neceſſitatibus pro Dei gloria, & Eccleſiæ tranquillitate conſulatur.* quibus ergo in recipiendis ſynodi decretis difficultas offerri videbatur, inire viam debebant, quam deſignauit ſynodus: adire Eccleſiæ præſulem, qui prouinciarum neceſſitatibus, pro Dei gloria & Eccleſiæ tranquillitate, conſuleret. leges ille Eccleſiæ generales mutare poteſt in priuilegia: & ſingulis, quod ſalutare eſt, propinare. adire eum oportet, & audire; non ſpernere; quem Deus dedit gregi ſuo paſtorem: illius eſt ad paſcua ſingulis congrua ducere; opportunè ſingulorum neceſſitatibus prouidere. *c. adu. X de imm. Eccl.*

Hæc eadem Philippo II. à prouincijs quibuſdam Belgicis proponebantur: iuſſit tamen ille generaliter Concilium publicari, atque recipi: ita vt ſi ſpecialia quædam illarum iura ſingularem prouidentiam exigerent, ea poſtmodum exhiberetur. *Vt retulimus in Iur. pont. anal. de conſtitut. n. 6. & ſeqq.* vbi etiam citauimus Paſquier. *Recherches lib. 3. c. 28.* vbi de Francis refert, propter multam Tridentinorum decretorum repugnantiam cum libertatibus Eccleſiæ Gallicanæ, induci Francos non poſſe ad receptionem ſynodi Tridentinæ. libertas libertate perit. genius iſte non ſatis conuenit cum Spiritu illo, qui præſedit Concilio Tridentino. cuius vltimum decretum eſt. *ſeſſ. 25.* vt omnium, quæ in eo decreta & definita eſſent, confirmatio à Romano Pontifice peteretur: quod ſi huiuſmodi tergiuerſatores ſatis paſtorem ſuum cognoſcerent, vocem illius audirent, ex Chriſti ſententia Joan. *c.* 10. iudicio illius difficultates ſuas ſubijcerent; baculo illius paſtorali dirigi peramarent.

Sed neque libertates Eccleſiæ Gallicanæ obſtant receptioni Concilij Tridentini, ſaltem ſecundum illas, quæ veræ & canonicæ reperirentur à paſtore ſummo modificandæ. *Vide quæ diximus ſup. l. 2 c.* 85. Conſtat enim clerum Galliæ pridem deſideraſſe, vt per Regem liceret Concilium Tridentinum in Gallia publicare. intereſt tamen cleri in primis legitimas Gallicanæ Eccleſiæ libertates non obliterari. ſolent talia nomina obtendi; res agi alia.

Magis placet quibuſdam (quibus *rationes ſtatus* ante religionem ponere lubet) vt quæ ſynodus œcumenica Tridentina, aliaue, vel ſummi etiam Pontifices ſanxerunt, authoritate Regia edicantur. cuius rei non alium nunc teſtem citabo quam Adamum *Tenneneau in commentar. Ordinat. Gallican. totiuſque eius libri. 1. titulos, de Regalibus, de debito officio Epiſcoporum, de promotione ad ordines ſacros, de parochis, de prædicatione verbi Dei, de præbendis, de reſidentia prælatorum, parochorum beneficiariorum, de vicarijs Epiſcoporum, de religioſis, eorumque reformatione, de obſeruatione diei dominicæ & feſtorum, fundationibus, decimis, iuriſdictione Eccleſiaſtica, priuilegio clericali, Regeſtis, ad quæ teneantur Eccleſiaſtici, immunitate cleri, elocationibus bonorum Eccleſiaſticorum,* 6. Abſint Rationes ſtatus & excuſationes in peccatis.

reparationibus Eccleſiarum, mandatis reſignandi, & impetrandi beneficia in Curia Romana, collationibus beneficiorum, Indultis, Graduatis, exſpectatiuis, poſſeſſione beneficiaria ineunda, notarijs Apoſtolicis, Campſarijs & ſolicitatoribus Romanis: Scribis Eccleſiaſticis, hoſpitalibus, Eccleſiarum ædilibus. ſuper his decreta malunt, inquam, nomine Regio edici, quam ſynodi alicuius œcumenicæ, aut Eccleſiæ. per hæc eis videntur Lilia ſplendeſcere. ſed verendum eſt ne illos redoleant bufones, quorum ante chriſtianiſmum vſus fuit. non hæc habent ex cathechiſmo, aut teſtamento d. Remigij, qui primus fidem chriſtianam Francos docuit. non hanc habent delatam aliquo priuilegio Apoſtolico poteſtatem: de rebus fidei, diuiniue iuris, aut quæ inde proximè promanant, quippiam ſtatuendi. Vnde ergo vſurpatio? ab ijs, qui Regum bonitate abutuntur: Religionem *ſtatui* poſthabentes. quibus nunc aliud non proponam, quam monitionem Concilij Tridentini. *ſeſſ. 25. c. 20. admonet*, inquit, *Imperatorem, Reges, Reſp. Principes, & omnes ſingulos cuiuſcumque ſtatus, & dignitatis extiterint, vt quo largius bonis temporalibus, atque in alios poteſtate ſunt ornati, eo ſanctius, quæ Eccleſiaſtici iuris ſunt, tanquam Dei præcipua, eiuſque patricinio tecta venerentur* &c. *nec à miniſtris ipſorum Principum lædi patiantur: ſed ſeuere in eos, qui illius Eccleſiæ libertatem, immunitatem atque iuriſdictionem impediunt, animaduertant.* &c.

Miniſtri ergo illi atque Triboniani eiuſmodi leges concinnant; quo Regis ſui Coronam magis videantur illuſtraſſe: cum etiam Epiſcopos, & omne genus cleri, etiam quoad res diuinas adminiſtrandas, illi videntur ſubiecifſe. non eſt meum nunc quærere quot gradibus illi ab eo diſtent, qui ſolium ſuum exaltando ſimilis eſſe voluit Altiſſimo. indolere tantum lubet, videre Eccleſiæ, ſponſæ diuinæ, ſua detrahi monilia, mundo proprio eam ſpoliari: audire conquerentem *Cantic. c. 1. filij matris meæ pugnauerunt contra me.* Vide quæ diximus *ſup. l. 4. c. 1. n. 7. & 3. c. 13.*

Sed ab auijs redeamus in viam. *prælatis*, inquit, *Pius cum opus fuerit auxilio & fauore adſint* Principes, ſeu cum eorum brachium implorabitur: vt iam ante præmiſerat, cum prælatis receptionem & obſeruantiæ curam ſeueriſſimè iniunxerat. quod & ante ſanxerat Concilium *Trid. ſeſſ. 25. c. 2.* adeo vt ſi qui à ſynodo definita, & ſtatuta palam recipere renuerent; inferiores quidem ſecundum canones punirentur; & vt ſtatuit Pius per cenſuras & brachij inuocationem cogerentur: Epiſcopi autem Summo Pontifici denunciarentur; & interim alij ab illorum communione abſtinerent. tenentur ergo prælati omnes neruos extendere ad inducendam Concilij receptionem, obſeruantiamque: Principes requiſiti manum auxiliatricem porrigere. quo *cultus diuinis*, inquit Concilium *d. c. 20. deuotè exerceri, & prælati, cæterique clerici in reſidentijs & officiis quieti, & ſine impedimentis cum fructu & ædificatione populi permanere valeant.* prælatos ad receptionem & curam vt definita & ſtatuta recipiantur à ſubditis, officium ſuum obligat: ne poſtea indoleāt, vt illa *Cant. c. 1. poſuerunt me cuſtodem in vineis; vineā meam non cuſtodiui*: Principes autem cauſa, ob quam gladium portant: vt *omnibus exemplo*, inquit Concilium *d. c. 20. ad pietatem, religionem, Eccleſiarumque protectionem exiſtant.* ſingulariter ergo Principes ad hunc effectum Eccleſiæ protectores cōſtituuntur. *iuxta c. Principes. 23. q. 5.* quorum auxilium non fruſtra à prælatis Eccleſiarum implorari oporteat: ne incidant in minas Ieremiæ. *c. 5. V. 28. cauſam viduæ non iudicauerunt, cauſam pupilli non direxerunt; & iudiciū pauperum non iudicauerunt: nunquid ſuper his non viſitabo dicit Do-*

7. Recipiendum ſeruandumque Concilium; præſtandum brachij ſæcularis auxilium.

8. Eoque fine Principes Eccleſiæ protectores.

tit Dominus; aut ſuper gentem huiuſmodi non vlciſcetur anima mea? in vices pauperum, pupilli, viduæ venit Eccleſia. qui ergo eam indefenſam contempſerit, videat ne viſitationem, vltionemque ſerius reformidet.

CAPVT VIII.

Quæſtio nullitatis executionis factæ auxilio brachij ſæcularis à quo Iudice cognoſci debeat?

1. A Iudice requirente.

ÆQuum eſt eum cognoſcere, cuius fuit decernere, non iudicem requiſitum. *c. paſtoralis. §. quia vero. vbi gloſſ & DD. X. de off. deleg. l. à Diuo Pio. §. ſi rerum. D. de re iud. c. ſi quis. in V. ipſius ſolicitudine ſeruata lege, modis omnibus compleatur. X. de for. comp. diximus ſupra lib. 4. c. 4.* cum, qui requiritur ad executionis auxiliũ, non poſtuletur ad cognitionem. ſi tamen tertius executioni ſe opponat, quod res ſua ſub haſtam vocetur, ob rem aduerſus alium iudicatam, non tenetur ad primum Iudicem ite; ſed apud exequentem ſummariam proprietatis quæſtionem mouere poteſt. *d. § ſi rerum. Couarr. pract. quæſt. c. 16. n. 5.*

2. Niſi nullitas arguatur naſci ex ijs quæ in præſtatione auxilij contingunt

Nihilominus, cum Iudex quiſque de actu ſui tribunalis, an ſecundum ſtylum ſuum geſtus ſit, (vt in directorijs Iudicij debet) rectius cognoſcat, non alienum à ratione videbitur, ſi quid opponatur ipſi actui praſtationis auxilij, quo hæc non videatur ritè interponi, vt de ſuo actu, ſuorumue ſatellitum imploratus iudex cognoſcere poſſit. *d. §. ſi rerum.* non porro de ijs, quæ ſententiam, monitionem, executionisue decretum, aut requiſitionem oppugnent. id enim ab eo requiſitum non eſt: ſed præſtatio brachij, manuſue militaris dumtaxat aduerſus contumacem.

3. Quid ſi cautionem exigi, eaque non præſtita irrita arguatur executio?

Exempli gratia, moribus noſtris receptum eſt, vt ex chirographo prima fronte claro indicatur prouiſionalis ſolutio, vel conſignatio: idque etiam relatum eſt inter ſtatuta curiarum Eccleſiaſticarum prouinciæ Mechlinienſis, vt huiuſmodi conſignatio, ſine præiudicio exceptionum indaginem requirẽtium, ſeu prouiſionalis ſolutio ſub cautione indicatur; ita condemnatus, parere rei iudicatæ monitus cum non pareret, aduerſus eum decernitur executio, & brachij ſæcularis imploratio: hæc cum fieret, opponit ſe apud exequentem; petit declarari executionem nulliter eſſe factam; eo quod præuia non ſit conſtituta cautio de reſtituendo, & reparando, ad eam reus negat ſe teneri, qui conſignationem impræſentiarum tantum vrgeat, de ea quod æquum erit facturus ſatis, cum de conſignata pecunia per ſe leuanda agetur; eam nullitatis quæſtionem ad hanc cauſam ait non ſpectare; neque ad iudicem requiſitum: quod non tangat ipſam auxilij præſtationem, actumue ſatellitum exequentium, ſed res ipſas à priori Iudice iudicatas, ſeu decretas. quippe ſi quid aut in ſententia non rectè prouunciatum, aut in monitione executioniſue decreto prætermiſſum foret, non ea cognitio Iudici requiſito defertur, ſed nuda dumtaxat committitur executio, ne requiſitio vertatur in ſuperioritatem. & ideo ſententiam Romæ latam poſſe ad finem perſequi præſides ait *d. l. à diuo Pio. §. 1. ſi iuſſi,* inquit, *fuerint,* ſeu requiſiti: ſecus igitur à contrario, ſi non fuerint iuſſi, non requiſiti.

Quod ſi autem Iudicis requiſiti ſatellites die feſto, ſeu de nocte, aut aliàs perperam executionem tentauerint; huius vitij, actum præſtationis auxiliaris afficientis, nullitas cognoſci poterit à Iudice auxiliari: & ſi quid ſimile objiciatur, quod ipſum auxiliarem Iudicem, eiuſue ſatel-

ſatellites tangat: non vero acta vel decreta requirentis reſpiciat. *d. §. ſi verum.*

4. Si Iudex requiſitus ſit Ordinarius an iure ſuo exequi & cognoſcere dicatur?

Obijcitur, quod Iudex ordinarius requiſitus ab eccleſiaſtico executionem iure proprio videatur facere: &, an ſubreptum fuerit Iudici Eccleſiaſtico, poſſe cognoſcere *ex Matth. de afflict. deciſ.* 220. *n.* 9. verum hîc ordinarius exequitur non vt talis; ſed vt imploratus & auxiliaris: & alio in genere is loquitur; atque in materia principaliter ad Ordinarium pertinente: neque de huiuſmodi requiſitione; ſed abſolutione ad effectum agendi in cauſa ad ſæcularem directè ſpectante. ſed & præſides Ordinarij ſunt; de quibus tamen quæ diximus ſtatuit d. l. A Diuo *Pio. §.* 1. *& ſeqq.*

5. Quæſtio cautionis an ad formam executionis pertineat?

Sed & cautionis quæſtio ad formam executionis ſpectare non videtur. forma eſt quæ dat eſſe rei, ſine qua res eſſe non poſſit; ſed executio eſſe poteſt ſine cautione; etiam vbi debetur, ſi à parte non excipiatur: ea ergo exceptio cautionis præſtandæ retardare, non irritare executionum poterit. ſi voluntariè quis eam patitur, neque parere monitus, aut executionem inceptam paſſus, cautionem non requirat, ſubeſſe nullitas non poterit: ſicut parte etiam non opponente nullitas dabitur, ſi die feſto *arg. c. vtinam. diſt.* 76 *& c. nunquam. diſt.* 5. *l.* 1. *D. de damn. infect.* ſi nocte intempeſta fiat executio. nam hæc ad iuris formam pertinent: cautio autem ad ius partium. quare etiam reſponſum eſt, ſententiam eſſe nullam, ſi diſertè contra leges lata eſt, non item ſi contra iura partium.

6. Requiſiti officium nō excoditur. vltra requiſitionem.

Mandatum & requiſitio ſecundum ius accipienda ſunt, nec quiſquam id mandare cenſetur, quo iudicium ſuum ſubuertatur. non ergo Iudex requirens, vt requiſitus acta requirentis nulla declaret, præſertim Eccleſiaſtici: cuius etiam error à ſæculari corrigi non poteſt. *vt diximus lib.* 1. *c.* 5. nec ſi is vellet, acta ſua poſſet ſubijcere cognitioni ſæculari. *arg. c. ſi diligenti. X. de for. competent.*

7. Etſi non cognoſcere de actis requirentis poſſit requiſitus, tamen negare auxilium poteſt vbi euidens eſt nullitas.

Id quidem *ſupra lib.* 4. *c.* 3. diximus, vbi euidens eſt nullitas, non teneri aliquando Iudicem ſæcularem Eccleſiaſtico auxilium præſtare; ſed poſſe negatiuè ſe habere: nullatenus autem acta requirentis irritare, vel irrita declarare. ſi quidem hæc ſuperioritatem exigunt. ſi autem Iudex imploratus non vlterius progreditur, quam vt de actis circa præſtationem auxilij à ſe, vel ſatellitio ſuo commiſſis cognoſcat; non eadem videtur ratio ne id liceat.

CAPVT IX.

De inuocatione auxilij non vertenda in ſubiectionem.

1. Siue ſpecialiter ſiue generaliter brachium Principum imploretur, non eſt interpretandum aut vertendum in ſeruitutum.

CONtingit Epiſcopos implorare auxilium brachij Principalis, non tantum pro ſpecialibus caſibus, ſed etiam generalibus decretis. v. g. celebrata anno 1586. Cameraci, 1607. Mechliniæ Synodo prouinciali ab Archiepiſcopis & Epiſcopis, ſupplicatum eſt Regi reſpectiuè ac Principibus noſtris, vt pro faciliori executione authoritatem ſuam vellet adiungere. quod hi facientes multos deſuper articulos edixerunt, etiam in negocijs merè Eccleſiaſticis. æquum procul dubio non eſt, vt illa ideo facta cenſeantur regiæ iuriſdictionis, aut quippiam Eccleſiæ authoritati eſſe detractum. præſtant illi defenſionem, & auxilium Eccleſiæ pia intentione, ac ſincera; fide boni Principes ſunt, ac religioſi; bonæque fidei, Dei ſacerdotes honorant atque tuentur *iuxta c. boni Princip. diſt.* 96. non tuentur vt ſubdant: de qualibus ille,

Timeo Danaos & dona ferentes.

Nec

Nec qualis eſt apud Horatium fabula de equo per ceruum ex communibus paſcuis pulſo. qui poſtquam hominis imploraſſet opem, & victoriam reportaſſet; incidit in perpetuam hominis ſeruitutem.

Non equitem dorſo, non frænum depulit ore: Vide de abuſibus aduocatiarum Chokier. *Vind. lib. Eccleſ. p. 2. c.* 8.

2. Præſtitum Synodis brachium non minuit Epiſcoporum authoritatem.

Non ergo Principes noſtri, ſic requiſiti Eccleſiæ brachium, auxiliumque præſtant, nō illam ſubigere, illiuſque iuriſdictionem eneruare intendunt: nec tantum in negocijs merè Eccleſiaſticis, ſed neque minuere in ijs, quæ vtrumque forum, vel rei vel perſonæ intuitu ſpectare poſſunt. v. g. in dicta Synodo *Mechlinienſi tit.* 13. ob diuerſitatem locorum, & conſuetudinum ſuper reparatione Eccleſiarum hoc ciuili bello deſtructarum, cui illæ non ſatis aptæ erant, decretum fuit; vt ſine præiudicio ex communi iuris diſpoſitione per Concilium Trident. innouati, certa ratio iniretur, cui ſe omnes conformarent; poſteaquam ſuper ea cum ſuis ſereniſſimis Celſitudinibus maturius actum eſſet; eodemque modo ſuper eadem Synodo dato *art.* 15. *&* 16. ſtatutum eſt manum auxiliatricem à Concilijs regijs dandam eſſe ſuper ijs, quæ in eadem Synodo ſuper congruâ parochorum portione decreta eſſent, ſeu à Iudicibus Eccleſiaſticis prouiſionaliter, aut definitiuè decernerentur. edictum quidem ſuper reparatione Eccleſiarum nomine Principum emanauit, cōceptum tamen interuenientibus deputatis Eccleſiaſticis: additque illud ad finem, ſi caſus contingat ibidem non deciſus, quaſi ex ratione legis vltimæ *C. de leg.* adeundum fore Concilium regium: vt amicabiliter negocium componat; aut ſine figura iudicij explicet. non per hoc tamen intendit minuere iuriſdictionem Eccleſiæ, ſuper cura fabricarum Eccleſiaſticarum competentem.

3. Sic edicta ad Synodō Cameracenſem ac Mechlinienſem data circa Eccleſiarum reparationes, parochorum congruas portiones, non minuit. Ordinariorum Iuriſdictionem.

4. Portio à Synodo decreta, edicto probata, per Ordinarium mutata temporum ratione poteſt nihilominus mutari.

Quoad congruam porro parochorum portionem mota fuit quæſtio; an cum argueretur taxa Synodi per edictum ſtabilita, eſſe exceſſa; atque à regio Principis Concilio, ad mores hic inolitos, petita eſſet caſſatio, eo nomine quod contrauentum eſſet edictis regijs; ea eſſet concedenda? ſicut vſu receptum eſt; vt quando mandatis Principum, ſeu edictis contrauenitur, aut priuilegijs patriæ, aut iuriſdictio ſæcularis læditur, ea concedatur: & dicendum eſt non eſſe deueniendum ad remedium extraordinarium, cum præſto ſit remedium ordinarium appellationis, ad ſuperiorem Eccleſiaſticum. qui cognoſcat an exceſſum ſit. neque enim edictum ſuper Synodo eo fine emanaſſe, vt aliquatenus iuriſdictio Eccleſiæ minueretur, aut huiuſmodi cauſæ cognitio aliam indueret naturam. adeoque cum de legis ſtatutariæ interpretatione quæreretur, Eccleſiæ illam eſſe: quæ originaliter illam condidit. *c. cum veniſſent. X. de iud.* ſicut Principis eſſet, ſi illius primordia ab eo eſſent profecta. *l. vlt. C. de leg.* adeoque edictum, de quo quærimus, non motu proprio datum, ſed in auxilium Eccleſiæ; non eſſe retorquendum in odium, caſſationemque iudiciorum Eccleſiæ: ſed illis ſuum curſum eſſe permittendum ad ſuperiora Eccleſię tribunalia. neque id dignitati regiæ quippiam derogare: cum huiuſmodi beneplacita, ſicut aliæ approbationes & confirmationes, vincula quidem addant; non tamen naturam rerum confirmatarum mutent, aut extendant. *c. 4. X. de confirm. vtil. vel inutil.*

Igitur in d. Synodo decretum eſt, ne vltra 300. flor. quidpiam pro congrua portione adiudicaretur, niſi parochiæ amplitudo indicio Epiſcopi aliquid amplius exi-

Mm geret.

geret. amplius tamen eſt aſſignatum: Synodus exceſſum commiſit iudicio Epiſcopi, probauit edidum: ſi quis de iudicio Epiſcopi queratur, tanquam irrationabili, & metas arbitrij boni viri excedente, remittendus eſt ad ſuperiorem Epiſcopi. nec Synodi, nec edicti intentio eſt, ex edictali beneplacito deriuare caſſationem. argumento fabularum equi, & Danaorum, de quibus mox diximus.

Sed & hæc quæſtio, an mutatio temporis, ac rerum monetæ, ac caritatis annonæ licitum non faciat huiuſmodi exceſſum? ad Synodũ; ſeu Eccleſiam ſpectat: vnde originaliter leges proceſſerunt, quæ de parochorum alimentis ſtatuunt. eoque vt dictum eſt ab eâ petenda eſt illius interpretatio. non ſi quid ſecus actum fuerit, materiam caſſationi ſubminiſtrat, vbi hactenus ea non vlterius vſurpata eſt, quam in cauſis, de quibus ſupra dictum eſt.

Sacræ literæ dicunt nõ eſſe obligandum os boui trituranri: ſerenti ſpiritualia metere licere temporalia: ſeruienti altari de altari viuere. inde permulti canones de congrua parochorum portione ſtatuunt; & Concilium *Trid. ſeſſ. 7. c. 7. ſ. 24. c. 13.* vbi libertatem d. c. 7. tributam videtur explicare *d. c. 13. in verb. quod pro rectoris aut parochia neceſſitate decenter ſufficiat*: imo Bulla Pij V. amplam libertatem d. c. 7. & decentiam neceſſitatis d. c. 13. intra 100. aureos reſtrinxit. vtique rebus ſic ſtantibus, & nummorum valore retento. alioquin obediendum eſt neceſſitati, quæ legem non habet. *Vide Tuſc. verb. neceſſitas non habet legem. concl.* 19. vbi multa exempla, in quibus quod per ſe non licet, neceſſitas licitum facit. Jmo d. Synodus Mechlinienſis mutato valore aureorum, qui tempore Pianæ conſtitutionis tantum conficiebat duos florenos Brabanticos, taxam expreſſit ad tres, vt ille increuerat: eoque viam aperuit obediendi vlteriori neceſſitati, quã mutatio exinde maior inducere, vt nõ tantum locus non ſit caſſationi in negocio primordialiter ex ſacris literis, quarum interpretatio Eccleſiæ competit, orto, ſed neque iuſtæ appellationi: ſi vltra 300. flor. à Synodo expreſſos iudicarit Epiſcopus, ex rerum mutatione, & parochiæ amplitudine, eſſe amplius aſſignandum. atque ita Concilium Brabantiæ reiecit ex vtroque capite petitam caſſationem à Comitiſſa E: contra paſtorem R. ann. 1644.

Igitur vt redeamus ad ea, quæ ſuperius diximus, non poteſt Iudex imploratus examinare acta implorantis: ſeu vllam cauſæ cognitionem aſſumere. *c. vt inquiſitionis. §. prohibemus. de hæret. in 6. in verb. aut executionem promptè, prout ad ſuum ſpectat officium, facere detrectant.* & generalius deciſum eſt *in l. ſi prætor. D. de iud. non vtique Iudex*, inquit, *qui de iudicato cognoſcit, debet de prætoris ſententia cognoſcere. alioquin luſoria erunt huiuſmodi edicta, & decreta prætorum.* multo minus cui non ex iudicato cognoſcere commiſſum eſt; ſed qui nudus executor eſt dumtaxat. *vt ad d. l. Buſius poſt Coſtal.* vt eſt qui requiritur à Iudice Eccleſiaſtico ad præſtandum brachium ſæculare: cuius non eſt cognoſcere de iudicio Eccleſiæ. *c. vnam ſanctam. §. ergo ſi deuiat. de maior. & obedient. in extrauag. commun.* ſed ſuperioris in Eccleſia. *vt ibid.* eoque magis huic conuenit, quod dicitur *§. quia vero. X. de off. deleg.* vt Ordinarius requiſitus teneatur exequi delegati ſententiam, quamuis iniqua ei appareat. *c. inter cæteras. X. de ſentent. & re iudic.* aut ſanè remittere debet ad requirentem; ſi difficultatem repepriat: vt deciditur *in c. de cætero. X. de re iud. c. ſi quando. X. de reſcript.* quod ipſum & in Iudicibus poteſtate paribus ſeruandũ rectè probat Buſius.

5. Iudex de iudicato cognoſcẽs, non cognoſcit de cauſa: minos executor merus.

6. Vt eſt ſæcularis imploratus ab Eccleſiaſtico.

7. Si iudicatum ei iniquum appareat, debet non cognoſcere, ſed remittere, ad requirentem.

Buſius *vbi ſupra n. 6.* multo magis dicendum eſt in ſæculari, reſpectu Eccleſiaſtici. quem ideo nullatenus de ſententia cognoſcere communiter receptum eſt. prout ſic in edicto Regio *ad executionem Synodi Prouincialis Cameracenſis dato 1. Iun.* 1587. *art. 18.* diſertè decretum eſt:

8. Ita & iubent edicta regia.

ſi ordonnons, inquit, *à tous noz iuges de mettre à l'execution, toutes les fois, que requis en ſeront, par prinſe de gages ou autrement, les ſentences deſdicts iuges Eccleſiaſtiques, non ſuſpendues par appel: n'eſt, que le iuge requis ait cauſe pregnante au contraire; dont il aduertira le iuge Eccleſiaſtique: lequel ne trouuant icelle cauſe ſuffiſante, pourra auoir ſon recours a noſtre dict conſeil priué.* Iudicibus ſuis mandat Rex, vt executioni tradant ſententias Judicum Eccleſiaſticorum: vtique illis, qui tradere poſſint executioni; brachium habeant; manumque militarem, vt exequantur: non ſcabinis; ſeu illis, qui dumtaxat habent notionem; quam neque concedit: ſed, ſi occurrat ratio prægnans, dumtaxat ſignificationem; quam faciant iudici Eccleſiaſtico; & huic recurſum ad ſua Concilia.

9. Peruerſio iuriſdictionis eſt obtentu ſaluæ guardiæ auferre Eccleſiæ iuriſdictionem.

Non ſine ſpecie auxilij in dominatum verſi, quidam officiarius regius cum carceris Epiſcopalis cuſtos in officio peccauerat, eiuſque negligentia elapſus quiſpiam erat, punitionem regio Concilio ſoli competere ſuſtinuit: ideo, quod carceres & commentarienſes ſint ſub protectione, & ſalua guardia regia; cuius infractio crimen ſit ad regios cognitores pertinens: quaſi vero huiuſmodi defenſio, & brachium, auferre debeat Epiſcopo cognitionem, & correctionem ſui miniſtri, in ſuo officio, & ſuo carcere delinquentis. Iniuriam amoliri volunt edicta, & literæ ſaluæ guardiæ huiuſmodi; non inferre; non ius ſuum cuiquam auferre, non Eccleſiæ. *Principes ſaculi nonnunquam intra Eccleſiam poteſtatis adepta culmina tenent, vt per eamdem poteſtatem diſciplinam Eccleſiaſticam muniant. c. principes. 23. quæſt. 5.* (non ergo vt munimenta auferant) *Cognoſcant Principes ſæculi Deo ſe reddituros rationem propter Eccleſiam, quam à Chriſto tuendam ſuſcipiunt.*

CAPVT X.

De inſpectione Epiſcoporum in Iudices ſæculares.

CVm ſæculares poteſtates officio ſuo deſunt, ipſe etiam Iuſtinianus Epiſcoporum inſpectionem etiam interpellauit, quando *in Auth. vt Iudices ſine quoquo ſuffragio* multis monitis Iudices mandatiſque inſtruxerat, ſubiunxit edictum ad omnes Epiſcopos, quo legem, quam in omni iuſtitia ſubiectos viuere ſtudens ait ſe conſtruxiſſe, etiam illis voluit eſſe manifeſtam, & tanquam dedicatam Deo recondi in Eccleſia, cum ſacris vaſis, & tabulis; ſeu lapidibus inſculptam in porticibus Eccleſiæ deſcriptam. *ſua igitur*, inquit, *ſit reuerentia, & cæterorum hæc cuſtodire, & ſi quid tranſcendatur à Iudicibus ad nos referre. vt nihil contemnatur horum quæ ſanctè à nobis ſtatuta ſunt.* Et iterum, *in Authent. vt nulli Iudicum liceat habere loci ſeruat. omnem*, inquit, *damus licentiam locorum ſanctiſſimis Epiſcopis & primatibus ciuitatum huiuſmodi præſumptiones prohibere, & ſtudere vt hæc omnia ſine impedimento, & ſine diſpendio ſecundum legum virtutem procedant, & nobis nunciare.* & porro Iuſtinianus chriſtianam rempublicam non per modum dumtaxat politiæ cupiens regere, ſed & politiam ſecundùm viam ſalutis dirigere, ſubtexuit; *vos autem ſi negligentes non referatis, rationem reddetis apud Deum pro aliorum in-*

1. Inſpectio Iudicum ſæcularium Epiſcopis vt commiſſa.

iuſtitia, ſi quod non cognoſcentibus nobis damnum apud vos Iudicibus inferatur. Sed oportet præſentes vos prouincijs, & pro ijs ac reliquis deteſtantes manifeſtos nobis facere, & rectos Iudices & tranſcendentes hanc legem noſtram, quatenus vtroſque cognoſcentes, hos quidem puniamus, illis autem repenſemus. Quinimo Iudices per Epiſcopos ad officium adiguntur. *Auth. vt differentes Iudices audire interpellantium allegationes, cogantur ab Epiſcopis hoc agere*; & vlterius *ibid. c. 1. Iubemus ſanctiſſimum Archiepiſcopum audire cum clariſſimo Iudice, vt ambo per amicabilem conuentum diſſoluant quæ dubia ſunt.* & infra: *ſi tamen contigerit quendam noſtrorum ſubiectorum ab ipſo clariſſimo prouinciæ Iudice lædi, iubemus illum adire ſanctiſſimum illius ciuitatis Epiſcopum, & ipſum iudicare inter clariſſimum illius prouinciæ Iudicẽ & eum qui putatur læ-*

2\. Ita vt male in officio verſantes coram Epiſcopo potuerint conueniri.

ſus ab eo. quare Cuiacius *ad Nouell.* 86. ita hæc accipit, vt aduerſus Præſidem agi poſſit repetundarum coram Epiſcopo. *ex l. 4. C. ad leg. Iul. repetund.* non quod illa id dicat; ſed quod vitia ibi relata ijſdem Autheuticis damnentur; nuncianda, cognoſcendaue committantur. quę

3\. Quam in contrarium à inte abiuerint Galli.

quidem vel iam olim recepta hic non ſunt, vel vſu obſoleta. imo in Gallia Regijs cõſtitutionibus cautum, in quibuſdam priuilegiarijs caſibus, vt ipſi Regij Iudices ab Epiſcopale veniant auditorium: ac ſimul cum Eccleſiaſtico Iudice cognoſcant. Eccleſia tamen pro iure ſuo negligentiam Iudicum ſæcularium per Eccleſiaſticos voluerit

4\. Canones defectum in reddenda iuſtitia per Epiſcopum volunt ſuppleri.

ſuppleri *c. ex tranſmiſſa. X. de for. compet.* vbi per dominum feudi cauſa feudalis dicitur terminanda: & *ſi ipſe*, inquit, *malitioſè diſtulerit, tu ei debitum finem imponas. c. cum ſit. eod. c. ex tenore. eod.* vbi non turbanda iuriſdictio ſæcularis dicitur, *dummodo actor per Iudicem ſæcularem*, inquit, *non obſtante illius contradictione, cauſam ipſam ratione praua terminetur.* id quod ta-

5\. Princeps hodie aditur qui iubet ſuis vt ius dicant.

men ipſum vſu obtinere vix eſt receptum. Sed vt Princeps ſeu ſuperior ſæcularis adeatur, qui ad illum det literas, quas iuſtitiæ hodie vocant, quibus iubeatur cauſam expedire. vt & vix monitoriæ. *Vide Marth. de iuriſd. p. 2. q. 52.* quæ expe-

6\. Expeditio vt olim maioribus noſtris commendata.

ditio maioribus noſtris olim adeo fuit commendata, vt ann. 1312. Ioan. Ducis tabulis legum Brabantię cautum ſit, vt ſi quis precio corruptus, vel perperam ius dixerit, vel dicere diſtulerit, capite ac bonis priuetur. quare ſi cognitio cauſæ relinquenda videatur Iudici ſæculari, præſertim in cauſis perſonarum miſerabilium, ab Epiſcopis vel Eccleſiaſticis viris conueniri poſſint. *quod ſi*, inquit c. adminiſtratores. 23. *q.* 5. *Dei timorem præ*

7\. Et canonibus.

oculis non habentes negligere poſt ſecundam & tertiam admonitionem inuenti fuerint, omni ſe nouerint communione vſque ad condignam ſatisfactionem priuatos. Vide quæ diximus *ſup. l. 1. c. 5. l. 4. c. 1.*

CAPVT XI.

Reuerenter cum Epiſcopis eſſe agendum.

1\. Iudices quique ſuis ſint terminis contẽti.

NVnc vt ad eas, quæ minorum gentium ſunt, actiones pergamus. ſupereſt ergo, vt quique ſuis terminis contenti, alienos iudicando, ſtatuendo, grauando non moueant: in communes autem campos, res, ſeu negocia mixti fori ita deſcendant, vt leges communionis habent, ne quis alterum iure ſuo vti impediat, ne quod commune eſt, ſuum ſolius facere adnitatur: quod denique officio incumbit, ſecũdum leges exequatur. quod ſi quid ſecus actum quis crediderit, non mox ad arma conclamet; ſed amicè commoneat, quod æquum putarit modeſte requirat. Inde decretum eſt, *in c. ſi quis erga*

2\. Si quid ſecus actum, amicè pertractent.

2\. *q.* 7. reuerentiæ ergo Eccleſiæ præſulibus debitæ, vt ſi quis publicè de ijs queratur, & Iudices adeat ante-

antequam ſemel ac ſæpius familiariter eum interpellarit, communione priuetur, *tanquam Apoſtolorum*, inquit, *patrumque aliorum contemptor.* plura ſunt in eam ſententiam eadem quæſtione à Gratiano allata. vt exiſtimandum ſit omnino iſtiuſmodi ſuperiorum Eccleſiæ deſpectum eſſe grauiſſimum. Eoque pridem apud nos obtinuit, vt ſi quis apud Principum Concilia querelas deponeret aduerſus Epiſcopum, libellus illius literis clauſis incluſus, quaſi familiaribus, ad illum tranſmitteretur. vt ſic vel iuſtitiam ſuam accipiat, aut iuſtam excuſationem. *d. c. ſi quis. certum eſt enim ſeculares oportere Eccleſiaſticam formam ſequi, non huic humanitus ſequenda iura præfigere. neque eius ſanctionibus velle dominari, cuius clementiæ Deus voluit regiæ deuotionis colla ſubmittere, ne dum menſura celeſtis diſpoſitionis exceditur, eatur in contumeliam diſponentis. c. certum. diſt.* 10. *boni Principis eſt ac religioſi Dei ſacerdotes honorare atque tueri. c. boni diſt.* 96. & qualeſcumque Pontifices ſint, etſi errore humanitus accidente, non tamen contra religionem vllatenus excedentes, nullatenus videantur à ſæculari poteſtate poſſe percelli. *c. ſicut. diſt.* 96. id quod planius decreuit Bonifacius VIII. *in c. vnam ſanctam de maior. & obed. in extrauag. commun.* vt ſi deuiauerit poteſtas ſpiritualis à ſuperiori, non ſæculari, corrigatur. qua de re latius diximus *lib.* 1. *c.* 5. non excludimus tamen ſollicitudinem, quæ modeſtiam Eccleſiæ debitam non egrediatur. *c. filijs vel nepotibus* 16. *q.* 7. quomodo in publicatione Concilij Tridentini Margareta Regens hîc mandauit Concilijs regijs, vt & inſpicerent an Epiſcopi eiuſdem concilij decreta in vſum inducerent, &, ſi id minus ſeruarent, Regi perſcriberent: qui porro congrua via monitos illos curaret. hæc modeſtè ac religioſè acta ad protectionem eiuſdem Concilij pertinent. *Vide qua diximus* 1. *cap. vlt. n.* 3. *& ſeqq. de ſacerdotum reuerentia.*

3. Non aliter de Epiſcopis publicè mox querantur.

4. Vnde antiqua praxis literarum clauſarum ad Epiſcopos.

5. Vt honorabiliter cum illis agatur.

6. Non à ſæcularibus percellantur.

7. Salua ſollicitudine modeſta.

CAPVT XII.

A quo Iudice petendum auxilium, vbi alius iudicat, alius exequitur?

IVdicem Eccleſiaſticum, qui criminalem habet iuriſdictionem, neceſſarium eſt, ius habere decernendi apprehenſionem. quippe cui debeat competere facultas citandi reum. atqui in criminalibus apprehenſio, citatio realis eſt; permiſſa ergo cuicumque iuriſdictio criminalis competit.

1. Cui cognitio criminalis competit fas eſt citare, adeoque ſi res exigit, realem citationem decernere.

Et ſane Concil. *Trid. ſeſſ.* 25. *c.* 3. Judices Eccleſiaſticos expreſsè vult, potius quam per cenſuras, per alia media, & ſpeciatim etiam per diſtrictionem perſonarum procedere. ſola difficultas eſt in executione, quæ manum fortem exigit: de qua Cõcilium *Trid. ibid. & executione per ſuos proprios*, inquit, *aut alienos executores facienda.* alienos ſcilicet, vbi ita vſus priſcus habet. diſertè ergo Iudici Eccleſiaſtico facultatem facit decernendi apprehenſionem, etiam contra laicos, vt exprimit: ſed executionem faciendi, per brachium ſæculare; ſi ita antiqui mores habeant. alioquin iure Epiſcopo licere per ſuos exequi ſententiam, eoque familiam armatam congruam habere interpretata eſt pridem S. Congregatio. *Vide Declarationes n.* 30. 31. *ad calcem part.* 5. *Reſol. Dianæ.*

2. Concilium Trid. perſonarum diſtrictionẽ Eccleſiaſtico Iudici ſimpliciter tribuit: ſed executionẽ alternatiuè.

3. Etiam contra laicos.

Vnde ex moribus rectè Philipp. Buguion. *de leg. abrogat.* 2. *ſect.* 210. *Les Eueſques, inquit, ou Official peult decreter prinſe de corps, quand la matiere y eſchet, contre quelle perſonne, que ce ſoit; mais il ne luy eſt licite de faire les captures par ſes appariteurs, hors ſon pretoire, ſinon en implorant l'aide du bras ſecu-*

ſeculier, qui ne luy eſt iamais refusè, veu ſon decret. quippe conceſſa iuriſdictione criminali omnia conceſſa intelliguntur, quæ ad illam ſunt neceſſaria. *l. 2. D. de iuriſdict. om. Iud. c. 5. X. de off. deleg.* eoque argumento vtitur Bonifac. VIII. *in c. cum Epiſcopus de off. ord. in 6.* quamuis ibidem loqnatur de perſonis Eccleſiaſticis. vt ſolent reſcripta ad propoſitum dumtaxat caſum reſpondere. vt argumentum à contrario ſenſu etiam non procedit, quando alibi ſecus in iure deciſum eſt. vt in locis infra citatis. & loquitur non de decreto tantum; ſed ipſa executione; & Concilium Trid. *d. c. 3. ſeſſ.* 25. clarius exprimit *in verb. liceat eis contra quoſcumque, etiam laicos, per mulctas pecuniarias, quæ locis pijs aſſignentur, ſeu per captionem pignorum, ſeu diſtrictionem perſonarum, per ſuos vel alienos executores faciendam* &c. Denique ſæpius Senatus Brabantiæ reiecit petitiones caſſationum aduerſus inhibitiones v. g. ſuſpectarum conuerſationum, ſub pœna apprehenſionis, ſeu carceris, factas.

4. Iuriſdictione conceſſa, neceſſaria accedunt.

5. Inhibitiones ſuſpectę conuerſationis ſub pœna carceris, iuri conſonæ.

Sed executio, brachium ſæculare vulgo dicitur exigere, eademque fere eſt praxis: & lex Epiſcopale *C. de Epiſc. audien.* Epiſcopis diſertè iudicationem tribuit: executionem autem eorum definitioni cōcedi iubet per Officia Judicum. vt decretum apprehenſionis negari eis non poſſit competere; ſed tamen poſtuletur executio à brachio ſæculari. quæ phraſis vel ſola indicat pro executione tantum illud eſſe implorandum. quippe intellectui iudicatio: ori, iuris, ſeu ſententiæ dictio: brachio, executio conuenit. ita de mirabilibus Domini *pſal. 135. per uſſit Ægyptum cum primogenitis eorum, & eduxit Iſrael de medio eorum. in manu potenti, & brachio excelſo.*

6. In executione controuertitur à quo ſit facienda apprehenſio.

7. Vox brachij executionem innuit.

Igitur vbi brachium ſæculare eſt implorandum, & alius iudicat, alius exequitur; quæritur à quo auxilium ſit petendum? dum in neutris in ſolidum videtur reſidere ea iuriſdictio, & imperium, quod fuit Romanorum olim Iudicum, ac Magiſtratuum: quorum brachium fuerit à Iudicibus Eccleſiaſticis olim imploratum. vt & d. lex Epiſcopale directa fuit præfecto prætorio. &, ne dicamus exiguam eſſe ſcabinorum & vrbium iuriſdictionem, vt deducit Loiſeau *lib. de Seigneuries cap. vlt.* de prætore aut Principis officiario, & ſcabinis quæſtio eſt. ſed vt ea penitius excutiatur, viſum eſt quædam altius repetere.

8. Iudices olim Romani ſolidum habebant Ius quod hodie ferè diuiſum inter eos qui officiarij & qui ſcabini.

Et ſanè Magiſtratuum vernaculorum ethimologia & authoritas varia eſt; & ab vſu, atque conſuetudine dependet. & quadrat illud A. Gellij *l. 16. c. 13. obſcura, obliterataque ſunt municipiorum iura, quibus vti iam per ignorantiam non poſſunt.* Vſus ergo & conſuetudinis in his ſumma eſt authoritas. Nihil vetat *quin Iudices vulgo Scabinos,* inquit Inſulanus, *aut huiuſmodi homines vocemus iuratos, quo nomine etiam ſcimus in pleriſque orbis terrarum partibus à plebe recenſeri. Spigel. in Lexic. v. ſcabini.* Meminit huius vocabuli *c. 1. de immunitat. Eccleſ. in 6.* vbi coniungitur conſulibus & dominis temporalibus, tanquam in Francia vſitatum. c. 2. X. *de alienat. iudic. mutand. cauſ.* quod directum eſt Abbati Sancti Nicolai Furnenſis. & loquitur de Scabinis *Ipretis*, ſeu Iprenſibus. conſuetudines citat omnino multas Ragueau *en ſon Indice des droicts royaux. v. eſchevins. v. eſcheuinage.* vbi hoc verbum magis ab Alemannis eſſe profectum fatetur. *v. maieur, & eſcheuins. v. maire, & eſcheuins.* priori loco, *Scabini*, inquit, *iuriſdictionem habent, ſed & mero imperio vtuntur multis locis, Iudices olim appellati ſunt ſcabini. Vt in conſtitutionibus Caroli Magni, quo tempore à Miſſis Dominicis eligebantur:* (vt adhuc fit hodie quotannis in Flandria) & *in d. v. maieur. & eſcheuins*, vtroſque coniungens, *quibus*, inquit, *ſumma reipublicæ commiſſa eſt.*

9. Municipalium magiſtratuum obſcuræ authoritatem.

10. Vſus declarat.

11. Quid vox, ſcabini?

12. Ballini, Maiores?

& in

& *in v. maire; maior populi Gregorio quaſi primus Curiæ. vt in ſenatu princeps ſenatus;etiam annotante Cuiacio ad leg.33.C.de decurion.* quo pater ciuitatis,& defenſor plebis, qui parentis vicem plebi exhibet. Idem Ragueau *v.baill,ballifs ſont ceux, qui ont la baillie de la iuſtice;qui reipublicæ villici,quæ eſt cura reipublicæ intra terminos ſuæ iuriſdictionis.*

13. Schulteti, Ammanni.

Marchantius *in Flandria l.1. tit.de magiſtrat.* 1. de ſcabinis, deinde de balliuis, ſchultetis, & Ammannis variè diſſertat:denique *noſtris moribus* inquit,*balliui, ſchultetique hoc modo à ſcabinis differunt: Scabini iudicant; balliui iudicatum, & Scabinorum ſicta, Principumque conſtitutiones exequuntur:illi vocationem habent; hi prahenſionem, miſsionem in carcerem*: Et infra, *Scabini iura populi; hi Principis magis reſpiciunt:& Scabinos ad ius in propatulo tribunali dicendum ritè & neceſſario ſubmonent, atque tribunalis locum poteſtatemque velut aperiunt.* neceſſariò, inquit, quia niſi hæc perſona adſit, quæ Iudicem ad ius dicendum moneat, Scabini non vellent, aut poſſent ius dicere.inde *maendre* vocatur.*ita Damhouder.in prax.ciuil.c.1. & 10 & Thuldon in vtroque loco.*

Propius Paulus Chriſtinæus *ad Conſuetudines Mechlinienſes. tit.1. art.1. numer.6. in verb. ter maninge van ſchontetb.& tit.6.art.*15.vbi de Schulteto, *Principem*,inquit,*repræſentat;in omnibus, quæ ad Principis maieſtatem pertinent ſuam authoritatem interponit, & ab ipſo Principe in reſcriptis ipſius vicarius appellatur, ſummo iure præfectus Vrbi nominandus videtur.*quemadmodum etiam rectè Sculthetum Antuerpienſem, ſeu Marcgrauium

14. Marcgrauij.

præfectum vrbis vocandum iudicat Scribanius *in Origin.Antuerpienſ.c.15.*quòd vt ille, non tantum intra vrbem; ſed & centeſimum ab vrbe lapidem iuriſdictionem exerceret: hic intra terminos Marchionatus, ſeu ditionis Rienſis. ſed hæc cauſa propius illum aſſimilat Præſidibus prouinciarum. vt ditio hæc vnam ex ſeptemdecim Belgicis prouincijs hodie conſtituit:ſiue, vt ex Beato Rhenano *l.rer.Germ.* recitat Loiſeau *de Seigneuries. c. vltim. vnicuique ferè ciuitati Comes præſidebat, qui nominabatur aliquando Iudex fiſcalis, ſcabinos ſub ſe habens.* ſic vox Marcgrauij limitaneum comitem ſonat:vt Iudex ipſe videatur; Scabini ſub ipſo, vt aſſeſſores,aut Judices pedanei: ille merum imperium habeat, gladiumque nomine ac iure Principis. Vnde & Iudex fiſcalis vocatur in legibus Ripuarijs.*ſi quis,* inquiunt,*Iudicem occiderit, quem Comitem vocant.* quibus optimè quadrat *ex Capitular.Caroli Magni l.4.art.5. Comes ad maritimam cuſtodiam deputatus, ſi ſecum ſuos ſcabinos habeat, ibi placitum teneat.* 15. Comitis.

Rurſus Chriſtinæus *d.n.6.iudicaturos,*inquit,*admonet ſuæ religionis, & iuriſiurandi in ſententijs dicendis, quod vulgo maenen nominant: eſtque executor criminalium: &, vti Iacobus de Beluiſo tradit in praxi ſua crim. tit. de fug. reor.col.15. habet merum & mixtum imperium. ſi quidem ibidem quærit de duobus Iudicibus, quorum vnus ſententiat,& alter exequitur, quis habeat merum vel mixtum imperium? & ſubdit, quod ille, qui exequitur:dummodo habeat iure proprio.maioris enim Iuriſdictionis eſt executio,quam pronuntiatio.vti notabiliter tradit Alexander in l.1.col.5. verſ. item. ex hoc gloſſ. D. de iuriſdict. om. Iud.* ita Chriſtin. adde quod ad Principis officiarium illius mandata mittuntur, & edicta: omniumque ei executio committitur; perſona ſtatuitur ex Principis nutu, eaque ferè illuſtris, vt rectores olim prouinciarum, atque Vrbi Præfectus.*l.3.C.de off.præfect.vrb.* Scabini ſint quadantenus Aſſeſſores. *vt in d.Capitularibus.* Vt dignius in officiario huiuſmodi repręſentetur Princeps,quam in Scabinis poſſet; eoque brachium illius, non horum implorari oporteat.

16. Scabini vel aſſeſſores, vel pedanei Iudices ſunt alij gladium portant, brachium Principis magis repræſentant.

17. Vt Prætores iudicare Scabinos iubent, quod hic eſt *maenen*.

Porro verbum illud *maenen* obuio quidem ſenſu monitionem, inter-

terpellationemque ſignificat : *vt apud Kilianum in Dictionario , & alios:* ſed & monere cum imperio, ſeu mandare: vnde & exorcizare ſignificat. *den duyuel-vuytmaenen, bemaenen &c.* vbi non monere, aut requirere; ſed imperare, ſignificat. ſic vox angelica; *imperet tibi Deus; in epiſt. can. Iudæ* : & Pontificale, *in Ordinatione exorciſtarũ, tunc*, inquit, *rectè dæmonibus imperabitis.* &c. quare & ſic in iudicijs vſurpatum illud *maenen*, non ſimpliciter ſignificat monere; ſed monere cum imperio : vt ſcabinos monere, ſit iubere iudicare. vt olim Prætores magis Iudices dabant, iudicare iubebant, quam ipſi iudicabant. *l. 2. de pedan. iud.* criminales cauſas ipſi tenebantur definire; *l. 1. de off. eius cui mand.* vnde forte & ſcabini quidem cognoſcunt, pronuntiantque reum quem eſſe; officiarius autem nonnullibi mortem nõ tantum imponit, ſed & genus mortis definit, exequiturque; ipſe apparitionem, ſatellitium habet; familiam armatam, & executionem. manum militarem vocat lex *qui reſtituere. D. de rei vind.* atque hæc ipſa dicitur brachium ſæculare. vt liquet ex citatis à Tuſco. *v. brachium*

18. Prætores iudicata à pedaneis ſeu iudicare iuſſis exequebantur.

ſæculare, brachium militare. concl. 126. Iudices etiam à prætore dati ſeu iudicare iuſſi executionem aut apparitionem non habebant : ſed eorum iudicia prætor exequebatur. *l. à Diuo Pio. D. de re iud.* vt veſtigia hæc manifeſtè videantur apparere in Officiario tali, & ſcabinis; vt ille Principem repræſentans, monendo videatur iubere iudicare, vt olim prætor, & iudicatum exequi; imo, ſupremum iudicij punctum in criminalibus, genus mortis definire, & exequi.

19. Sic Iudicẽ Eccl oportet brachiũ implorare non ſcabinorum, ſed illius qui gladium portat.

Vt conſequenter omnino dicendum videatur, dum Iudici Eccleſiaſtico brachium ſæculare implorandum eſt, ab officiario illud, non à ſcabinis, poſtulari debere. Apparitio enim & executio potiſſima ſunt, in quibus eluceant Prætorum, Præ-

20. Qui ſatellitium habet.

ſidũ, & quorumcumque iudicum inſignia. quos & lictores cum faſcibus præibant: & numeroſa quidem apud veteres Iudices fuit illa manus militaris. *l. 1. C. de apparit. comit. Orien. lib. 12. l. 1. §. in officio. C. de off. P. P. Afric.*

21. Epiſcopi an forum, apparitionem aut executionem habeant?

Vnde & Cuiacius *in paratit. C. de Epiſc. audien.* negat Epiſcopos iuriſdictionem habere : *quia*, inquit, *nec forum legibus habent, vt ait Valentin. de Epiſc. iud. nec apparitionem , nec executionem : ſed eorum, vt Iudicum delegatorum, qui etiam notionem non iuriſdictionem habent, ſententias Magiſtratus exequuntur.* vt ſecundum hæc ſcabini,

22. Scabini notionem tantum habent.

qui notionem & pronunciationem tantum habẽt, iuriſdictionem propriè habere non poſſint. quod Epiſcopos autem attinet, ad illud Cuiacij reſpondimus *in Notitia iuris*

23. Epiſcopi iudicationem definitionem, iudicium.

Belgici de Epiſc. audien. & d. lex Epiſcopale diſertè iudicationem tribuit, & definitionem, & Epiſcopale iudicium vocat. vt & Codex Theod. *tit. de Epiſcopali iudicio.* nec debebat in odium Eccleſiæ Cuiacius impropriare verba Nouellæ 120. & dikeodoſiam, quam illa E-

24. Iuriſdictionem.

piſcopis tribuit, interpretandam dicere pro notione, non iuriſdictione. vt prætorem corrigit Vlpianus *in l. ait prætor. D. de iudic.*

25. Quid de conſtitutione Valentiniani cenſendum?

Quamquam neque Valentinianus iuriſdictionis verbo vtatur, eamue Epiſcopis neget; ſed *Iudices eſſe*, inquit, *non patimur; niſi præeunte vinculo compromiſſi : quoniam*, inquit, *conſtat Epiſcopos, & presbyteros, forum legibus non habere: nec de alijs cauſis ſecundum Arcadij & Honorij diualia conſtituta, quæ Theodoſianum corpus oſtendit, præter religionem poſſe cognoſcere.* ideoque decernit & clericos, & Epiſcopos coram Judicibus laicis conueniendos, ſi aduerſario placuerit. Fuit enim Valentinianus iniquiſſimus iuriſdictioni Eccleſiæ: atque hanc illius conſtitutionem indignam vocat Chriſtiano Principe Baronius, *in Ann. an. 452.* illum exinde multa infelicitas eſt ſe-

cuta

cuta: & eius conſtitutio à Martiano, alijſque ſucceſſoribus Principibus reuocata: vt nec in Codicem Iuſtiniani relata. nec ſatis bona fide Valentiniani Tribonianus conſtituta Arcadij & Honorij allegaſſe videtur. habentur illa in Cod. Theodoſiano *tit. de relig. l.* 1. *quoties*, inquiunt, *de religione agitur, Epiſcopos conuenit iudicare; cæteras vero cauſas, quæ ad ordinarios cognitores, vel ad vſum iuris publici pertinent, legibus oportet audiri.* quæ autem illæ ſint, clarius dicitur *in l. manſuetudinis. l. qui mot. Cod. Theodoſ. de Epiſcop. & cleric.* & exinde Iuſtinianus plenius reuocauit. *Nouell.* 83. 123. 120. 7. *& alijs legibus relatis titul. C. de Epiſcop. & cleric.* & multis canonibus *à Gratiano relatis cauſ.* 11. *quæſt.* 1. *& in Decretal. titul. de for. compet.* receptis à concordatis, & conſuetudine immemoriali, extincta eſt.

26. Poteſtas Eccleſiæ vt non ſit ex legibus; ſed Deo.

Et vero quod Valentinianus, *legibus*, inquit, *forum non habent*; vtique admittit illud Pontifex *in c. nouit. X. de Iudic.* aſſerirque poteſtatem Eccleſiæ non eſſe ab homine, ſed à Deo: non inniti conſtitutionibus Principum, aut legibus: ſed ordinationi diuinæ: nec in foro ius dicere, aut prætorio, vt Iudices prouinciarum; ſed Eccleſia, ſeu ædibus Eccleſiaſticis. vt argumentum ex lege Valentiniani ductum vires amiſerit; pridem illa ſic reuocata; & quæ nec in ſua origine vires habuit. tanquam diuinæ ordinationi, & authoritati à Chriſto Eccleſiæ relictæ, aduerſaria.

27. Quamuis Scabini propriè iuriſdictionē haberent, cum Officiario diuiſam, tamen in hoc illa eſſet potentior.

Sed vt vt hæc ſint, &, vt demus Scabinos diuiſam iuriſdictionem habere cum Officiario; potior tamen ille cenſendus eſt, in quo pars potentior reperitur. *l.* 12. *D. de ſtat. hom.* cum ergo remanſerit penes illum pars dignior, & potentior; ipſa vtique apparitio, manuſque militaris, & executio (ſine qua dicitur *in c. paſtoralis.* 28. *X. de off. deleg.* iuriſdictio videri nullius eſſe momenti, dum coactionem aliquam non habet) dicendum eſt brachium, quod pro executione implorandum eſt, penes illum eſſe. *iuxta Iacob. de Beluiſo.*

28. Magis Principem & eius brachium repræſentat.

Adeoque rectè dixerimus quæſtionem, quæ hic formatur, magis regiam authoritatem controuertere, quam iuriſdictionem Epiſcopalem. ſi quidem Officiarius eius vicarius cenſetur, eius maieſtatem repræſentare; illius iura defendere: Scabini magis pro populo, Sculthetus pro Principe ſtare. & à Principe conſtituitur: vt & ſcabini quidem olim à Miſſis Dominicis; nunc ferè ex populi nominatione ſumuntur: ad quem nihil de manu militari, & armorum poteſtate debet tranſire: ſaltem in ſtatu monarchico: *vt rectè Loiſeau d. c. vltim. n.* 80. *De Seigneuriès*: ſed penes Principem, eiuſque vices agentes Officiarios remanere. vt Imper. Leo *conſt.* 47. municipalem iuriſdictionem aboleuit. *alius*, inquit, *cum olim reipublicæ ſtatus eſſet, rerum ordo ſimiliter alius erat: nunc autem cum omnia à cura Principali dependeant, hunc vſum cum alijs, qui de rep. electi ſunt, eÿciendum quoque putauimus.* rectè ergo dicemus non municipalibus Scabinis, ſed Principum Officiatijs eſſe brachium ſæculare: atque inde pro ſubſidio Eccleſię poſtulandum, atque exerendum eſſe.

29. Apud quem armorum poteſtas.

30. Non municipales cognitores.

31. Ab Officiario proinde poſtulandum auxilium.

32. Epiſcopus an habeat territoriū?

Videamus quæ opponantur. quod Iudex Eccleſiaſticus territorium, fiſcum, iuriſdictionemue non habeat in ciues, ſine imploratione brachij ſæcularis: non lubet opponere c. omnes *Baſilica* 16. *quæſt.* 7. *in v. in cuius territorio ſunt poſitæ. c. fin. de conſtit. in* 6. *in verb. extra territorium. clem.* 2. *in verb. fiſco Eccleſiæ applicare. de hæret.* quodque omnis iuriſdictio ordinaria requirat territorium, cui cohæreat, & ſine illo non poſſit ſubſiſtere;

ſtere, ſicut nec qualitas ſine ſubiecto: *ita Bald. in l. ſi quis ex conſenſu. n. 9. C. de Epiſc. aud.* & Epiſcopum habere iuriſdictionem ordinariam, etiam in criminalibus palam eſt: *ex Rubrica, & c. 1. & tot. tit. de off. ordinarij, c. cum Epiſcopus. eod. in 6.* vt omittamus Bullam erectionis nouorum Epiſcopatuum Belgij (qua omnis neceſſaria authoritas amplè eis tributa eſt) ad Regis Philippi II. poſtulationem eſſe impetratam: quodque adeo Index Ordinarius ſuo marte habeat poteſtatem apprehendendi, & incarcerandi: *c. contrahentes. de for. compet. in 6. clement. 1. de hæret. c. contra idolorum. vbi gloſſ. 26. quæſt. 1. c. attendendum. 17. quæſt. 4. c. 2. X. de adulter. c. fraternitatis. 34. diſtinct. Oldrad. conſ. 176.*

33. Territoriū ſæculare vt ad Officiarium ſpectet?

Porro officiarius qui brachium præſtat: vulgo dicitur *aerde leenen*; quaſi terra, vt loquuntur, ſeu territorium commodetur ab eo: ſiue territorium accipiamus pro terrendi poteſtate: *iuxta l. pupillus. §. territorium. D. de verb. ſignif.* penes illum ea eſt terrendi poteſtas: eoque gladium portat: & virga iuſtitiæ, quam vocant, in actibus ſolemnibus ei præfertur, in ſignum reſidentis penes illum poteſtatis; ex ea, quam diximus, Principis repræſentatione; ſiue aliâs.

34. Præſertim locorum publicorum.

Quæ etiam in conſiderationem venit qua parte quis diceretur in publica platæa apprehenſus eſſe. platææ enim Principis ſunt: non tantum imperio, vt totus orbis dicitur eſſe Jmperatoris, *in l. deprecat. 9. ad l. Rhod. de iact.* ſed etiam iure Dominico. vt in platæa publica territorium quam maximè, ex d. repræſentatione, penes officiarium, non ſcabinos, eſſe dicendum ſit.

35. Conſuetudo vt in his præualeat?

Quinimo, conſuetudine fere paſſim eſt obtentum; quod ſolus Officiarius pro brachio auxiliari ſoleat adiri. qualis vſus pro titulo ac lege eſt. adeo quidem, vt etiam ab ijs, qui negant Iudici Eccleſiaſtico territorium, capturamque competere, aliud conſuetudine induci poſſe ſit receptum; neque ab ea poſſe recedi. *Couarr. pract. quæſt. c. 10. n. 2.* vbi & Carolum V. ait in quibuſdam locis Hiſpaniæ rogatum, noluiſſe eiuſmodi conſuetudini derogare. *Clar. recept. ſent. l. 5. § fin. in prax. crim. q. 37. n. 8.* & hoc ait ab vtriuſque partis fautoribus receptum eſſe, & hanc eſſe communem opinionem.

36. Adeo vt & Epiſcopo conueniāt, ſi illa fauet.

37. Vt ius commune.

De cętero conueniunt hæc cum *c. 1. X. de off. ord. lege. Epiſcopale. C. de Epiſ. aud.* quæ Epiſcopali iudicio eam reuerentiam iubet adhiberi, quæ alijs poteſtatibus. & ſcripta eſt Præfecto P. *per Iudicum quoque Officia*, inquit, *ne ſit caſſa Epiſcopalis cognitio, definitioni executio tribuatur.* Per officia, inquit: officia autem erant milites, atque apparitores. *l. 1. §. in officijs. C. de off. præfect. P. Afric. in officio quidem tuæ magnitudinis, nec non pro tempore viri magnifici PP. Africæ 396. viros, per diuerſa ſcrinia & officia eſſe decreuimus. l. vnic. C. de apparitoribus Comit. Orient. in officio Comitis Orientis non amplius quam ſexcenti comites habeantur. & in l. vltim. §. vltim. D. de pignor. act. miſſus*, inquit, *ex officio annonæ centurio culleos ad annonam ſuſtulit.* Centurio, inquit. inſtar enim legionum, & cohortium officia erant. & earum priuilegia ſortiebantur. *l. 4. C. de cohort. l. 12.* Executio ergo, quam d. lex Epiſcopali iudicio vult præſtari, fit per Officia, ſeu manum militarem: per Officiarium ergo Principis, qui merum imperium habet. & gladium portat; non ſcabinos: qui decreto à Iudice Eccleſiaſtico, ſeu ſententiâ competenter latâ; non habent, quod eis ſuperſit agendum.

38. Brachium quod imploratur ſignificat manum militarem, quæ non eſt penes ſcabinos, ſed Officiarium Principis.

CAP.

CAPVT XIII.

De captiuorum relaxatione.

1. Iudex qui de cauſa principali cognoſcit, de carcere, cuſtodia, relaxatione ſtatuere debet.

DE apprehenſione diximus, & brachio officiarij Principalis ad illam præſtando. *De cuſtodia*, inquit Vlpianus *in l. 1. D. de cuſtod. & exhib. reor. proconſul æſtimare ſolet, vtrũ in carcerem recipienda ſit perſona, an militi tradenda, vel fideiuſſoribus committenda, vel etiam ſibi. hoc autem vel pro criminis quod obijcitur qualitate* &c. *facere ſolet*. committitur ergo hoc arbitrio Judicis, de cauſa principali cognoſcentis. *vt ibid. Bald. & DD.* qui propius per informationes præparatorias, qualitates perſonę, & cauſæ nouit: in alijs innocentiam, vel reatum; criminis, de quo quæritur, circũſtantias; quibus ad decernendam capturam ſit motus; præteriti reatus puniendi, an futuri cauendi, magis quæſtio moueatur: præteriti pœniteat; an in propoſito obſtinatè perſiſtat: iudicē ſpernat, an obtemperare velit. vt cum pœnitentibus misericorditer, cũ cōtumacibus ſeuerè agatur. qui Iudici non paret, manu militari cogendus eſt. *l. qui reſtituere. D. de rei vendicat.* v. g. qui cohabitationem ſuſpectam, ſibi interdictam, intermittere non vult; excommunicari poteſt, & canonicè puniri. *c. 2. X. de cohabit. cler. & mulier.* eoque in vincula conijciendus eſt, qui à crimine, ſcandalóue verbis prohiberi non poteſt. neque enim tolerandum eſt, vt Iudici illudatur; crimina & ſcandala per contemptum continuentur.

2. Qui obtemperare iudici non vult manu militari cogendus eſt.

3. Vinculis coërcendus qui a ſcandalo non vult abſtinere.

Cum ergo Iudex, qui de crimine cognoſcit, de cuſtodia ſtatuere debeat, & contrariorum eadem ſit diſciplina; idem ſtatuere debet de relaxatione: ſeu an rei perſona fideiuſſoribus committenda ſit; vel etiam ſibi: an ſub fideiuſſoria vel etiam iuratoria cautione ſit dimittenda. *d. l. 1. D. de cuſt. & exhibit. l. 2. §. ſed ſi dubitet, in verb. ipſe prætor. & ſtatuente prætore. D. de iudic.* eiuſdem eſt Iudicis de relaxatione ſtatuere, cuius eſt de cauſa principali cognoſcere. *l. nulli. C. de iudic. c. 5. X. de iud. deleg. c. acceſſorium de reg. iur. in 6.* adeoque in cauſa, quæ coram Iudice Eccleſiaſtico pendet, ad eundem dumtaxat pertinet de relaxatione ſtatuere. vt disertè alijs prohibetur. *in c. inquiſitionis. §. prohibemus. de hæret. in 6. in verb. ſine captos abſque dictorum Epiſcoporum licentia, vel mandato à carcere liberent.*

4. Eiuſdem Iudicis eſt de relaxatione ſtatuere, cuius de carceratione.

5. Ergo Iudicis Eccleſiaſtici in cauſa coram illo agitata.

Quia etſi iuſtis ex cauſis, vt euocatio, ita & relaxatio obtineat inter Iudices inferiores, & ſuperiores; ex fundamentali ratione, & radice iuriſdictionis, quæ ex illa in ramos prognaſcitur, ſeu vt à fonte in riuulos manat, vt omnis ſæcularis iuriſdictio in inferiores à Principe deriuatur; non tamen idem obtinet reſpectu iuriſdictionis ſæcularis, aduerſus Eccleſiaſticam; quæ in ea radice non fundatur. *poteſtas noſtra*, inquit Innoc. *in c. nouit. X. De Iud. non eſt ex homine; ſed ex Deo.* Et iterum; *nō humana conſtitutioni ſed diuina innititur. vt ſupra cap. proximo & l. 1. c. 1. latius eſt dictum.* ideoque in cauſam Eccleſiaſticam Iudex ſæcularis porrigere non poteſt ſuam iuriſdictionem, vtpote ſibi non ſubordinatam; & ſtatuere de relaxatione captiui, ex decreto Judicis Eccleſiaſtici in carcerem miſſi.

6. Non ſæcularis.

7. Quamuis ſuperior ſæcularis in cauſa coram inferiore pendēte ſtatuere quid, vel euocare illam poſſit.

8. Sed Eccleſiaſtica & ſæcularis non ſubordinatur.

Cæterum illis, qui ex vſu antiquo caſſationes petere ſolent, cùm Iudex Eccleſiaſticus dicitur ſæcularem iuriſdictionem vſurpaſſe, aut priuilegijs contraueniſſe; mirum non videtur pendente in Senatu huiuſmodi lite principali caſſationis, ibidem etiam proponi quæſtionem relaxationis, quæ tanquam acceſſoria ſequatur conditionem principalis; ibidemque ſtatui ſuper eadem relaxatione: vtique tanquam acceſſoria,

9. Vbi de facto iudicis caſſationis proponitur, non mirum proponi & relaxationis.

annexa, & quatenus dependeat ex principali radice petitæ caſſationis, & ne dum principale iudicium diſcutitur, & trahendum apparet per longos terminos, tædia carceris prolongentur.

11. Sed vbi declaratur caſſationi locus non eſſe, relaxatio prouiſionalis, vt acceſſoria, reuocanda eſt, ſeu ceſſate declaranda, & cuſtodia redintegranda.

Quare ſi definitiuè pronuntietur caſſationi locum eſſe; conſtituram etiam relaxationem: & è contrario ſi declaretur petitionem caſſationis eſſe reijciendam; conſequenter relaxationem, in radice caſſationis fundatam, illâ ſublatâ perituram. *l. à Diuo Pio. §. ſi poſt addictum. D. de re iudic. l. eos. C. de vſur. in verb. principali enim actione non ſubſiſtente, ſatis ſuperuacuum eſt* &c. At vero non hæc iuris ſunt; ſed vſurpatæ conſuetudinis. *Vide quæ diximus ſup. l. 1. c. 5.*

CAPVT XIV.

De auxilio fidei orthodoxæ præſtando.

1. Laborat grauiter Eccleſia, auxiliumque poſtulat.

PAtitur illa hodie vbique terrarum ſeu ab hoſtibus nominis chriſtiani; ſeu ab ipſis Chriſtianis, Catholicæ veritatis inimicis. implorat ergo Eccleſia opem Principum omnium orthodoxorum. Maximianus Epiſcopus Vagienſis *auxilium petijt*, inquit Auguſtinus *ad Bonifacium epiſt. 50. ab Imperatore Chriſtiano contra hoſtes Eccleſiæ, non tam ſui vlciſcendi causâ, quàm tuendæ Eccleſiæ ſibi creditæ. Quod ſi prætermiſiſſet, non eius fuiſſet laudanda patientia, ſed negligentia meritò culpanda. c. Maximianus. 23. q. 3.*

2. Vt iam olim ſolita.

Quare prima etiam Eccleſiæ Concilia Principes rogarunt, vt auxiliatrices manus porrigerent Eccleſiæ, fideique orthodoxæ ab eis declaratę. Inde non ſemel interfuere ipſi, ſed ex nutu etiam Pontificum illa conuocauere. *c. Nos ad fidem. d. 96.* ac ſæpius ſubſidium attulere.

3. Ad illud que Principes tenentur.

Cognoſcant, inquit Iſidorus, *in c. Princip. 23. q. 5. Principes ſæculi, debere ſe rationem reddere propter Eccleſiam, quam à Chriſto tuendam ſuſcipiunt. nam ſiue augeatur pax, & diſciplina Eccleſiæ per fideles Principes, ſiue ſoluatur; ille ab eis rationem exiget, qui eorum poteſtati ſuam Eccleſiam credidit.*

4. Et cenſuris adiguntur.

Quapropter Concilium Generale *in c. 3. X. de hæret. §. Moneantur.* temporales etiam Poteſtates compellit auxilium Eccleſiæ præſtare. adeo vt niſi exhibuerint, contumacium terras Catholicis officio functuris concedat occupandas. Qua in re quatenus Eccleſia nonnunquam ex facto verſata ſit, diximus ſupra *lib. 1. c. 2.* ſed, vt *ibidem* diximus, admodum circumſpectè huiuſmodi in rebus verſandum eſt: ſecũdùm temporum rationem, aliquando obſecrare, aliquando increpare, aliquando etiam virgà & baculo vti oportet. In hac tempeſtate, quæ totam Europam turbinis inſtar circumegit, Pontifices Romani continuò per literas atque Legatos Imperatorē, Reges, Principes rogarunt, monuerunt, vt ad pacem vniuerſalem animis conuenirent, vt Eccleſia à bellicis motibus quieta, diuinis obſequijs in ſolidum ſe poſſet mancipare; & iuxta votum Zachariæ, *de manu inimicorum liberata ſeruire illi.*

Sed & Concilium Tridentinum denique *ſeſſ. 25. ad fin.* non diſſimiliter omnes Principes compellat: de quo egimus. *ſup. l. 4. c. 7.* ſed quoad illius ipſius receptionem, obſeruationemque imprimis, & decreta morum: ſed hic agimus de fide ipſa ſincerè tenenda, protegenda, defendenda.

5. Principum catholicorum eſſentia officium.

Primæ ergo Principum partes ſunt, vt fideles ipſi ſint Deo; piè illum venerentur; de religione quidem ipſi non ſciſcant, ſed ab Eccleſia, Concilijſque definita legibus iuuent, & exequantur. *diximus ſup. l. 1. c. 3 & 4. in Iudice lib. 4. c. 4.* ſubditos, ſi quà deflectant à via veritatis Catholicæ, compeſcant; cum exteris fœdera ne contrahant; auxilia ne præ-

neprææſtent, quæ quoquo modo in Eccleſiæ vergant detrimentum. *diximus latè in Hiatu lib.3.c.1.2.3.4.5.6.* cum ſubditis exteriſue paciſcendo, ſi quid iniqua extorſerit neceſſitas, tolerandum; pacta quidem conuenta ſeruent. ſed vera tamen ſit neceſſitas; quæ euadi aliter ſine malo grauiori non poſſit. *diximus ſupra lib.2.c.vlt.*

6. Singulatim in rebus nimium per hæreſes turbatis.

Nempe, vt rectè dicimus, *quod non eſt licitum in lege, neceſſitas facit licitum, c.4.X. de reg.iur.* & vbi *duo ſunt mala, ſi periculi neceſſitas ex his vnum perpetrare compulerit, id debemus reſoluere, quod minori nexu noſcitur obligare, c. duo ſu t. diſt.* 13. ita cùm periclitatur reſpublica, ſatius eſt vrere, & ſecare, quam corpus totum interire.

7. Præcauere rectè regendo, ne in huiuſmodi neceſſitates incidant.

Sed præmittit d. c. duo quòd duo illa mala ſint omnino cautiſſimè præcauenda: adeoque & Principes, pacis tempore, rempublicam debent rectè, religioſeque regere; anſam nullam ſeditionibus præbere: in belli tempeſtate militarem diſciplinam exactè ſeruare; belli neruum iuſtè intendere, æqualiter corrogare; prudenter expendere. Nam ſi ditiones propriæ, amicæque vaſtantur perinde atque hoſtiles; ciues, ſubditique expilantur; annonæ, quæ in longum tempus poſſent ſufficere, paucis horis abſumuntur, corrumpuntur, vruntur; agriculturæ deſeruntur; mercimonia pelluntur; vnde vectigalia & ſtipendia interciduntur, vt ex rapto militibus viuendum ſit; ſi nummi, antequam in ſtipendia militi numerentur ad innumeras manus tranſmittantur, & à ſingulis arrodantur; eiuſmodi rerum ex origine cauſa, non neceſſitati, ſed imperantium vitio fuerit imputanda. Quãdo tamen eò quacumque via deuentum eſt, vt corpus reipublicæ periclitetur, quocumque incommodo minori periculum eſt redimendum. *d.c.duo.c. non ſolum 22.q.4.* ita quidem, vt mala quæ euitari non poſſint, tolerentur; *c. qui ſincera. c. de Iu laus. diſt.* 45. paciſcentes autem nullatenus licentiam faciant poſitiuè, aut cooperentur. Quo nomine fœdera quædam arguit *Iudicium Theologicum ſuper quæſtione, An pax, qualem deſiderant Proteſtantes, ſit ſecundùm ſe illicita? editum anno* 1646. *cum Vehiculo ſubſecuto.* bonam fidem exigit Concilium Generale *d. §. moneantur.* vt pro viribus debeant Principes obſequi Eccleſiæ intentioni, non in ſpeciem, & pro ratione Status, vt hodie loquuntur. quæ materia Deo inuiſa eſt. *vt diximus ſupra lib.4.c.1.n.7.*

8. Cum iam præualere ipſi non poſſunt, tolerare, pacta, quæ reos ipſos non faciãt, rectè, & ſeruare.

Id quidem primum Principibus votum eſſe debet, quod Conſtantino *apud Euſebium lib.2. in vita eius c.63. vt omnium*, inquit, *gentium de Numinis cultu opinionem, ad vnius habitudinis ritusque formã traducerem* non verò religionum pluralitas admittatur, ſi fieri poteſt: neque ſibi accidat, quod refertur *Iudicũm c. vlt. in diebus*, inquit, *illis non erat Rex in Iſrael: ſed vnuſquiſque, quod rectum ſibi videbatur, hoc faciebat.* Quòd ſi rebellionum tanta vis fuerit, vt tolerare oporteat diuerſitatem religionum; in huiuſmodi pactis cauendum eſt ab eo, quod Iudæis exprobrat Auguſtinus, *tract. 43. in Ioann. temporalia perdere timuerunt, & vitam æternam non cogitauerunt:* (quod hodiernis politicis nimis in more eſt) *& ſic vtrumque amiſerunt.* quod iis ſemper timendum eſt, qui non ſincero affectu, ſed ſimulata religione id verè non agunt, quod recta fides requirat. quibus imminent illæ minæ Ieremiæ *c.48. Maledictus qui facit opus Domini fraudulenter.* quomodo & Eſterem Mardochæus monet, pro cura Eccleſiæ Iudaicæ periclitantis: *Si nunc*, inquit, *ſilueris, per aliam occaſionem liberabuntur Iudæi; & tu & domus patris tui peribitis.*

9. Non pro ratione ſtatus, cum damno fidei, quicquam agere alioquin minas diuinas timere.

Quantò magis illi, qui in ſpeciem religioſi ac catholici ſunt; temporales tamen regnorum vtilitates magis conſiderantes, quàm

veræ fidei conſeruationem; ea vel domi admittunt, vel foris procurant, quæ ad illius, ſi non interitum, damnum tamen, & detrimentum non exiguum vergant. Quibus & illud exſpectandum eſt, quod Dominus Salamoni inquit, *Regum 3. c. 11. Quia non cuſtodiſti pactum meum, diſrumpens ſcindam regnum tuum.* qui pacta ergo, & fœdera contrahunt contra pactum Domini, cum exteris aut in ſuis prouincijs; pactum Domini non cuſtodiunt; Eccleſiam orthodoxam non defendunt; imo domi foriſue incommodant; illas minas vereantur; ne alicunde immittatur, vnde minimè exiſtimarint, inopinatum aliquod *flagellum Dei.*

Quare nullatenus conſultores illi audiendi ſunt, qui ex ea ſchola prodeunt, cuius hæc eſt doctrina; *cum hac* (quæ ad proſperitatem ſæcularem pertinent) *perfici non poſſunt, vti ſæpiſſimè vſu venit ſine alterius iniuria, ſi iſtius tranſgreſſionis inani quodam metu ab inceptis & inſtitutis abſterreatur Politicus, dum occaſionem elabi patitur bene de repub. promerendi; vti eius curam deponat, omnino neceſſe eſt.* Verba ſunt Machiauelli, quot nunc ſunt eius diſcipuli, qui ſupergrediuntur magiſtrum? qui non vicinos tantum, imò orbem totum Chriſtianum turbarunt, coniurationes, rebelliones vndique excitarunt, ſed etiam Turcarum Principem, aliòſque paganos, hæreticoſque in ditiones catholicorum impulerunt. vt illorum viribus vndique diſtractis, aliena ipſi poſſent faciliùs occupare: nec vllo metu ab eo inſtituto auocantur, ne Catholicæ Eccleſiæ ab hæreticis, paganiſue inuadantur, Catholici eliminentur, ſponſa Chriſti conſtupretur: quæ clamat, vociferatur, vndique implorat opem Chriſtianorum Principum; & vix à paucis impetrat. Neque enim præcogitant quod *Prouerb. c. 21.* illis prædeſtinatur: *Qui obturat,* inquit, *aurem ſuam ad clamorem pauperis, & ipſe clamabit, & non exaudietur.* clamabunt illi, cùm veniet ad iudicium Deus vltionum; *& dicent montibus & petris, cadite ſuper nos, & abſcondite à facie ſedentis ſuper thronum, & ab ira Agni; quoniam venit dies magnus iræ ipſorum, & quis poterit ſtare? Apoc. c. 6.* ſanè exaudietur tunc illorum nemo, qui plangentem Eccleſiam, gementem, atque lachrymantem hîc non audierit: quantò minùs qui ipſe afflixerit, & conculcantes adiuuerit? De eo autem, qui bona fide & ſincera iuuerit, protexerit, atque defenderit, rectè intellexerimus promiſſum Dauidicum, *Pſalm 40. Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus.*

10. Prælati inuigilare hanc in rem vt teneantur; alioquin nec ipſos à minis diuinis fore immunes.

Atque hanc Principum opem non tantum precibus implorat Eccleſia, vt gratuitam, ſed & iure merito exigit, vt debitam. quippe Imperator, Reges, Principes, dum inaugurantur, iurati ſolemniter promittunt Eccleſiæ defenſionem. minis illi diuinis terrentur, quas recitanimus; & Eccleſiæ cenſuris, *d. c. moneantur.* ſed, ſicut Dauid ſponte non agnouit delictum ſuum, at demum monente illum Nathan Propheta; ita Principes rariùs vltro in ſe deſcendunt; vitia ipſi ſua agnoſcunt, ſuggeſta à politicis conſilia rectè ab iniquitate diſcernunt: prælatorum ergo munus eſt, illis vias Domini demonſtrare, vitia detegere, Eccleſiæ, & diuino cultui noxia conſilia improbare; &, ſi moniti rectæ fidei hoſtes iuuare non deſtiterint; imò niſi perſequi bona fide illos & pro viribus ſtuduerint, ſummo Eccleſiæ Præſidi denunciare. vt feriò ipſi ab œcumenico Concilio iubentur. *d. 5. moneantur.* & porro Epiſcopi omnes ab œcumenico itidem Concilio Lateranenſi. *c. 1. X. de treuga.* generatim præcipiuntur, *vt ad ſolum,* inquit, *Deum & ad ſalutem populi habentes reſpectum, omni trepidatione ſepoſita, ad pacem firmiter tenen-*

tenendam mutuum ſibi conſilium & auxilium præbeant: neque hoc alicuius amore, vel odio prætermittant. quod ſi quis in hac opere trepidus inuentus fuerit, damnum propria dignitatis amittat. Cōſonat c. præcipimus. *cum ſeq. diſt.* 90. *c. nulli.* 3. *q.* 1. vbi & hoc additur, *qui autem ex veſtro collegio fuerit, & ab auxilia veſtro ſe ſubtraxerit; magis ſchiſmaticus, quam ſacerdos eſſe probabitur.* Quòd ſi Epiſcopi omnes Reges ſuos, noxia orthodoxæ fidei fœdera contrahentes, ſeu aliàs religioni Catholicæ cauſam damni dantes, monerent, arguerent; & officio *in d. §. moneantur.* vlterius ſibi iniuncto fungerentur; ſpes foret canones ex dictamine Spiritus ſancti, qui œcumenicis iſtis Concilijs præſedit, profectos, fine ſuo non fore fruſtrandos. qui præcepta Eccleſiæ, in re tam graui, & ſub cenſuris indicta, neglexerint, ob immenſa damna Eccleſiæ fideique illata, neque quatenus poſſent impedita, cogitandum ſane habent, an non aliquando audituri ſint vocem illam Domini ad Cain *Geneſ.* 4. *Quid feciſti? vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra; nunc igitur maledictus* &c.

CAPVT XV.

Concluſio Operis, vt quiſque Iudex ſuis terminis ſe contineat; Eccleſiam reuereatur; ad quam præcipue ſpectat in obſcuro illos terminos deſignare.

1. Cuique Iuriſdictioni ſui termini relinquendi.

FInem huic de ſacra politicaque iuriſdictione tractatui daturi, refigimus illam Chriſti illationem; *Matthæi c.* 22. *Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: & quæ ſunt Dei, Deo.* ſumma enim iuſtitiæ eſt, ſuum cuique tribuere. diuina humanaque congruè diſpertiri. qui hos terminos mouent, ſummum crimen contrahunt. vſurpatum iudicium, mortalis reatus poſt alios plures grauiter damnant Baſſæi Flores. V. *Iudex. n.* 3. ſacrilegium eſt Cæſari tribuere, quod Dei eſt: nec Deus admittit ſacrificium de rapina. diſcretæ ergo cum ſint poteſtates ſacra & ciuilis; ſuis ſingulæ limitibus circumſcriptæ; ſicut in vno corpore diuerſa membra non eundem actum habent *ad Roman.* 12. ita cooperari debent omnia in corpore politico; vt neutra officium ſuum negligant, neutra alterius inturbent.

Vos Epiſcopi, inquiebat Conſtantinus *apud Euſebium de vita illius lib.* 2. 2. Qui illi?
c. 26. *intra Eccleſiam, ego extra Eccleſiam Epiſcopus conſtitutus ſum.* Sic & Theodoricus Rex Italiæ *apud Caſſiodorum lib.* 11. *Var. ad Ioannem Papam* licet Arrianus; *ſum*, inquit, *Iudex Palatinus; ſed veſter non deſinam eſſe diſcipulus: nam tunc iſta rectè gerimus, ſi à veſtris regulis minimè diſcedamus. Maneto*, inquit Chryſoſtomus *de verbis Iſaiæ hom.* 4. *intra tuos terminos o Rex. alij enim ſunt termini regni, alij ſacerdotij. Vos oues* inquit Gregorius *Nazianzenus orat.* 17. *ad ciues, nolite paſcere paſtores, neque ſupra terminos eorum eleuamini. ſatis enim eſt vobis, ſi rectè paſcamini. nolite iudicare Iudices, nec legem feratis legiſlatoribus.* quemadmodum & rectè Seneca *lib.* 2. *de ira c.* 31. *membra ſi diſſideant, ſi alterius alimenta vicinum membrum rapiat, & oppreſſo altero præter modum excreſcat, monſtrum ex pulchro corpore naſcitur.* ne ergo ex pulchritudine corporis politici monſtrum fiat, cauendum eſt ſedulo, ne quæuis iuriſdictio alteri detrahat, quæque ſuis terminis ſit contenta.

Sed quoniam caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, *Ad Galat.* 5. & quæ ſubiecta eſſe debet, imperium ambit; ad rebelles huiuſmodi motus compeſcendos iam pridem neceſſitas exegit à Synodo Romana III. decretū, ne ſe Principes rebus 3. Ne Principes ſæculares Eccleſiaſticis ſe rebus immiſceant.

ſacris

ſacris immiſcerent. *c. bene. diſt.* 96.
ſed ſacerdotibus eæ relinquantur:
quæ vt res humanas dignitate præ-
cellunt; ita & munus ſacerdotum,
quorumcumque ſæcularium fun-
4. Eccleſiam reuereantur. ctiones. *quod aurum*, inquit Ambro-
ſius *c. 2. de dignitat. ſacer. in metallis,*
id ſacerdotem fore ſi ad regnum compa-
res. propter eum vtique cuius mi-
niſtri ſunt ſacerdotes: propter Ec-
cleſiam, cuius ille ſponſus eſt. cuius
venerationem Iſaias c. 49. propo-
nens, *erunt*, inquit, *Reges nutricij tui,*
& reginæ nutrices tuæ, vultu in terram
demiſſo adorabunt te. ex cuius ratione
Concilium Matiſconenſe *can.* 14.
quam eximiam ſacerdotibus reue-
rentiam ab inferioribus, & laicis
exhibendam præſcribat, operę pre-
tium eſt animaduertere. Athalari-
cus *apud Caßiodor. l. 8. epiſt.* 24. *Quid*
ſimile, inquit, *rependat Deo, qui potitur*
Imperio? Sed licet pro tanto munere ni-
hil compenſari poßit idoneè: ipſi tamen
gratia redditur, dum in ſeruientibus ho-
noratur.

5. Honor qui ſacerdotibus defertur, in Deũ vergit. Neque verò eſt quod metuant
ſæculares ſibi aliquid ex honore de-
cedere, quod defertur ſacerdoti.
refertur enim non ad illius perſo-
nam, ſed ad officium, & repræſen-
tationem. *c. ſacerdotibus. 11. q. 1. non*
dominabor, inquit Gedeon, *Iudicum*
c. 8. neque filius meus, ſed dominabitur
veſtri dominus. optimo ergo iure
6. Gentiles etiam ea quæ maieſtatis ſunt religioni poſtpoſuerunt. Valerius Maximus *l. 1. c. 1. omnia,*
inquit, *poſt religionem ponenda ſemper*
noſtra Ciuitas duxit; etiam in quibus
ſumma maieſtatis conſpici decus voluit.
quapropter non dubitarunt ſacris
imperia ſeruire. ceſſent igitur ob-
ſtreperæ voces, quæ Celſitudinem
Principalem minui clamant, ſi quid
Eccleſiæ deferatur. *non mirum igi-*
tur, inquit Valerius, *ſi pro eo Imperio*
7. Vnde Deus vices rependit. *augendo cuſtodiendoque pertinax Deo-*
rum indulgentia ſemper excubuit. non
miror, inquam ego, ſi non ſemper
excubuit pro ijs, qui poſt Celſitu-
dinem Principalem poſuerunt re-
ligionem, & Eccleſiæ veneratio-
nem. quam fiduciam iſti populo
pridem inſtillauerat Numa Pom-
pilius, ſummus Deorum cultor.
cum enim quidam ei diceret; *ho-*
ſtes, o Numa, bellum contra te compa-
rant: at ego, inquit, *ſacrifico*. eamque
fiduciam quanto magis induerent
Principes & Magiſtratus veri Dei
cultores, ſi religioſè ſatis colerent,
eiuſque Eccleſiam in ſuis ſacerdo-
tibus rite reuererentur! ex aduerſo
igitur eius quod ait Valerius, non
miror, inquam, ego; ſi non ſemper
Dei indulgentia excubuit pro ijs,
qui poſt Celſitudinem Principa-
lem poſuerunt religionem, & Ec-
cleſiæ venerationem. Non veniat,
inquit Bernardus *epiſt.* 243 *ad Con-*
radum Imper. anima mea in Concilium
eorum, qui dicunt vel Imperio pacem &
libertatem Eccleſiarum; vel Eccleſijs li-
bertatem, vel Imperij exaltationem noci-
turam.

Redeamus igitur ad mores ma- 8. Pietas maiorum.
iorum, ritum priſcum, venératio-
nem antiquam Eccleſiæ, audiamus
Iſocratem *orat. 1. ad Nicoclem Regem*
Cypri, religionem, ait, *quam à Maioribus*
accepiſti conſerua, ſolemneque & pul-
cherrimum ſacrificium, & cultum ma-
ximum exiſtima, ſi ipſe ſis optimus, &
iuſtiſſimus, maior enim ſpes eſt eiuſmodi
boni aliquid à Dijs impetraturos, quam
qui aras delubraque ædificant. quantum
ergò religio maiorum detulit au-
thoritati Eccleſiæ, prælatorum iu-
riſdictioni, cleri reuerentiæ, & riti-
bus quibus Deum coluere; tantun-
dem etiam conſeruemus. vt enixiſ-
ſimè monet cohortatio Concilij
Trident. ſeſſ. 25. c. 20. & grauiter præ-
cipit. *Videre plura poſſunt apud Chokier*
Vendic. lib. Eccleſ. p. 2. c. 9. Ribadiner. de
Inſtit. Princ. l. 1. lubet hic tantum ad
D. Gregorij d. c. ſacerdotibus 11. *q.* 1.
remittere.

Enimuero vt naturaliter homi- 9. Terminorum iuriſdictionis quæſtio vt terminanda?
nes proni ſunt ad diſſentiendum;
ita ſi contingat inter Eccleſiam &
principatum moueri de terminis
quæſtionem; non negligamus
præſcriptum diuinum *Deut. 17. ſi iu-*
dicum, inquit, *intra portas tuas videris,*

verba variari ſurge & aſcende ad locum quem elegerit Dominus Deus tuus; Et infrà, *& facies quodcumque dixerint qui præſunt loco, quem elegerit Dominus, & docuerint te iuxta legem eius, ſequeriſque ſententiam eorum*: & infrà, de Rege ipſo; *poſtquam ſederit in ſolio regni ſui deſcribet ſibi Deuteronomium legis huius in volumine accipiens exemplar à ſacerdotibus*. Hæc dicit Dominus exercituum interroga à ſacerdotibus. *Agai c.2.* & *Malachiæ c.2. Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirent ex ore eius, quia Angelus domini exercituum eſt*. Adeoque

10. Deferendũ canonibus.

vbi dubia iuriſdictionis quæſtio inciderit, ſi amicabiliter componi nequeat, deferendum eſt canonibus, & reſponſis egreſſis ab ijs, qui præſunt loco, quem elegit Dominus. Ita à multis reſponſum in quæſtione iuriſdictionis, deciſionem deferendam Iudici Eccleſiaſtico tanquam maiori. *Vide Dianam p.4.t.1.reſ.64 p.5.t.1.reſ.23.§. igitur.* inde à iure ei tribuuntur inhibitiones, *de quibus ſup.l.4.c.2.*

Sic & quæſtio de iure Cæſaris fuit propoſita Chriſto. ſi ergo hodie controuerſia occurrerit, quæ ſint Dei, & quæ Cæſaris; proponenda eſt Vicario Chriſti: qui interpretetur Chriſti reſpõſum, quo reddenda Cæſari dixit, quæ ſunt Cæſaris: & quæ ſunt Dei; Deo. ſi-

11. Qui interpretari debent reſponſum Chriſti:

quidem *non poſſe*, inquit Cyprianus *epiſt. 73. quemquam contra Epiſcopos & ſacerdotes vſurpare ſibi aliquid, quod non ſit ſui iuris, & poteſtatis. nam & Chore, Dathan, & Abiron contra Moyſen & Aaron ſacerdotem ſacrificandi ſibi licentiam vſurpare conati ſunt; nec tamen quod illicitè auſi ſunt, impunè fecerunt, in contradictione perierunt*. Vtique hos imitantur, horum pœnæ ijs timendæ ſunt, qui callidi iuris repertores, rem magnam præſtitiſſe ſe exiſtimant, ſi quid ex fimbria iuriſdi-

12. Principes Eccleſiæ iuriſdictione nihil debet diminuere:

ctionis Eccleſiaſticæ exſciderint. Gallio *Act. c. 18.* rectiùs noluit quæſtioni de religione ſe immiſcere, vel iudicare. Id vel maximè Principis Chriſtiani officium eſſe amplè docet Ribadineta *lib. 1. de princip. Chriſtin.* vbi & *c.35. poſt alios* quam obſeruantiam debeant Principes miniſtris Eccleſiæ, & Loycxius *de pace lib. 2. c. 9.* Boſius inter

13. Dei miniſtros reuereri:

notas Eccleſiæ retulit reuerentiam à Principibus exhiberi ſolitam Dei ſacerdotibus. Eos ſacra ſcriptura nonnunquam Deos vocat. *Exod.22.* interdũ Angelos: *Malachiæ 2.* ab ipſo Chriſto ſal terræ

14. Qui ſal terræ ſunt & lux mundi à Chriſto dicti.

nuncupantur, & lux mundi: *Matth. 5.* ſi igitur controuerſiæ motæ fuerint inter vtramque iuriſdictionem, hoc ſale condiri, & ab hac luce illuminari æquum erit.

15. Qui errores auferant.

Addit Chriſtus; *quod ſi ſal infatuatum fuerit in quo ſalietur?* ſi Apoſtoli infatuati fuerint; *qui erunt*, inquit Auguſtinus *l.1. de ſerm. Dom. in monte c.6.t.4. homines per quos à vobis error auferatur? cùm vos elegerit Deus, per quos errorem auferas cæterorum.* vtique nulli. qua ratione etiam decidit c. vnam *ſanctam de maioritat. in extrauag. commun.* ſæcularem pote-

16. Ab hac ergo luce quæſtiones iuriſdictionales elucidãdæ ſunt.

ſtatem, ſi deuiauerit, à ſpirituali dirigendam, & corrigendam eſſe: non contrà. quod ergo Eccleſiæ Concilia, & Pontifices ex monte à Deo electo reſponderint, ſuper huiuſmodi controuerſijs; quod canones œcumenici ſanxerint; amplectendum vtique erit, & obſeruandum: quod Eccleſiæ fuerit, & Dei, ex illius reſponſo illi tribuendum: quod Cæſaris, Cæſari. Ad hoc monte *erudimini, qui iudicatis terram. pſal.2.*

17. Ex modo decidendi Chriſti, ex imagine numiſmatis.

Reſpondebitur autem ſemper ad modum Chriſti. agitando ille quæſtionem inquirit, *cuius ſit imago, & ſuperſcriptio?* ex eaque deciſionem protulit. erit ergo quæſtio terminorum diuini humanique iu-

18. Perſonæ ergo & res quæ imaginem habent Cæſaris, relinquendæ Cæſari; quæ Dei, Deo.

ris decidenda ab ijs, quos Chriſtus in terra voluit habere vicarios. & quidem ex imagine & ſuperſcriprione.

Quòd ſi ergo de perſonis agatur, aut rebus, quæ imaginem habeant,

& ſuperſcriptionem Cæſaris; Cæſaris ſunt iuriſdictioni relinquendæ. quòd ſi de perſonis & rebus ſacris, quæ Deo dicatæ ſint, in ſortem Dei electæ, Deo Eccleſiaſticęque iuriſdictioni ſunt permittendæ: diuinam habent ſuperſcriptionem; Deo reddendæ ſunt. non licet rebus vela ſuſpendere alienis. Numiſma cenſus imaginem, & ſuperſcriptionem Cæſaris referens, Cæſari reddendum eſſe interpreratur D. Hieronymus *in Commentar. ad Matth. c.* 22. nummum & tributum: & quæ ſunt Dei; decimas, primitias, oblationes, victimas, reuerentiam, & dilectionem. D. Hilarius *in Comment. ibid. ſi rebus Cæſaris incubamus*, inquir, *ſi iure poteſtatis eius vtimur, & nos tanquam mercenarios alieni patrimonij procuratione ſubijcimus; extra querelam iniuria eſt, Cæſari reddi, quod Cæſaris eſt.* & ſuprà; *ſi nihil eius penes nos reſederit, conditione reddendi ei, quæ ſua ſunt, non tenebimur.* ſi nihil

19. Non cum Cæſar ſuum facere velit, in quo nulla illius eſt imago, aut ſuperſcriptio. neque contrà.

quis poſſidear quod imaginem referat, & ſuperſcriptionem Cæſaris, nihil illius ei reddere oportebit; nihil eum exigere: ſi inre poteſtatis eius non vtitur, ſi exemptus ſit, · ſi alienus ab eius iuriſdictione; nullam illum in eum exercere, nullam eius illius agnoſcere oportebit. *Deo autem*, inquit ibidem Hilarius, *quæ ſunt eius propria, reddere nos oportere corpus, animam voluntatem. ab eo enim hæc profecta, atque aucta retinemus.* nempe, inquit Haræus *ad d. c. 22. in his tribus etiam eſt imago Dei.*

Hæc igitur regula Cæſari reddendorum, vel Deo; ſumenda eſt ex imagine & ſuperſcriptione, ſiue Dei, ſiue Cæſaris. quæ Deo ſacrata ſunt, Deo reddantur: quæ eò pertinet iuriſdictio, Dei Eccleſiæ ſeruetur. quæ perſonas & res ſæculares ſpectat; Cæſari relinquatur. quæ finem tantùm habent reipublicæ bene conſtituendæ, quietè tranquilleque ſeruandæ; Principibus dimittantur. quæ animam ſpectanr, finemque ſpiritualem, atque ad cęleſtem beatitudinem diriguntur; authoritati Eccleſiæ pacificè permittantur. Fines hi atque termini ſunt ſacroſancti, Dei ordinatione, & canonicis ſanctionibus conſtituti; nullo cupiditatis ſtudio ſeu inconſideratione aliqua violandi: ſed Iudices omnes atque magiſtratus vnà cum ipſis Principibus debitam, inquit Concilium *Trident. ſeſſ. 25. c. 20. ſacris ſummorum Pontificum & Conciliorum conſtitutionibus obſeruantiam præſtent.* Sic Deus è machinâ, è Monte electo. *Diſcite* ergo *Iudices finium terræ, præbete aures qui continetis multitudines; Sap. 6. Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: & quæ ſunt Dei, Deo.*

F I N I S.

INDEX

Digitized by Google

INDEX

RERVM

NOTABILIORVM.

ABOLITIO *Principiꝭ generalis, vt ſpectet ad clericos, & eorum bona.* 152.

Abſolutio à iuramento. 104.

Academica nominationes vt ſpiritnales ſint, neqne ad ſaculares ſpectent. 164.

Accuſator clericus à laico puniri non poteſt de crimine aut calumnia. 72.

Acta Iudex examinat, cùm debet ipſe pœnam imponere degradato non tantùm exequi impoſitam. 262.

Acta ritè coram vno Iudice, fidem faciunt coram altero. 50.

Etiam in cauſis mixti fori. 50.

Acta coram laico contra clericum non valent. 50.

Nec fidem faciunt. 50.

Actus agentium non operantur vltra illorum intentionem. 151.

De aduocatia. 87.

Aduocatia Eccleſiarum. 148.

Aduocatia ad protectionem, non iuriſdictionem pertinet. 88.

Aduocati Eccleſiarum vt protegant, non dominentur. 193.

Aduocatus clericus coram laico non punitur ab eo criminaliter, in ciuilibus non ſuccurritur. 55.

Adulteri moniti nec abſtinentes, vt fiant publici. 108. 110.

Vt agendum ex Tridentino. 108. 110.

De adulterijs. 108.

Mixti fori eſt. 108.

Cùm ad diuortium agitur Eccleſiaſtici. 108.

Hodie præuentioni eſt locus. 108.

Adultera in monaſterio detruſio non fit ſine conſenſu Epiſcopi. 108.

Adulterorum ſeparatio non tantùm quoad domum ſed etiam ciuitatem. 108.

Caluatio, excommunicatio, exilium. 108.

Adulteri clerici vt puniendi? 109.

De adulterio ſuſpectorum cognitio. 109.

Adulteriorum qualitas ſuſpecta, publica, notoria, ſcandaloſa à quo cognoſcenda? 108. 109. & ſeqq.

Ædificari Eccleſiam non poteſt Princeps prohibere, niſi exequendo decreta Eccleſiæ. 81.

De ædificandis Eccleſijs ſtatutum. 158.

Ædium ſacrarum cura an mixti fori? 82.

De æquitate canonica. 122.

Seruanda in iure expreſſa, non imaginaria. 122.

De æquitate plurium ſtatutorum remiſſiuè. 209.

Æquitas legibus contraria an in foro Eccleſiaſtico recipienda. 138. 122.

Aleatores clerici. 147.

Alienatio bonorum ad communitates ſpectantium. 181.

Aliena res legata inuito domino ab Eccleſia non arripitur. 138.

De alimentis ſpurij adulterini vbi agendum? 117.

Amortizationis nomen vnde? 14.

Amortizatorum bonorum cognitio. 189.

Amortizatio immunitatem ſolariam facit. 226.

Ammanni vox quid? 279.

Ab angarijs an clerici ſint immunes? 217.

Anglicanæ conſuetudines, de quibus D. Thomas contendit, latè enarrantur. 148.

Animalia clerici paſci debent, vt reliqua. 180.

Annatæ ne Romam mittantur, ſtatutum ſeruandum, ne pecunia in ſpecie mittatur, ſed per cambium. 189.

Annonaria ſtatuta clericis ſeruanda. 178. 179.

Annonæ cura & taxa ad Epiſcopum pertinent. 114.

Appellatio ad Papam vt prohiberi non poſſit. 165.

Appellatio ad Papam reſtringi an poſſit, vt in partibus deleges? 166.

Appellationes in quibus caſibus remouentur, præſertim per Concilium Trid. 20. 21.

Appellatione non obſtante facta executio, quibus in caſibus vim inferre cenſeatur? 19.

Appellationum relatio quibus deferendum ſit, vel non, ne vis fieri dicatur. 20.

Appellationes tanquam ab abuſu iure damnata. 15.

Appellatio tanquam ab abuſu. 17.

Illius moderatio in Francia. 18.

Appellatio regularium, & clericorum vix admittenda. 187.

Non in viſitatione & correctione. 187.

Appellatio vbi prælati habent ſuam iuriſdictionem, ſi pronunciant vt prælati, deuoluitur ad ſuperiores Eccleſiaſticos: ſi vt temporales domini; ad temporales. 188.

Quid ſi regalia poſſideantur ſine ſuperioritatis reſeruatione? 188.

Appellatur à paribus curiæ Epiſcopi, ad ſuperiorem curiæ dominum; ab Officiali ad metropolitanum. 67.

An appelletur à Rege vaſallo Papa? 68.
De appennagijs & ſimilibus iuribus. 185.
In clericis ſeruantur vt laicis. 185.
Ab arbitro clerico cum laico ad quem appelletur? 55.
Ab archidiacono conceſſa cura animarum authorizabilis. 147.
Niſi ſit preſcripta authoritas. 147.
Arreſtari clericus non poteſt. 44.
Niſi modeſtè, ad fundandum iudicium, ex conſuetudine. 46.
Arreſtandi ius non poteſt conſuetudine à laico acquiri in clericum. 48.
Arma clericus manu ſua tractare non debet 232.
Niſi grauis neceſſitas & inopinatus caſus fuerit. 233.
Arma famuli clerici iuſta de cauſa ferre tenentur, quæ non debet eſſe tanta vt in ipſis clericis. 233.
Arma ne quis portet ſtatutum clericus ſeruat, alioquin à ſuo Iudice corrigitur. 185.
Cum armantur clerici ex ſumma neceſſitate Epiſcoporum id iuſſu fieri debet ſub ductu militarium ſuperiorum. 233.
Armis iam abuſurus impediri, & arma auferri poſſunt à laico. 186.
Vbi cognitione opus eſt, adeundus Eccleſiaſticus. 186.
Aſſaſinatus an ſine degradatione clericum laico ſubijciat? 35.
Aſſaſinatus quid? 35.
Aſſeſſor clericus laici ei non ſubditur. 55.
An eſſe poßit? ibidem.
De aſylo. 357.
Vide de immunitate Eccleſiæ.
De aſylo ſtatuere non poteſt ſæcularis, vel immunitatem minuere, vt in modo relatis. 157.
Attentante clerico lite pendente, idem iudex prouidet. 60.
Si modo ritè cœptum ſit iudicium. 61.
De auxilij inuocatione. 257.
Illud Iudices inuicem debent. 257.
Etiam Eccleſiaſticus per cenſuras ſæculari. 258.
Præſertim aduerſus iniuſtos occultatores. 258.
Sed vix in cauſa ciuili cum aliter executio fieri poteſt. 258.
De auxilio fidei orthodoxæ præſtando. 284.
Laborat grauiter Eccleſia, auxiliumque poſtulat. 284.
Vt iam olim ſolita. 284.
Ad illudque Principes tenentur. 284.
Et cenſuris adiguntur. 284.
Principum catholicorum ea in re officium. 284.
Singulatim in rebus nimium per hæreſes turbatis. 285.
Præcauere rectè regendo, ne in huiuſmodi neceſſitates incidant. 285.
Cum iam præualere ipſi non poſſunt, tolerare, pacta quæ reos ipſos non faciant, rectè & ſeruare. 285.
Non pro ratione ſtatus, cum damno fidei quicquam agere, alioquin minas diuinas timere. 285.
Prælati inuigilare hanc in rem vt teneantur, alioquin nec ipſos à minis diuinis fore immunes. 286.
Statiſta. 285.
Auxilium à quo petendum vbi alter iudicat, alter exequitur. 277.
Auxilium præſtans mandatum non debet excedere. 272.
Auxilium dare requiſitus vbi euidens eſt nullitas, illud negare poteſt non tamen acta irritare, aut irrita declarare. 272.
De auxilij inuocatione non vertenda in ſubiectionem. 272.
Siue ſpecialiter illud ſiue generaliter imploretur. 272.
Auxilium ſynodi præſtitum per edicta non minuit Epiſcoporum authoritatem. 273.
Auxilio præſtito quæſtio nullitatis executionis à quo Iudice cognoſci debeat? 271.
A requirente; niſi nullitas arguatur naſci ex ijs quæ in præſtatione auxilij contingunt non exactis aut decretis requirentis. 271.
Ne tunc quidem cum requiſitus ſit ordinarius. 272.
Vnde ſi cautio præſtita non ſit ideoque prouiſionalis ſententiæ executio arguatur nullitatis quis cognoſcat? 271.272.
Auxilium rogatus acta non examinat, Eccleſiaſticus, non magis quàm laicus. 261.
Præmittit tamen monitionem cenſuræ. 261.
Auxilium in cauſa hæreſis laicus præſtat vt merus dumtaxat executor. 261.262.
Niſi proponatur nullitas defectu iuriſdictionis; vt ſi inquiſitor non ſit 40. annorum. 262.
Auxilium petendum ab officiario, non ſcabinis. 281.
Auxilium per cenſuras prudenter exigendum. 265.
Auxilium petendum à Iudice qui gladium portat ſeu brachium militare habet, & ſatellitium, non ſcabinis qui notionem tantum. 280.
In auxilijs primordia cauſæ ſunt inſpicienda. 273.
Ideoque taxa portionis congruæ in ſynodo facta & ab edictis probata per Epiſcopos augeri non vetatur. 273.
Auxilium non præſtatur cùm in ſententia error eſt intolerabilis. 267.
Auxilium potius implorando quàm excommunicando petendum. 265.
Auxilium feudatarij Eccleſiæ præſtare tenentur. 265.
Auxilium non præſtatur cum rectè appellatum eſt, aut euidenter apparet nullitas. 265.
Auxilium dubitans an præſtandum ſit quid agat? 265.
Auxilium etiam inuocat delegatus. 266.
Auxilium requirens in materia hæreſis aliaque merè Eccleſiaſtica non exhibet. 266.
Sed neque in ciuili aut mixta. 266.
Secus ſi noua pœna imponenda ſit, v. g. degradatio. 266.
Auxilium rogatus cum euidens eſt iniquitas quid præſtare debeat? 262.
Certa eſſe debet iniquitas, non præſumpta. 262.
Auxilium ordinario implorantis aduerſus exemptos quid præſtandum ſit vel non? 263.

Auxi-

Auxilium imploranti iuriſdictio vt competere debeat in ea cauſa. 263.
Auxilium brachij ſæcularis an in ſingulas cauſas implorandum? 263.
Ita ſolet; ſed etiam poteſt generatim. 263.
An auxilium Eccleſiaſticus poſſit petere à militari in cauſa ciuis, aut ciuilis in cauſa militis? 264.
Poteſt; ſi ipſius ſatellites primas partes agant. 264.
Auxilium rogatus Eccleſiaſticus non excommunicat niſi prauijs monitionibus. 266.
Auxilium non debetur decreto extraiudiciali & irrito. 267.
Auxilium rogatus de iudicato cognoſcens non cognoſcit de cauſa. 274.
Minus executor merus, vt eſt ſæcularis imploratus ab Eccleſiaſtico. 274.
Auxilium rogatus ſi ſententia ei iniqua videtur reſcribit imploranti. 274.
Auxilium dari iubent edicta niſi obſtet prægnans cauſa. 275.
Auxilium vertis in ſubiectionem qui negas Epiſcopo iuriſdictionem in carceris ſui cuſtodem, ideo quòd carceres ſint ſub ſalua guardia Principis. 275.
De auxilio exceptioni Concilij Trident. præſtando. 268.
Vt illud à Patribus Tridentinis imploratum ſit & Pio IV. 268.
Vt audiet eos oporteat. 268.
Vt Spiritum ſanctum, qui in illis locutus eſt. 268.
Quid ſi quæ decreta huic vel illi loco non conueniant. 269.
Abſint rationes ſtatus & excuſationes in peccatis. 269.
Recipiendum ſeruandumque Concilium: præſtandum brachij ſæcularis auxilium. 270.
Eoque fine Principes Eccleſiæ protectores. 270.
Ad auxilium Eccleſiæ ſeu defenſionem generaliter vt teneantur Principes. 259.
Ad auxilium cenſuris cogi poſſunt. 259.
Auxilium inuocatur etiam aduerſus clericum. 259.
Auxilium præſtatur tanquam ab inſtrumento. 260.
Ideo ſæcularis imploratus exercet poteſtatem in clericum. 260.
Auxilio an cenſuris vtatur in arbitrio eſt Iudicis. 260.
Auxilium imploratur aduerſus Papam ſimoniacè electum. 260.
Auxilium propriè cum Eccleſiaſticus per ſe non poteſt exequi. 260.
Auxilium ordinarij exigit delegatus aut cenſuris vtitur. 260.
De auxilio interpellatus examinare acta implorantis non poteſt. 260.
Auxilium dare rogatus vt non cenſeatur exequi ſed requirent. 261.
Auxilium rogatus non præſtat ſi euidens ſit nullitas, aut iniquitas manifeſta. 261.

B.

BAllivi vox quid? 278.
Begina vt ſpectent ad iuriſdictionem Eccleſiæ, non tamen eximantur à ſæculari. 39.
Begina an immunes? 248.
Bellicis expeditionibus vt non debeat grauari clerus, niſi ad formam cap. non minus. 233.
Ad belli ſumptus vt clerus non teneatur, niſi fortè ſit ineuitabilis neceſſitas neminem prætermittens. 225.
In bellicis oneribus olim Anglorum pietas. 228.
In bello quamuis clerus contribuat, forma tamen cap. non minus. ſeruanda eſt. 228.
In bello ſacro ad cleri contributionem an aſſenſu Pontificis ſit opus? 228.
Ad bellum contra hæreticos concurrens gaudet priuilegijs pro recuperatione terræ ſanctæ conceſſis. 228. 230.
Ad bellum ſacrum ſpontanea contributio permiſſa. 229.
Ad bellum ſacrum cleri contributio licita ſine aſſenſu Pontificis. 230.
Ex permiſſu iuris. 230.
Bellum contra hæreticos tam fauorabile quàm pro recuperatione terræ ſancta. 230.
Ad bellum ſacrum ſolet indici decima, quadrageſima, aut pars alia redituum Eccleſiaſticorum. 230.
Ad bellum ſacrum contribuit clerus. 227.
Eſt illud aduerſus Turcas & hæreticos. 227.
Bellum cum hæreticis propius religionem tangit, quàm quod eſt cum Turcis. 227.
In bello vbi clerus etiam expilatur meritò contribuit. 227.
In bellis olim contra Hunnos, Gothos, VVandalos æquitas contributionis. 227. 228.
Ad bellum contribuit Eccleſia quæ feuda poſſidet. 228.
In bello facta à prælatis expenſa recuperanda à ſubditis. 228.
Beneficia noua erigit Epiſcopus. 200.
Aut ſacris officijs afficit. 200.
Beneficiorum prouiſio an mixtæ authoritatis eſſe poſſit? 85.
Beneficiorum diſpoſitio ſine aſſenſu diœceſani. 147.
Ad beneficia ne exteri promoueantur. 85.
Concedit Papa, non ſtatuit Princeps. 85.
Ad beneficia ne exteri promoueantur, vt intelligi priuilegia debeant. 86.
Ad beneficiorum prouiſiones an præſcriptio valeat? 86.
De beneficiorum minorum collationibus ordinarijs. 204.
Beneficium onerari poteſt per Epiſcopum. 201.
Beneficium clerici non diœceſani vt ad collectas vocetur. 242.
Beneficia laici ne conferant. 148.
Beneficiorum pluralitas. 148.
De beneficiorum poſſeſſorio. 164.
Bonis diminutis an diminuenda ſit taxa? 243.

Bonis diminutis etiam per culpam minuitur onus. 243.
Bonorum ſitus cur hodiè maximè inſpicitur. 243.
Bona ad ratam quantitatem grauantur. 243.
Bonorum clerici publicatio. 72.
Brachium executionem innuit. 278.
Brachium ſaculare an poſt appellationem praſtandum? 130.
Brachio ſaculari cùm traditur clericus, debet tamen efficaciter intercedere tradens. 33.
Tradi tantùm debet incorrigibilis, niſi nimia ſit criminis grauitas, qua? 33.
Brachium ſaculare an per cenſuras exigi poſsit, aliaue negari & ſimilia? Vide in verb. Auxilium.
Brachium ſaculare vide Auxilium.
Bulla cœna quoad Eccleſia libertatem. 132.
Bulla cœna admittit ſupplicationes proſecutas. 128.
Non pratextum ſupplicationum. 128.
Bulla cœna vt publicata. 127.
Bulla Pontificia an ſubreptitia aut falſa per Eccleſiaſticos non laicos examinanda. 164.
De bullis Pontificijs examinandis. 164.

C.

Cadauer clerici ſi is mortem ſibi conſciuit ad cognitionem Eccleſiaſticam pertinet. 39.
De cadaueribus puerorum an ſepulturâ gaudeant? 83.
De canonibus in iudicando ſequendis. 121.
Canones ſequitur Eccleſiaſticus. 121.
Non tamen in feudis. 121.
Canones quod non definiunt, ſuppletur per leges & contrà. 125.136.
Canones & leges quaeque in ſuo foro obtinent. 125.
Cùm agitur de reſcriptorum forma, ſi preces veritate nitantur, executione delegati, pronunciatione arbitrorum, diſpenſatione reorum, ceſsione bonorum, coactione teſtium, carcere, forma teſtamenti, praſumptione matrimonij, negotij & criminibus mixti fori. 125.126.
Canones quando ſequendi pra legibus? 122.
In rebus ſpiritualibus & perſonis Eccleſiaſticis. 123.
Electione. 123.
Alienatione bonorum Eccleſia & oppignoratione. 123.
Immunitate Eccleſia, peccato, iuramento, diſciplina Eccleſia, praſcriptione, heredum ex delicto obligatione, materia ſpirituali, ſponſalibus repudiandis, ſolucudis. 123.
Canones legibus praualent in materia peccati, & ſpiritualibus, alias queque in ſuo foro. 150.
Canones damnant collectas clericorum reales & perſonales, cur illas tamen magis quam has, & minorum minus clericorum quàm maiorum? 251.
Tum minus quarum cauſa directè ſpectat Eccleſiam. 252.
Vt in bonis Eccleſia recèns quaſitis. 252.
Vt in alijs caſibus pra alijs. 252.
Canoniſſa an immunes? 248.
Capitulum, ſtatuta mutans ſine Epiſcopo. 148.
A capitatione exempti clerici. 220.
In captiuis redimendis iuuat Eccleſia. 234.
De captiuorum relaxatione. 283.
Cognoſcit qui de cuſtodia. 283.
Seu de carceratione. 283.
De carcere ſtatuens Eccleſiaſticus cognoſcit de relaxatione. 283.
Non ſacularis. 283.
Quid vbi vſurpatur caſſatio? 283.284.
In carcerem duci iubere poteſt Eccleſiaſticus. 277. 278.
Carceris decretum an & executio Eccleſiaſtico competat? 278.
Cardinalem offendens. 113.
Ad caritatem praueniendam an clericus mutuam pecuniam dare reipublica teneatur, pro annona emenda? 177.
De cauſis collectarum & immunitate. 224.
Sunt multiplices. 224.
De cauſis miſerabilium perſonarum. 114.
Cellita fratres vota emittunt ſecundum regulam S. Auguſtini. 40.
In ceſsione bonorum clericus per Laicum vocari poteſt. 58.
De ceſsione à laico facta clerico. 169.
Prohibetur. 169.
Ob litigium & auaritiam. 169.
Qua ſi ceſſent, an ceſsio ſit licita? 169.
Illicita ab Eccleſiaſtico emendatur. 169.
Charitatiuum ſubſidium pralatis parcis non prodigis dandum. 253.
Expoſita neceſsitate manifeſta, & cauſa rationabili. 254.
Moderatum ſecundum ſuam cauſam. 254.
Charta ſigillata impoſita gabella cur non licita ad clerum obligandum? 241.
De charta ſigillata onere. 240.
In choro ſeſsio Principum, patronorum, dominorum, Iudicum. 194.195. an etiam vt alios inde excludant? 197.
Chriſtianitas. 4.
Chriſtianitatis forum. 4.
Chriſtianitatis decani. 4.
Citatio verbalis prior, an praualeat reali? 100.
Citare realiter poteſt cui competit criminalis cognitio. 277.
Adeoque Index Eccleſiaſticus, cui diſtrictionem tribuit Concilium Trid. etiam contra laicos. 277.
Citans clericum coram laico excommunicatur, & cauſam perdit lite ſaltem conteſtata. 50.
Clandeſtinè contrahentes vt puniat etiam ſacularis. 74.
Clauium Petri poteſtas. 5.
Claues Petri ſolis presbyteris communicantur. 24.
Comitis nomen. 279.
Clericorum exemptio. 35.
Clerici cadauer gaudet priuilegio fori. 39.
Clericus ſtudioſus, non ſeruans praſcripta Tridentina,

tius, an priuilegio gaudeat quà ſtudioſus? 37.
Clericus non ſeruans preſcripta Tridentina, ſine monitione, fori priuilegio caret. 37.
Clerici depoſitio, excommunicatio, traditio brachio ſeculari. 33.
Clerici à Rege vt ad conuentum ordinum vocari poſſint. 52.
Clerici & monachi an poteſtate patria liberentur? 50.
Clericus graſſator nocturnus an armis ſpoliari poſſit, vel alijs rebus in quibus peccat? 45.
Clericus debitor vt excommunicari non debeat. 258.
Clerici de diſtrictu dicuntur non tamen ex eo ſubiecti ſiunt. 137.
Clerico iniuria verbalis facta, vt vindicanda. 35.
Clericum pulſare diuinis operantem capitale. 35.
Qui clerici immunitate tributorum gaudeant? 246.
Clerici perſona vbi tangi non poteſt, bona apprehendi non poſſunt. 36.
Clericus fori priuilegio renunciare non poteſt. 36.
Clerici percuſſor, 35. fautor, adiutor, mandator &c. ibid.
Clericus in fraudem gabellarum ordinatus, an ab illis eximatur? 57.
Clericus factus poſt condemnationem ſub certa pœna, quis condemnet aut declaret? 57.
Clericatus probatio. 48.
Clerico facta iniuria à laico poteſt vindicari à Iudice Eccleſiaſtico, ſed ipſe clericus actor ſequitur forum rei. 36.
Clericus poſt cœptum iudicium factus, pergit ſtare coram laico. 56.
Clericus qui priuilegio fori non gaudet, coram Eccleſiaſtico tamen ſemper conueniri poteſt. 64.
Clericus qui ſoluendo non eſt quo priuilegio vtatur. 65.
Clericus incognitus per fraudem ſe talem non declarans, tenetur ad expenſas, ſed à quo condemnandus? 36.
Clerus dum debet contribuere modus tamen ſeruandus quis? 226. 222. 228.
Clerici vt teſtentur, quamuis ſint filijfamilias. 51.
Clerici vt non teſtentur de quæſitis intuitu Eccleſiæ. 51.
Vt relinquere debeant legitimam filijs ſeu parentibus. 51.
Clericus & monachus vt exhæredari non poſſint. 51.
Clerus ſine aſſenſu Pontificis regulariter non poteſt contribuere. 229.
Clerus in eum conſentiens rectè apponit conditionem, ſi Pontifex conſenſerit. 240.
Clerus ſufficientibus laicis non tenetur ad neceſſitates etiam quæ illum reſpiciunt vt populum. 223.
Vt laicorum facultates publica & priuata examinãda quoad adminiſtrationem an ſupputant quidem ſed diuertantur & in abuſus abſumantur vt hi late deſcribuntur. 223.
Cleri contributio in bellum ſacrum. 227.
De clerico negociatore. 176.
Cognationis ſpiritualis inceſtus Eccleſiaſticum crimen. 109.
Cum moniali coitus, vt puniendus. 109. 113.
De collectis & oneribus nouiter imponendis. 215.
Vt per canones & bullam cœnæ etiam ſupremi Principes vetentur clerum grauare. 215.
Per collectas & iura pro functionibus Eccleſiaſticis. 84.
Collectas quis imponere non poteſt, niſi ſubditis. 245.
De collegijs illicitis. 110.
Mixti fori. 110.
Collega collegio ſubditur, quaſi ex priuato pacto. 54.
Sed non clericus laico iuriſdictionaliter. 54.
Coloni grauamen quod in Eccleſiam redundet. 145.
Colonum Eccleſiæ ad quod forum pertineat? 43.
Colonum expelli ne poſſit, niſi collectis fructibus ſtatutũ, à clerico vt ſeruandum. 177.
Comitia cleri vt habenda ſint. 242.
De commendis vetitis. 204.
Comparere coram ſæculari non debet, ſeu exceptionem proponere clericus. 36.
Ad compromiſſum clericus cogi non poteſt. 44.
Ad compromiſſum cogens ſtatutum laudabile eſt. 46.
Ad compromiſſum clericus in patrimonio, non in rebus Eccleſiæ cogi poteſt. 46.
Concubina clerici, vtrique iudici ſubeſt. 42.
Ita tamen ſi crimen non ſit occultum. 42. 43. & cur? 43.
Concubinarij moniti non diuertentes, vt pro manifeſtis habeantur. 43.
Condemnatio clerici voluntaria. 168.
Condemnatus laicus poſtea factus clericus. 168.
Vt in conditione poſitè liberi cenſeantur vocati, in clericum recipiendum, vt in laicis. 174.
Conductor Eccleſiæ vetus, vt præferatur, ſtatutum etiam in bonis Eccleſiæ ſeruandum, ſi ob bonum publicum eſt inductum. 177.
Conductores decimarum. 89.
Conciliorum œcumenicorum conuocatio. 206.
Concilium Tridentinum vt publicatum. 127.
Concilij Tridentini receptioni vt auxilium præſtandum ſit. 268.
De concubinatu. 105.
Crimen eſt Eccleſiaſticum etiam contra laicum. 105.
Mixti fori ex praxi. 105.
Confeſſarij electio. 148.
Confeſſio clerici coram laico non præiudicat. 50.
Ne quidem ad torturam. 50.
Confeſſionis ſigillum frangens per Eccleſiam punitur. 103.
Etiam laicus. 103.
Sed hic pœna arbitraria. 104.
Et plenius quandoque per ſæcularem. 104.
Confirmatio non mutat ſubſtantiam, ſed ſolidat. 151.
Confiſcatio bonorum clerici cui cedat? 71.
De cognitione fidei. 92.
De cognitione rerum ſacramentalium. 73.
Congrua portio. 84.

Con-

Congrua portio parochorum. 273.254.
Coniugati clerici an immunes à gabellis? 247.
Coniugatus clericus quatenus fori priuilegio gaudeat? 38. 43.
An in ciuilibus deſcendentibus ex crimine? 43.
An etiam immunitate à gabellis? 38.
Coniuges prohibiti inuicem relinquere non poſſunt intermedio clerico. 275.
Communes neceſsitates & vtilitates. 224.
Communes neceſsitates Patriæ defenſio. 224.
Æs alienum Principis aut reip. ex cauſa rationabili contractum. 224.
Captiuitas Principis. 224.
Elocatio filiæ Principis, Baltheus militaris filij, coronatio Impp. 224.
Bonum publicum. 225.
Communes vtilitates aut neceſsitates quæ directè aut per conſequentiam clerum tangunt vt ſunt diſtinguenda. 233.
In communi negocio communiter deliberandum per clerum & populum. 234.
In directè clerum concernentibus ad Papam recurſus non eſt neceſſarius. 234.
Ita tamen ne magna bonorum Eccleſiæ fiat diuerſio. 234.
Communia onera publica vt ad Eccleſiam non ſpectent. 221.
Niſi in ſubſidium neceſsitatis ex cleri aſſenſu nunc Pontificis. 221.
Niſi periculum ſit in mora. 222.
In communibus neceſsitatibus quæ directò clerum tangunt vt verſandum ſit? 234.
Communia conſtituta propter interuentum clerici non mutanda. 122.
Conſanguineos clericorum puniens ſtatutum quòd illi ſuis priuilegijs vtantur irritum. 187.
Conſenſus ordinum & in eis prælatorum. 241.
Conſuetudo an liget clericum? 146.
Conſuetudo æqua ſeruanda, vt lex, à clericis. 146.
Conſuetudo legem vincit ſi rationabilis eſt, & legitimè præſcripta. 147.
Non præſcripta etiam, dum præter, non contra legem eſt. 147.
Quamuis lex ſit canonica. 147.
Conſuetudines damnatæ vt corruptela non præſcribuntur. 147.
Eorum ex iure exempla latè recitantur. 147.
Conſuetudo an exemptioni cleri poſsit præiudicare. 131.
Irrita eſt quæ canonibus obuiat. 131.
Quæ Eccleſiaſticæ libertati ſeu exemptioni. 131.
Conſuetudo rationabilis non corruptela præſcribitur. 131.
Conſuetudo aduerſus iuriſdictionem, aut libertatem Eccleſiæ non prodeſt. 36.
De conſuetudine circa immunitatem à gabellis. 250.
Conſuetudini aliquid permitti circa gabellas quoad clericos minorum ordinum. 250.
Conſuetudines Anglicanæ contra libertatem Eccleſiæ: de quibus D. Thomas contendit. 148.
Conſuetudo contribuendi vbi res ſunt ſitæ extraneorum bona obligat. 243.
Conſuetudo onerandi clericos collectis perſonalibus aut realibus. 251.
Continentiæ cauſa. 76.
De contributione cleri in bellum ſacrum. 227.
Contributio æquiſsima quæ ſecundùm omnes facultates iniungitur. 243.
Contumax ſeu parere nolens manu militari cogendus eſt. 283.
Contumax non eſt qui comparere non tenetur. 59.
De conuenticulis. 110.
Correctio omittenda, quando maiora incommoda timentur. 9.
Correus clericus laicum trahit ad ſuum iudicem. 70.
Crimina Eccleſiaſtica clericorum, quæ? 31.
Criminalis cognitio cui competit poteſt realiter citare. 277.
De criminibus mixti fori. 98.
Curatorem in litem, coram ſe pendentem, ſæcularis clerico poteſt dare. 54.
An & quoad patrimonialia immobilia? 54.
Officij cauſa clericus laico non ſubditur. 54.

D.

De damno dato ab animalibus clerici, quis cognoſcat? 181.
Damnatis ad mortem confeſsio & communio non deneganda. 76.
De decimarum cognitione. 89.
De decimis cognoſcit Eccleſiaſticus. 89.
Quid de inſudatis, poſſeſſorio, fructibus, conductoribus? 89.
De decimarum quota quis cognoſcat? 91.
De decimandis fructibus inſolitis. 90.
De decimarum immunitate. 92.
Decima an ſint laicales, quis cognoſcat? 92.
De decimarum præſcriptione. 90.
Decimæ an ſint immunes. 218.
An decimarum conductores. 218.
Decima an immunes à reparatione aggerum. 218.
Decimarum conductor ad quod forum pertineat? 43.
De decimis à Papa Regibus conceſsis, quis cognoſcat? 90.
Decretalium authoritas. 206.
Decretalis an falſa, ab Epiſcopo conſulitur Papa. 164.
Declinatoriam impediens ſtatutum non extenditur ad clericos. 168.
Defectus vel abſentia Iudicis Eccleſiaſtici, non facit laicum competentem. 60.
Defunctorum voluntates mutari an poſsint? 184.
Degradatio vltima pœnarum Eccleſiaſticarum. 32.
Poſt degradationem actualem demum incipit laici in clericum iuriſdictio. 33.35.
Degradationem non poteſt iudex ſæcularis controuertere, dum in illa fundatur illius iuriſdictio. 262.

Degra-

Degradati clerici acta iudex examinat cum debet imponere pœnam, non impoſitam exequi. 262.
Degradari clericum quomodo intelligatur? 111.
Degradari ab Epiſcopo non debet cum acta non exhibentur. 266.
Degradatus & traditus, à ſæculari non damnandus, niſi ex noua cauſa cognitione. 34.
Ex qua torqueri quin & abſolui poteſt. 34.
Poſt delictum factus clericus, fori priuilegio gaudet. 57.
Delinquens clericus dimiſſo habitu, & iterum aſſumpto, vt priuilegio fori gaudeat. 57.
De differentijs vtriuſque iuris. 121.
Diffamantis iudex adeundus in cauſa diffamationis, in principali iudex diffamati. 175.
Diminutis bonis æquum eſt minui onus. 243.
Directè vel indirectè quando Eccleſia dicatur grauari? 245.
Diſciplinæ Eccleſiæ contraria conſuetudo. 147.
Diuina officia quæ, quibus diebus, ſeu miniſtris conueniant, diſcernit Epiſcopus. 200.
Diuinorum officiorum tempora nullius iniuria turbanda. 198.
In diuiſione hæreditatis an clericus coram laico conueniri poſſit? 64.
Diuortium fieri non poteſt ſine iudicio Eccleſiæ. 77.
Diuertentes etiam per cenſuras cogendi. 77.
De Diuortio: ſecundis nuptijs: raptarum nuptijs: vſuris. 125.
De diuortio ſolus Eccleſiaſticus cognoſcit, ſemper influente ſpirituali cauſa. 154.
Diuortium facientes à quo corrigendi? 71.
Dominium vtile laici, cuius directum eſt apud Eccleſiam ita ſubiacet ſtatutis, vt Eccleſiæ non noceatur. 181.
Domini locorum defendunt Eccleſiam, & patronorum prærogatiuas imitantur. 193. 196.
Dotis cauſa vt Eccleſiaſtici fori ſit. 115. 117.
Donatio inſinuari poteſt apud vtrumque iudicem. 61.
De donatione clerico facta à patre in fraudem fiſci. 180.
De dote quis cognoſcat? 114.
In dubio an libertas Eccleſiæ offendatur, cenſendum pro Eccleſia; non quoad pœnas laicorum. 187.

E.

Eccleſia poteſtas quando ad temporalia porrigatur? 5.
Eccleſiæ libertas. Vide libertas Eccleſiæ.
Eccleſiæ libertas per Bullam cœnæ vindicatur. 132.
Neque patientia Pontificis officit. 132. 133.
Neque temporis antiquitas. 132.
Eccleſia quibus in caſibus poteſtatem ſuam extendit ad temporalia? 10.
Eccleſia de temporalibus caſualiter iudicat. 2.
In Eccleſia vt duo ſint gladij. 2.
Eccleſia an poteſtatem habeat coactiuam præter excommunicationem? 10.
Eccleſia vt in Principes excommunicando, priuando, deponendo poteſtatem exercuerit, tam in Concilijs œcumenicis, quàm aliàs. 6. & ſeqq.
Eccleſiæ decretum de poteſtate in Principes. 9.
Eccleſiæ poteſtas hæc quomodo competat? 9.
Eccleſia quàm prudenter hac poteſtate vti debeat, vt precaueat incommoda. 9.
Eccleſiæ poteſtas à Deo, non ab homine. 29.
Ad Eccleſiam ſpectat interpretari illud Chriſti, paſce oues meas, quouſque ſe extendat. 29.
Adeoque quæſtiones de iuriſdictione. 30.
Eccleſiæ decreta ſeruanda ab ijs, qui volunt eſſe de Eccleſia. 30.
Eccleſiæ iuriſdictio per aliquorum abuſus non debet trahi ad inuidiam. 30.
Eccleſiæ canones, & decretales ad calumniam, & inuidiam tracta, quæ? 30.
Eccleſiæ iuriſdictio in clericos competit, etiam grauiſſimorum criminum reos. 31.
Eccleſiaſticus Iudex an familiam armatam habere poſſit? 264.
Eccleſiaſticus ſæcularem cogit ad reparandam clerico iniuriam. 36.
Eccleſiaſtica negotia, multoque magis ipſius Eccleſiæ, tractat Eccleſiaſticus. 82.
Eccleſia quando brachium imploret? 32.
Eccleſiæ Romanæ primatus. 206.
Eccleſiæ Rom. nota in condendis legibus, creandis prælatis, Concilij conuocatione, vltima prouocatione. 207.
Poteſtate clauium, ſeu vitæ & necis. 207. 808.
Eccleſiæ authoritatem inuadentes vt aſſimulentur Antichriſto. 150.
Eccleſia primitiua an iudiciariam poteſtatem exercuerit vt hodie? 26.
Eandem; ſed rudius. 26.
Non ad fidem tantùm, ſed etiam quoad politiam. 27.
Præſertim quoad coercenda crimina. 27.
Iure ſuo, non tantùm quaſi ex arbitrio. 27.
Neque tantùm ex cauſa correctionis fraternæ. 28.
Etiam temporalia attingendo, vbi finis ſpiritualis exigit. 28.
Vt exaudienda leges, quæ contrariari videntur. 28.
Eccleſias ædificari, vt prohibere non poſſint ſæculares. 158.
Eccleſia conſecrata in nullius dominio. 192.
De Eccleſijs ædificandis aut non, cognoſcit Eccleſia. 80.
Eccleſiæ ædificandæ licentia, & forma ab Epiſcopo ſtatuenda. 81.
Pro Eccleſiarum reparatione, vt facilior ſit executio, recurritur etiam ad Principem. 82.
Qui prouidet non iuriſdictionaliter. 82.
Pro Eccleſia amplianda cogitur quis fundum vendere: ſed à quo Iudice? 83.
De Eccleſiæ pollutione cognoſcit Iudex eccleſiaſticus. 83.
Punit vterque. 83.
In Eccleſia inuentus theſaurus cuius? 192.
Eccleſia exempta à iuriſdictione ſæculari. 192.
In Epiſcopi eſt poteſtate. 192.
Quamuis patronos habeat. 192.
In Eccleſia iudices priuati. 192.
Eccleſia ſtatuit qui honores ſingulis in templo ſint deferendi. 199. 195.

In Eccleſijs prærogatiuis conceſſionis, & cognitionis Eccleſiaſtica. 194.
In Eccleſia lites agitari non debent. 79.
Nec in domibus Eccleſiarum. 79.
Nec Iudicia ſanguinis. 79.
In Eccleſia facta clerico iniuria vt punienda. 79.
An academica ibi tractari poſſint? 80.
An tributorum ſolutio? 80.
Ab Eccleſia omnis indecentia abeſſe debet. 79.
Etiam ſpectacula, & comœdia, &c. 79.
Synodi tamen, & olim iudicia Eccleſiaſtica, non hodie. 79.
De Eccleſia negotijs ſæculares leges ferre non poſſunt niſi ab Eccleſia accepientur. 136.
Quod quandoque non ſemper eſt viſum. 136.
Eccleſiæ authoritas in condendis legibus. 205.
Eccleſiaſtica manu arma non tractanda. 28.
Eccleſia exemtionem, apprehenſionem, & territorium habet. 29.
Eccleſia iudicium non eſt ſanguinis. 32.
Eccleſiæ quibus pœnis vtatur? 32.
De Eccleſiarum fabricis, ac rebus ſtatutum. 159.
Non facit ſæcularis, niſi decreta Eccleſiæ iuuando. 159.
Eccleſiaſtica res iure canonico iudicantur. 136.
Eccleſiaſticorum bonorum cognitio Eccleſiaſtica. 98.
Eccleſiaſticorum bonorum rationes. 98.
Eccleſia dominium ſola emptione vt nanciſcatur, non ita transferat. 98.
Eccleſiaſticum ex conſenſu inter laicos ſi pronunciet, an appellare liceat? 167.
Eccleſiaſtica crimina. 31.
Eccleſiarum domini. 14. & 191. & ſeqq.
Eccleſiaſticis inſtitutis contraria conſuetudo. 147.
De Eccleſiarum Dominis, vt vocant perperam. 191.
Eccleſia bona an iure diuino ſint immunia? 212.
Eccleſia vt teneatur ad opus pium. 221.
Et quod illud? ibid.
Eccleſia manſus vnus debet eſſe immunis. 218.
Eccleſiæ bona ſecundùm accidentes neceſſitates non ſunt oneranda. 219.220.
An Eccleſia & clerici teneantur ad gabellas, quæ imponuntur vino, cereuiſia &c. 235.
Eccleſia bona non ſuſtinent onus variabile. 220.
Niſi non ſubſtantia, ſed quantitas ſecundùm conditionem temporis varietur. 220.
Ad Eccleſiam ex pacto tranſit onus etiam variabile. 200.
Eccleſiæ bona Deo dicata ad humanos vſus non transferenda. 219. & 222.
Eccleſia iuuare poteſt egentem rempublicam, non exigi poteſtatiuè. 222.
Eccleſia vicina domus prælati immunitate gaudet, non diſſita. 158.
Sicut Epiſcopi. 158.
Eccleſia ne immobilia acquirat vbi aliàs reſpublica ſibi non ſufficit. 250.
Eccleſia dicitur grauare quamuis ſpecialis tantùm lædatur. 246.
Eccleſia ne vendatur aut quid opportunum fiat. 245.
Eccleſia quando dicatur grauare directè vel indirectè? 245.
Eccleſiæ fundi vel clerici patrimonium quatenus ad authoritatem Principis ſpectare dicantur? 213.
Eccleſia bona non exonerantur à debito feudali, cenſuali &c. 218.
Eccleſiæ bona debent tributum pariforme perpetuum impoſitum antequam ad Eccleſiam peruenirent. 218.
Eccleſia bona ſuſtinent onus naturaliter incumbens: vt itinerum, aggerum, fontium, pontium. 219.
Ita tamen quatenus res neceſſitas exigit, non vt publicum vectigal, ſeu quod aliud via publica onus. 219.
Eccleſia grauari non poteſt niſi vbi laicorum non ſuppetunt facultates. 222.
Ea clauſula vt conditionem inferat, verificanda ſit, & quomodo? 222.
Et facultates intelliguntur non tantùm publicæ, ſed & ſingulorum. 222.
Et dicuntur non ſufficere quando laici non poſſent aliàs ſe ſuſtentare ſecundùm conuenientiam ſui ſtatus. 222.
Edicta ſuper ſynodis data Epiſcoporum authoritatem non minuunt. 273.
De non efferendis aut inferendis fructibus, aut bonis aliundè. 178.
Electionibus vt laici ſe non immiſceant. 85.147.
Niſi ex priuilegio. 85.
Electus adminiſtrans ſine confirmatione. 148.
Electioni Principes ſe non debent immiſcere, niſi ex priuilegio. 163.
Nec ius huiuſmodi præſcribitur. 163.
Eleemoſyna annua ſtatuto conceſſa, an poſſit auferri? 169.
Emancipari clericus vt poſſit apud vtrumque Iudicem. 61.
De emphyteutarum Eccleſiæ dominio directo, & vtili, vt Eccleſia cognoſcat, vel ſtatuat. 64. & 181.
Emphyteutarum Dominium vtile, cuius directum eſt penes Eccleſiam, ita ſtatutis ſubiacet, vt Eccleſia non noceatur. 181.
Emphyteuta an immunis? 249.
De Epiſcoporum & prælatorum deſignatione. 162.
Nominatione, inueſtitura, ſignis. 162.
Epiſcopi literis ſuper excommunicatione vt credendum ſit. 267.
Prouidet Epiſcopus & Inquiſitor in fidei materia. 165.
Epiſcopi mandatarius, actuarius, familia, an gaudeat priuilegio fori? 42.
Epiſcopus an habeat territorium? 282.
Epiſcopi an apparitionem, aut executionem habeant? 280.
Epiſcopi definitionem habent & iuriſdictionem. 280.
De Epiſcoporum iuriſdictione Valentinianum perperam ſcriptum. 280.
Ad Epiſcopum vt ponderum & menſurarum cura pertineat. 114.

Ad

Ad Epiſcopum vt pertineat annona taxa. 114.
Præſertim vt peregrinis iuſtè vendatur. 114.
Epiſcopus vt Iudices temporales cogat, vt Iudæis reſtitutionem vſurarum iniungant. 268.
Cum Epiſcopis reuerenter eſſe agendum. 276.
Non publicè de ijs querendum, ſed familiariter prius interpellandi ſunt. 277.
De Epiſcopis ſi quis queratur, litera clauſa ad eos dantur. 277.
Non à poteſtate ſæculari percelluntur. 277.
Saluæ ſollicitudine modeſtia. 277.
Epiſcopis Principes aliique obedire tenentur. 265.
De Epiſcoporum inſpectione in Iudices ſæculares. 275.
Per leges ei demandatur. 275.
Ita vt malè in officio verſantes poſſent coram Epiſcopo conueniri. 276.
Epiſcopi in pace componenda ſi non pro viribus laborauerint, & mala Eccleſiæ non impedierint, vt metuere ſibi debeant. 286.
Cuius Epiſcopi vel cleri ſit opus conſenſu. 242.
Diœceſani, non cathedralis tantùm. 242.
Epiſcopi, ſacerdotes, clerici inferiorum ordinum. 50. & 51.
Epiſcopi à ſacerdotibus vt diſtincti. 50. 51.
Eremitæ an priuilegio fori gaudeant. 40.
Eremitæ an immunes? 248.
De exceſſu penſionis. 191.
Executio obligati ad munus clerici facienda per Eccleſiaſticum. 221.
De executione vltimarum voluntatum. 121.
Quatenus mixti fori? 121.
Quid ſi nullum ſit in ea relictum pium? 121.
Executio in bonis clerici vt fieri debeat. 65.
Excommunicatio. 20.
Excommunicationis cognitio nulla ſæcularibus iure tribuitur. 16.
Ne quidem aliquid ſuper nullitate declarando. 24.
Excommunicationis nullitas ſi ſit euidens, an ſæcularis poteſtas poſſit ſe intromittere? 25.
Excommunicatus debitor vt ſoluat vix poteſt, præſertim clericus. 258.
Excommunicatus recurrens ad ſæculares magis irretitur. 15.
Excommunicatio temporales pœnas ſecum trahit. 5.
Excommunicatorum ſubditi interim à debito ſuo abſoluuntur. 5.
Excommunicatio in quos extendatur, præter pulſantem clericum? 35.
Non impediens pulſantem cùm poſſit. 35.
Excommunicatio quæ à clauibus dependet. 25.
Quæ in regula S. Benedicti. 25.
Quæ Iudæorum & Gentilium. 25.
De excommunicatione, vbi de facto tantùm quæritur, an ſæcularis cognoſcere poſſit? 26.
Executor teſtamenti clericus coram Eccleſiaſtico conueniendus. 54.
Exemptio clericorum. 35.
Exemptio cleri an ex criminibus aliquibus ceſſet? 69.
Exhæredari vt non poſſit clericus vel monachus. 51.
Expeditionibus bellicis non debet grauari clerus, niſi ad formam cap. non minus. 233.
Expenſæ bonorum communium à clerico etiam ferendæ, ſi ad collectas reipublicæ non ſpectent. 181.
De expoſititijs, vt miſerabilibus perſonis, Eccleſia ſtatuit & cognoſcit. 118.
Præſertim vbi agitur de illis alendis ex bonis pauperibus relictis. 118.
De exſpectatiuis. 204.
Exteri ne ad beneficia promoueantur, conceſſio Papæ. 85. 86.
Exteri ne beneficia obtineant Papa, non Princeps, ſtatuit. 163.
In extraneos ne res alienentur ſtatutum, etiam clericus ſeruat. 177.
Extraneus vt non ſit clericus, niſi fortè alterius diſtrictus, vt melius ſit clerici incolis. 177.
Externus clericus vt ratione beneficij collectetur. 242.
Vt ad comitia vocandus ſit. 242.
Externus clericus in realibus vt contribuat. 242.
Pro euictione clericus cogi non poteſt defendere, per Iudicem ſæcularem, ſed ſuum. 58.

F.

FActi matrimonialis quæſtio. 75 77.
Facultates non tantùm publicæ, ſed & ſingulorum inſufficientes eſſe debent antequam ad clerum veniatur. 241.
Falſâ menſurâ vtens clericus, à ſuo Iudice puniendus. 176.
Falſificatio literarum Regiarum. 111.
De falſificatione literarum apoſtolicarum. 111.
Mixta cognitio. 111.
Familia nuncij, inquiſitorum, vicarij Epiſcopi, an gaudeant priuilegio fori? 42.
Familia monaſtica, vel ſcholaris an gaudeat priuilegio fori? 42.
Familia conſeruatoris quoad forum ad duos reſtringitur. 41.
Familia clerici an ſit immunis à gabellis? 248.
Familia clerici, filij, vxor, concubina, ſerui &c. 41.
Familiares regularium an horum priuilegio gaudeant? 40.
De feſtorum violatione. 113.
An mixti fori? 113.
Olim ſolius Eccleſiaſtici. 113.
Pœna ferè pecuniaria. 113.
Feudi Dominus & vaſallus inuicem, quantùm facere poſſunt, tantùm tenentur. 68.
Ad paria ducuntur. 68.
Feudale iuramentum an validum ſit, cognoſcit Eccleſiaſticus. 68.
Feudum antiquum an in nouum mutari poſſit? 69.
Feudales libri non ligant clericos, vt à Papa probati. 182.

Sed vt feudalia pacta, vltro citroque obligatoria. 182.
Feudalis cognitio ad domini curiam pertinet, etiam quoad pacta non ſubſtantialia. 182.
Ne feuda in Eccleſiam transferantur ſtatutum. 183.
Si non odio Eccleſiæ,ſed reipublicæ amore fiat, ſeruandum, ſaluo iure quæſito. 182.
Feudale releuium an ſoluat Prælatus? 183.
Non ſoluens non præiudicat Eccleſiæ, ſed ſibi quoad fructus & tempus ſuum. 183.
Feudatarij prælati an prius Regi an alijs ſuperioribus obediant? 183.
Feudum an ſit,cognoſcit iudex rei. 66.
Feudi poſſeſſoria quæſtio coram Ordinario. 66.
Feudi amittendi quæſtio, ex felonia clerici, à paribus cognoſcitur. 67.
Et feudale quodcumque crimen non aliud. 67.
Felonia clerici quoad patrimonium, aut fructus beneficij. 67.
Feudum inficiatus à paribus punitur. 67.
Feudi fines vt clericus oſtendat, etiam coram feudi domino conuenitur. 67.
Et coram pluribus ſi plura habet. 67.
Feudi pignoratitia coram curia. 67.
Feudalis contractus,an ſit vſurarius, cognoſcit Eccleſiaſticus. 67.
Feudales conſuetudines vt ligent vt recepta conſuetudines. 182.
Niſi locales aliter diſponant. 182.
Feuda Eccleſiæ communes regulas ſequuntur. 68.
Feudalem iuriſdictionem legibus dirigere Princeps,non minuendo iura Eccleſiæ,poteſt. 68.
Aduerſus feloniam an Princeps reſtituat clericum? 68.
Feudorum inueſtitura mutari an poſſint? 184.
Feudi poſſeſſor clericus conuenitur coram paribus curiæ. 66.
De infeudatis decimis. 89.
De fide cognoſcit Eccleſia. 92.
De fide declarata Principes vt leges ferre poſſint. 93.
In fidei materia quæri non poteſt de publicatione prouinciali. 129.
In fidei materia vigilat Epiſcopus. 165.
Fidelitatis iuramentum. 3.
Ex fideiuſſione coram laico, an clericus ibi conueniatur? 53. an ex fideiuſſione iudicatum ſolui? 53.
Ex depoſito coram laico an clericus ibi conueniatur? 53.55.
Ex ſequeſtro iudiciali,an clericus coram Iudice ſæculari conueniatur?
Vt filius teneatur pro patre ſtatutum, non obtinet in clerico,ſi ad egeſtatem redigeretur. 180.
Finitimorum regnorum leges clericum an ligent? 64.
Fori priuilegio qui clerici poſt Tridentinum gaudeant? 37.
Fori priuilegio gaudet clericus,coniugatus in criminalibus, & priuatis iniurijs. 37.
An in criminalibus ciuiliter intentatis? 38.
In foro Eccleſiaſtico vt ſtatuta litium ordinatoria, & alia ſeruentur. 137.
Vt condemnationes prouiſionales. 137.
Fori priuilegio caret clericus, non ſeruans præſcripta Tridentina,ſine monitione. 37.
Fori priuilegio an gaudeat ordinatus ſede vacante primo anno? 39.
Ordinatus ab alieno Epiſcopo. 39.
Fori priuilegio an gaudeat mandatarius Epiſcopi, actuarius? &c. 42.
De fori variatione. 56.
Forum mutare non poteſt actor, poſt aditum Iudicem. 57.
De fracta pace. 110.
De fractione ſigilli confeſſionis. 103.
Franciæ Reges à Papa excommunicari vt poſſint,vt reliqui. 203.
Fratres tertij Ordinis non emittentes vota an ſpectent ad iuriſdictionem Eccleſiæ. 40.
Fraus clerici coercenda à ſuo Iudice. 180.
Fraus non præſumpta ſed vera eſſe debet. 180.
Fraus non præſumitur in teſtantibus. 175.
Frumentum in neceſſitate publica, vt clericus vendere teneatur. 179.
Fugitiuus clericus an à Iudice ſæculari poſſit apprehendi? 44.
De funeralibus iuribus. 84.

G.

An gabella ſit iuſta quæ imponitur vino, cereniſiæ &c. 235.
An quæ equis,rhediſque? 235.
Gabella vino impoſita ſurrogata oneribus ad quæ tenetur clericus ab eo ſoluenda. 235.
Aduerſus gabellam vino impoſitam non defenditur negociator clericus. 235.
Sed Eccleſia negatiuè ſe habet. 236.
Non tantùm in patrimonialibus ſed etiam profectis ab Eccleſiis. 236.
Sed in ijs quæ ſunt Eccleſiæ. 236.
Gabella ſuper eſculentis & poculentis impoſita an ſit iuſta? latè examinatur. 236.237.238.
Gabella equis voluptuarijs & rhedis impoſita an ſit iuſta? 239.
Gabella vt ſit iuſta debet ſeruare proportionem quatenus poteſt. 236.237.238.239.
In gabella cum omnimoda proportio haberi non poteſt recipienda quatenus poteſt. 239.240.
Gabella emptori impoſita ſi vendat clericus an obtineat vel contra. 246.
Gabella communis ſi alter ſit clericus an tota ſoluenda ſit ab altero. 246.
Gallicana Eccleſiæ libertates. 202.
Generalis locutio non comprehendit priuilegiatos. 178.
Generalis locutio comprehendit tantùm ſubditos. 178.
Gladij duo vt in Eccleſia. 2.
Gladij duo quomodo Eccleſiæ competant? 9.

De gra-

De grauamine clericorum indirectò. 244.
Grauantis animus magis quàm verba inſpicienda ſunt. 244.246.
Siue diſertè exprimat clerum ſiue implicitè. 245.

H.

Habitus religioſus prohiberi poteſt non religioſo. 40.
Hæreditas clerici defertur ex teſtamento illius, ſi iure canonico validum ſit. 172.
Hæres clericus laici vbi iudicium cœptum eſt, proſequitur. 56.
In hæreſis cauſa vt inquiſitor & Epiſcopus diſtrictum ſuum poſſint excedere. 268.
In hæreſis materia ceſſat exemptio. 165.
De hæreſi edicta, & in ea peccantes, vt à Principe puniantur. 95.96.
In hæreſis cauſa vt Eccleſiaſticus pro reo deprecetur, & iudicem tamen cogat imponere pœnas legales ſine irregularitate. 267.
Hæreſis crimen merè Eccleſiaſticum. 23.
Circa hæreſeos cognitionem Concordata Brabantiæ. 94.
Hæreticorum damnatorum pœna, & traditio brachio ſæculari. 95.
Correctio hodierna. 95.
Hæreticorum aggrauantes circumſtantia. 95.96.
De hæreticorum apprehenſione. 95.
Detentione & cuſtodia. 95.
Perſonarum & bonorum. 95. & 96.
Hæreticorum pœna Eccleſiaſtica temporalia etiam ſecum trahunt. 6.
Homicidij pœnam minuens ſtatutum, ſeu in nummariam mutans non valet. 174.
Hominia prælatorum tolerata. 163.
Honores congrui, quibus perſonis in Eccleſia deferendi? 198.
Honores ſæculares clericis non gerendi. 217.
Hoſpitalarij, qui Melitenſes gaudent priuilegio fori. 41.
An hoſpitalarij non iſtius ordinis? 41.
Hoſpitalia ſub Regia protectione. 200.
Hoſpitalium cura, & rationes. 98.

I.

Iactura ſine propoſito lædendi. 144.
Iconomachi. 77.
Immunitas cognoſcit ſolus Eccleſiaſticus quouſque ſe extendat extra Eccleſiam. 78.
Immunitas violatur per violentiam, non blanditias. 157.
Immunitas à iudice ſeruanda extracto per priuatum. 157.
Immunitate an gaudeat clerici occiſor? 158.
Immunitate ferè gaudent, qui priuilegio fori. 246.
Immunes non ſunt clerici coniugati. 247.
Violatores ter moniti. 247.
Illicitè negociantes. 247.
Viduæ vnicarum virginum vt recuperent immunitatem. 247.
Gaudent regulares profeſſi, nouitiorum perſonæ, an & res? 247.
Immunitas cleri an ſit iuris diuini? 248.
Conſuetudo cur manſit onerandi patrimonia clericorum. 28.
Immunitas cleri iure ciuili quàm reſtricta? 215.
Canonico amplior, ſed maxima ex bulla cœnæ. 215.
Immunitas hodie plenior quam ex antiquis canonibus. 248.249.
Immunitas viarum muniendarum vt clero competat. 219.
De immunitate decimarum. 92.
Immunitatem ſolariam facit amortizatio. 226.
Immunitas militis ſuſcipiendi in clericis. 214.
Immunitas cleri etiam quoad patrimonialia. 216.
Immunitas cleri in pocnlentis etiam contra conſuetudinem. 238.
Immunitas Eccleſiaſtica an tolli poſſit conſuetudine, renunciatione, pactis expreſſis, aut tacitis? 13.
De immunitate Eccleſiæ. 78.
Incarceratio. 20.
De inceſtu. 109.
Punit vterque Iudex. 109.
In gradibus ſolo iure canonico prohibitis Eccleſiaſticus cautùm de iure; etſi ſecus de praxi. 109.
De incendiarijs. 110.
Mixta cognitio. 110.
Ita tamen vt Eccleſiaſtici præuentio non excludat ſæcularem. 111.
Indirectè grauantes clerum non tantùm Domini, ſed quicunque iuriſdictionem habentes æquali cauſa excommunicantur. 244.
Siue per ſtatutum ſiue per præceptum aut de facto, grauet. 244.
De infantibus expoſitis. 114.
De infeudatis decimis ab Eccleſia releuatis. 90.
Informatio aduerſus clericum accipi non poteſt à ſæculari. 45.
An in flagranti atrociſſimo crimine deprehenſus, capi, & ſuo Iudici mox tradi, fugitiuus an poſſit? 45.
Inhibitio Eccleſiaſtici vt facienda ſæculari. 100.
De inhibitionibus Iudici ſæculari ab Eccleſiaſtico prouide faciendis. 257.
Inhibitiones ſiunt in materijs priuatiuè ad Eccleſiam ſpectantibus. 257.
Pro obſeruatione iuramenti, pro authoritate rei ab ea iudicata, repellendis excommunicatis, ſed in his quæ mixti fori valdè maturè procedendum. 257.
De inhibitionibus quid edicta noſtratia? 257.
Inhibitus iudex vt terminum præfigat. 257.
Imperatoris iuramentum. 3.
Imperio vacante, an Papa adminiſtret? 69.
Iniuria facta clerico, vt vindicanda, verbalis ſeu realis. 35.36.
Iniuria clerico facta pœnas minuens ſtatutum. 174.
Non valet. 174.

Iniuriam Cardinali faciens. 113.
Inobedientes clericus an regno pelli poſſint? 53.
Inquiſitor Ordinario non præiudicat. 94.
Inquiſitor & Epiſcopus prouident in fidei materia. 165.
Inquiſitor vt diſtrictum ſuum poſſit excedere. 268.
Inquiſitores in Belgio. 94.
De inſolitis fructibus decimandis. 90.
De inſtantiæ peremptione. 170.
Inſtantia perempta, an clericus factus priorem iudicem declinet? 57.
Interdicta non ſeruantes. 25.
Intentio ſtatuentis ſpectanda. 178.
Inueſtitura prælatorum vt à manu laica fieri non debeat. 162.
Ad inuentarium conficiendum clericus an à laico citari poſſit? 58.
Vt iudiciali citatione opus non ſit de iure, ſed hic ex edictis. 58.
Inuentario perperam confecto, de fraude hæredis quærens clericus, illius forum ſequitur. 58.
Inuentarium facere tenetur clericus. 175.
Ioculatores clerici an immunes? 247.
Iudex iura partium ſequitur in deciſorijs, ſtylum ſuum in ordinatorijs litis. 175.
Iudex ſequens conſtitutionem non promulgatam in prouincia an vim faciat? 129.
Iudicis vtriuſque officium non prætergredi iuriſdictionis ſuæ terminos. 209.
Vt Index quiſque ſuis terminis ſe contineat. 287.
Qui illi? 287.
Ne Principes rebus Eccleſiaſticis, ne Eccleſiaſtici ſæcularibus ſe immiſceant. 287.
Eccleſiam reuereantur. 288.
Sacerdotibus vt honor debeatur. 288.
Ex quo nihil decedit dignitati Principum. 288.
De iudicis vtriuſque officio in condendis legibus. 208.
Iudices Romani olim ijdem iudicabant & exequebantur, hodie Officiarius Principis ſeu dynaſtæ exequitur, ſenatores ſeu ſcabini iudicant. 278.
Iudices hodie alij gladium portant, alij iudicant. 279.
Qui gladium portant ſcabinos iudicare iubent; quod manen dicimus. 280.
Iudices qui gladium portant iudicata exequuntur. 280.
De iuramento. 104. 156.
Iuramenti cognitio Eccleſiaſtica. 104.
Iuramenti forma cognitionis Eccleſiæ. 156.
De iuramenti viribus vel abſolutione. 104.
Iuramentum ſub ſuperſtitioſa formula. 156.
Ad reliquias certi ſancti. 156.
Ad iuramentum fidelitatis non tenetur clericus. 36.
Iuramentum imperatoris vt intelligendum. 3.
Super iuramenti obſeruatione etiam laicus coram Eccleſiaſtico conuenitur. 104.
Iuramentum ne contractibus inſeratur rectè prohibet Princeps. 105.
Iuramentum præſtandum prout delatum eſt. 157.
Super iuramenti relaxatione rogata Eccleſia, an cognoſcat ſuper contractu? 105.
De iuramento cognoſcens aut ſtatuens Eccleſia non vult præiudicare cognitioni ſæculari. 105.
Iuramentum relaxare non poteſt Princeps, nec irritare. 156.
Iura partium in deciſorijs, ſtylum ſuum in ordinatorijs litis Iudex ſequitur. 175.
De iure patronatus. 87.
De iure patronatus cognoſcit Eccleſiaſticus. 87.
Et laicus non per ſe, ſed acceſſoriè. 87.
Ne quidem de priuatione. 87.
De iure patronatus in poſſeſſorio. 88.
De iure patronatus ſolus Eccleſiaſticus vt conſtituat. 164.
De iure ſepulchrorum. 83.
De ſepulchris ciuiles quæſtiones ad laicum, ſacra ad Eccleſiaſticum pertinent. 83.
De iuribus mortuarijs Eccleſiaſticus ſtatuit. 84.
Non Princeps. 84. 85.
Iuriſdictio Eccleſiaſtica, & ciuilis quàm diſtincta. 1.
Illa præualet. 1.
Iuriſdictio Epiſcopis an competat, definitio, executio, apparitio? 280.
Non ex legibus, ſed à Deo. 281.
De iuriſdictionis vtriuſque concordia. 255.
Iuriſdictio vna alteram iuuare, non impedire debet. 255.
Iuriſdictionis Eccleſiaſticæ fini ſubſeruit ſæcularis. 255.
Iuriſdictio Eccleſiaſtica contraria fini ſpirituali corrigit. 255.
Etiam Principes palam peccantes. 255.
Bella iniuſta gerentes 255.
Et politicuſmos. 256.
Iuriſdictio ſæcularis politicè adminiſtrans cum damno fidei vt ab Eccleſia corrigenda. 256.
Iuriſdictionis terminos non ſeruat neceſſitas. 210.
Iuriſdictionis termini vt cognoſcendi. 288.
Diſcrendo canonibus; qui interpretari debent reſponſum Chriſti, reddite quæ ſunt Cæſaris &c. 288.
Iuriſdictio cognoſcenda ex imagine & ſuperſcriptione. 289.
Perſona ergo & res quæ habent imaginem Cæſaris, relinquenda Cæſari: quæ Dei; Deo. 290.
Neque enim Cæſar ſuum facere velit, in quo nulla eſt illius imago: neque contra. 290.

·L·

LÆſæ maieſtatis reus clericus à quo corrigendus? 71.
Legationis literæ exhibendæ. 164.
Legatum ne peti poſſit niſi facta inſinuatione ſtatutum, an clericum comprehendat? 175.
Legata res aliena. 138.
De legibus. 136.
Leges iniquas Papa corrigit. 150.
Leges quiſque ſuis tantùm ferre cenſetur. 138.
Leges vbi Eccleſiæ non ſunt noxiæ, an Principes clerum exeme-

exemerint. 138.
Leges de rebus merè Eccleſiaſticis Principes ferre non poſſunt. 138.
Leges generales clerici non poſſunt contemnere. 139.
Præſertim ſupremorum Principum. 139.
Sed nec aliorum dum vtiles ſunt. 152.
Leges generales à clero etiam ſeruandæ. 136.
Ita tamen ne ſint contra iura Eccleſiaſtica. 136.
Leges Imperatorum etiam poſteriorum vt à clero ſeruandæ. 137.
Leges iniquas Principum Papa poteſt corrigere. 167.
Leges & canones in quibus differunt, vbi aut qualiter ſequendi? 122. *& ſeqq.* Vide in verb. Canones.
Leges publicè vtiles, quamuis caſualiter clerico præiudicent, communiter ſeruandæ. 152.
Leges quatenus dicantur non obligare niſi receptæ. 127.
Legum præuaricator clericus à ſuo Iudice punitur. 132.
Legitimare clericum an poſſit Princeps? 153.
Legitimatio Papæ quando ad effectus politicos valeat? 153.
Legitimatio Principis non extenditur ad effectus ſacros. 153.
Legitimam minuens augenſque ſtatutum, in clerico obtinet, vt in laico. 174.
De literis Pontificijs examinandis. 164.
Libertati Eccleſiæ contraria conſuetudo. 147.
Libertas Eccleſiæ latè patet. 142.
Vt potiſſimùm offendatur. 142.
Libertas templorum. 142.
Vt libertatem Eccleſiarum ſequantur clericorum habitacula. 142.
Quid libertas Eccleſiaſtica? 146.
Priuilegia Eccleſiæ aduerſus hæc acta minuunt libertatem. 146.
Libertas vt non lædatur ſine propoſito. 143. 144.
Dum ſequitur per conſequentiam. 142.
Sed ſi actus eò dirigitur. 144.
De libertatibus Eccleſiæ Gallicanæ. 202.
Et quales illæ? 202.
Libertas Gallica non eſt non agnoſcere Eccleſiæ authoritatem in condendis legibus. 206.
Libertates Eccleſiæ Gallicanæ, cùm gratitudine alleganda. 203.
Non trahendæ in diminutionem Sedis Romanæ. 205.
Libertatem Eccleſiæ lædunt angariæ, collectæ &c. 143.
Illius iuriſdictionem vſurpare, cauſas eò ſpectantes abſtrahere, perſonas ad munera compellere, arreſtis vel repraſalijs vexare, denique prohibere laicis ne clericis neceſſaria exhibeant. 143.
Libertatem Eccleſiæ lædentes vt per Bullam cœnæ excommunicentur. 143.
Ex propoſito tamen, non inaduertentia. 143.
Litis pendentia neutrius Iudicis tollit iuriſdictionem, ſed deſuper excipiendum eſt. 57.
Litera hortatoria Principum, an licita? 153.
In electionibus. Vide Concilium Baſilienſe.
Ludi theatrales. 147.

M.

Magia. 112.
Magica ſigna an tollere liceat? 112.
Exorciſmis maleficia curanda. 112.
Magicus clericus vt puniendus? 112.
Magiſtratuum municipalium authoritas obſcura. 278.
Eam vſus declarat. 278. *quid illi ſint hodiè?* 278. *& ſeqq.*
Maioris vox quid? 278.
Maioratum de patrimonio clericus facit vt laicus, non de quæſitis ex beneficio. 185.
Malefactores Eccleſiæ. 77.
Maleficijs obuians ſtatutum, & puniens non reos, non tenet clericum. 186.
Maleficium maleficio tollere non licet. 112.
Manſus vnus Eccleſiæ debet eſſe immunis. 218.
Manus mortua. 172.
Marcgrauij vox quid? 279.
De matrimonio cognoſcere ad Eccleſiam pertinet. 73.
Ita vt nec incidenter laicus cognoſcat. 73.
De matrimoniali cauſa inter infideles quis iudicet? 154.
Matrimonialis meri facti quæſtio ad quem pertineat? 75.
Circa matrimonij ſubſtantiam non valet ſtatutum ſæcularium. 154.
Niſi iuuando decreta Eccleſiæ. v. g. circa clandeſtina, aut filiorumfamilias ſine conſenſu parentum. 154.
Circa matrimonia immodeſtia coercenda ab Epiſcopo. 76.
Circa ſubſtantiam matrimonij vel impedimenta nihil ſtatuere poſſunt Principes. 73.
An circa acceſſoria? 74.
Niſi iuuando intentionem Eccleſiæ. 74.
Vt clandeſtinè contrahentes puniendo. 74.
Melitenſes gaudent priuilegio fori. 41.
A communibus regulis excepti. 41.
Mendicatio an prohiberi poſſit? 161.
An Ordinibus religioſis? 161.
Menſura falſa. 176.
Menſura à Principe decreta clerico ſeruanda. 176.
Mercatorum libris vt fides habeatur, etiam aduerſus clericum, in rebus mercatorijs. 170.
De milite hoſpitio non excipiendo per clericum. 230.
Niſi in extrema neceſſitate. 231.
Cùm alij etiam priuilegiarij non ſufficiunt. 231.
Non tantùm quoad ædes quas inhabitant, ſed & alibi ſitas, ne ad tabernas diuertere oporteat. 131.
A milite excipiendo excuſantur religioſa loca. 231.
Cur à milite excipiendo excuſetur clerus? 232.
Ne à ſuis functionibus diſtrahatur, & moleſtias ab imparibus patiatur. 232.

Mili-

Militem excipi à clero quando neceſſitas cogit à ſuperiore Eccleſiaſtico diſtributio facienda eſt. 232.
Militem clericus vt excipere non tenetur, ita neque contribuere ad hoſpitij redemptionem. 232.
De milite hoſpitio excipiendo, vigilijs, murorum cuſtodia, & oneribus ad communes vtilitates ſpectantibus. 230.
Militares Ordines qui gaudeant priuilegio fori? 40.
De miſerabilium perſonarum cauſis. 114.
Miſerabilium perſonarum cauſa mixti fori. 114.
In mixtis actionibus an clericus coram laico conueniri poſſit? 63.
De mixti fori negocijs, & criminibus. 98.
Monachus factus poſt delictum, fori priuilegio gaudet. 57.
Monachus vt exhæredari non poſſit. 51.
Monachiſmus an omnia vitia tollat? 52.
Etiam irregularitatem? ibid.
Monaſteria noua ſine licentia Epiſcopi vt ædificari non debeant. 81.
Monaſteriorum nouorum erectio qualiter admittenda? 177.
Monaſterij ingreſſus excludit ſubſtitutiones, niſi teſtator diſertè aliud expreſſerit. 172.
Monaſterij ingreſſus non tollit legatum viduæ. 173.
Monaſterium ingreſſus an excludat filium alterum ſubſtitutum? 173.
Vt monaſterium ingreſſus minus habeat, non valet ſtatutum. 172.
Monetæ mutatio an onus mutet? 244.
Monitoria litera pro rebus deperditis. 258.
Poſtulari poſſunt à ſeculari magiſtratu non imperari. 258.
Sed ab eo cuius ciuiliter intereſt, etiam reipublicæ. 258.
In criminalibus non obtinent. 258.
Iuſtitiæ tribuuntur, non alicuius authoritati. 258.
Iudicis Eccleſiaſtici arbitrio. 258.
Etiam aliquando ex officio. 258.
Monitoria nunquam ad minuendam iuriſdictionem ſecularem. 259.
Non pro re leui, ſed graui, ſingulariter exprimenda. 259.
Monitoriarum requiſita remiſſiuè. 259.
Monitorijs pro rebus deperditis qualiter vtendum? 23.
Conceſſis vt ſecularis ſe nequeat immiſcere. 23.
Vt trahi non debeant ad diminutionem ſecularis iuriſdictionis. 23.
Vt tamen illa nonnunquam laicos trahant ad Iudicem Eccleſiaſticum. 24.
De moratorijs generalibus, à clerico non participandis. 109.
Iiſdem literis reſtringi poſſunt, non antiquitus conceſſa. 169.
De mortuarijs. 84.
Munerum ſummaria diſtinctio. 214.
Munera quæ perſonalia? 214.
Quæ patrimonialia? 214.
In his vt ceſſent priuilegia. 214.
Immunitas vt ad hæc non porrigatur. 214.
De muneribus realibus. 218.
De muneribus perſonalibus. 217.
A muneribus perſonalibus immunes clerici, tam ijs quæ ſordes, quàm quæ honorem adiunctum habent, quàm alijs. 217.
De muneribus mixtis. 220.
An illis obligentur clerici. 221.
De munerum differentia, & quæ clero incumbere poſſint. 213.
Munera diuerſa ex rebus iudicatis vt variè ad clerum pertineant, vel non. 225. 226.
De muneribus, vectigalibus, collectis. 212.
Munus perſonæ impoſitum ratione rei, vel rei ratione perſonæ. 216.
De murorum cuſtodia. 230.
In muris extruendis clerici non tenentur, vbi laici ſufficiunt. 234.
Mutari an poſſint feudorum inueſtituræ. 184.
Mutatio poſſeſſoris onus mutat. 244.
Mutatio à teſtatoribus, aut donatoribus relictorum, vt Papæ authoritatem requirat. 161.
Ad mutuum an clericus teneatur in neceſſitate reipublicæ? 172.

N.

NEceſſitas non ſeruat iuriſdictionis terminos. 210.
Neceſſitas quæ moram non patitur adeundi Pontificem non excuſat quin poſtea adeatur. 241.
Negligentia ſecularis Iudicis vt ſupplenda per Eccleſiaſticum. 276.
Hodie literæ iuſtitiæ vt vocant impetrantur. 276.
Negligentia iuſtitiæ reddendæ canonibus & moribus odioſa. 276.
Negligens iuſtitiam reddere ter monitus excommunicatur. 276.
Negligentia Iudicis Eccleſiaſtici non tollit exemptionem cleri. 59.
Negligentia Iudicis Eccleſiaſtici an ſuppleri poſſit per laicum? 186.
Negligentia Eccleſiaſtici, ne quidem in criminalibus, ſuppletur per laicum. 60.
Negociator clericus vt contribuat. 235. 236.
Negociatores clerici an immunes? 247.
Negocians clericus illicitè in illis rebus non defenditur. 176.
Negocians licitè clericus, etiam agros Eccleſiaſticos conducens, &c. gaudet immunitate. 176.
Pedagia non ſoluit clericus licitè negocians. 176.
Negociatores clerici vt non defendantur in rebus, in quibus negociantur. 47.
Poſt monitionem tamen. 47.
De negotijs mixti fori. 98.
De nominationibus academicis. 164.
Nominatus à Rege an conſequatur adminiſtrationem ante confirmationem? 87.

Super

Super notarijs ſtatutum ne exteris fides habeatur, vt non excludat creatum à Papa vel Epiſcopo. 170.
Notarium Regium ſi lex exigat, an clericus teneatur? 171.
Nouitiorum patrimonium an immune à gabellis? 249.
Nouitij an immunes à gabellis? 18.247.
Nouitiorum ſtatus vt non dicatur controuerſus. 247.
Nullitas executionis facta auxilio brachij ſecularis à quo Iudice cognoſci debeat. 271.

O.

OBlati an gaudeant priuilegio fori. 40.
Ab oneribus perſonalibus vt clerici immunes. 211.
Realia vt ad poſſeſſores tranſeant. 213.
De occultis non iudicat Eccleſia. 41.
De œconomia curare pauperum. 159.
Vt ad Eccleſiam ſpectet: huius decreta inuare Principes poſſunt. 159.
Officialium ſtipendia. 115.
Officij cauſa ex priuilegio clericus laico ſubditur in Francia, ſed ſub conditionibus non ſeruatis. 55.
Officiorum diuinorum ordinatio ad Epiſcopum pertinet. 200.
Omittenda correctio quando maiora timentur incommoda. 9.
Onera. Vide munera.
Onera vt à ſupremis Principibus & alijs imponantur. 213.
De onere plauſtrorum. 240.
De oneribus ad communes vtilitates ſpectantibus. 230.
De oneribus Eccleſiaſticis. 252.
Onera prælati imponere non poſſunt vltra neceſſitatem. 252.
Quæ ſunt ordinis presbyter vſurpaut. 147.
Ordinarijs incumbit publicare cenſuras aduerſus grauantes clerum. 248.
Ordinatio Eccleſiarum, officiorum, & miniſteriorum ad Epiſcopum, non ad patronum pertinet. 200.
Ordines & prælati ſi adijciant conditionem ne quiſquam ſit immunis vt ea non ſufficiat. 241.242.
Ordines militares qui gaudeant priuilegio fori? 40.
De ordinum conſenſu, & in eis prælatorum. 240.
Ordinum & Prælatorum conſenſus vt non ſufficiat ad clerum grauandum. 241.

P.

PAcis violatores punit vterque Iudex. 110.
Pacis violatio religioni noxia, ab Eccleſiaſtico punitur. 110.
Pacis violator clericus. 72.
Pacta Regum & Principum, quæ expreſſit neceſſitas, etiam quoad religionem, quatenus ſeruanda? 210.
Papa ſubeſſe debet omnis humana creatura. 3.
Papæ obedientia quæ præſtatur, vt non ſpectat temporalia. 3.
Papæ plenitudo poteſtatis in ſpiritualibus, vt ad temporalia extendatur, cùm neceſſaria ſit ad finem ſpiritualem; neque tamen confundatur cum temporali, aut illi deroget. 4.
Papa iudicium nemo poteſt iudicare. 9.
Papa corrigit leges iniquas. 150.
Papæ confirmatio non extendit ſtatuta. 151.
Non ſubijcit clericos ſecularibus ſtatutis. 151.
De Papæ poteſtate circa bella Regum. 167.
Miſcere ſe Papa poteſt, ſi Eccleſia noxia ſint. 167.
Papatu vacante an feuda Eccleſiæ adminiſtret Imperator? 69.
Parochiali portioni contraria conſuetudo. 147.
Patria poteſtas non obeſt clerico teſtanti. 171.
Patria poteſtatis iura an locum habeant in clerico? 173.
Ad omnia filij tenentur, quæ ſaluo honore ordinis præſtari poſſunt. 173.
De patrimonio clericus aliter poteſt largiri, quàm de bonis Eccleſiæ. 249.
Patrimonium clerici in multis alio iure regitur quam bona Eccleſiæ. 216.
Patrimonium clerici an immune? 212.
Paſcua, ſyluæ, nemora, in clericis vt reliquis habenda. 181.
De patronatu cognoſcit Eccleſiaſticus. 87.
Et laicus non per ſe, ſed acceſſoriè. 87.
Ne quidem de priuatione. 87.
Patronatus iura an locum habeant in libertum clericum? 173.
Ad omnia tenetur, quæ ſaluo honore ordinis præſtari poſſunt. 173.
Alioquin in priſtinum ſtatum redigitur, ſeu aliàs punitur. 173.
Dedecent quædam maiores ordines, quæ non minores. 173.
Patronis magnis Principibus vt obuiam eundum. 195.
Patronis & alijs qui honores deferendi. 195.
Omnibus congrui. 195.196.199.
Patronis honor debitus cedi vt nequeat. 196.
Patroni & alijs templum ſtruentibus, aut ornantibus, vt inſignia apponere liceat. 196.
Eccleſia vbi plures ſunt Domini, cui primas deferat? 197.
Patronatus Regij quædam habent ſingularia. 199.
Patronus, etiam Rex, non diſponit de diuinis officijs. 200.201.
Patronorum prærogatiua ad Eccleſiæ notionem pertinent. 193.
Patroni Eccleſiæ ſolicitudinem gerunt? 193.
Patrono debetur honor proceſſionis & ſeſſionis. 194.
Non tamen in choro per canones, ſed vſum. 194.195.
Patronis mulieribus honores deferendi in Eccleſia. 198.
Mulieribus patronis honores deferendi, vt maritis. 198.

An

An etiam ante hos ipſos? 198.
Patronata Eccleſiæ ordinatio, & Regia ad Epiſcopum pertinet. 199.
De pauperum cura. 159.
Pauper clericus non eximitur obligationi, ſed executioni, per cap. Odoardus. 176.
Pauperes in bonis moribus à quibus dirigendi? 161.
Pauperes ne mendicent, an prohiberi poſſit? 161.
Pauperum bona curanda per Eccleſiaſticos. 160.
Vt conſuetudo contraria inducta. 160.
Pauperibus ſubſidium decernere ex pecunia publica vt poſſit ſæcularis. 160.
Pauperes à ſuis quique ciuitatibus alendi. 160.
Pauperes alendo Eccleſia ſubleuat rempublicam. 222.
De peccato contra naturam. 109.
Punit vterque Iudex. 109.
Peccata grauiora quo diuturniora. 131.
Pelli regno an clerici inobedientes poſſint? 53.
An ſi quid contra Regem, aut rempublicam moliantur cum hæreticis aut paganis? 53.
Penſionem habens an fors priuilegio gaudeat ſicut beneficium habens? 38.
Penſionis exceſſiua cognitio, vt creatio, ad iudicem Eccleſiaſticum pertinet. 191.
Penſionis exceſſus non habet læſionem in pretio, ſed in Epiſcopi officio, quod non corrigit laicus. 191.
Penſio ſæcularis pretio æſtimabilis. 191.
Vt & quæ adiecta inæquali permutationi bonorum Eccleſiæ. 191.
De peremptione inſtantiæ. 170.
In clerico æquè ac laico obtinet, ſi non noceatur Eccleſiæ. 170.
Peregrini vt iuuandi. 161.
Periuria Princeps præcauere, & punire poteſt. 156.
Periurij punitio mixti fori. 104.
Periurium puniens lex ſæcularis interpretationem recipit à Principe. 105.
Perſonale onus impoſitum habito reſpectu ad facultates. 220.
Peſtis tempore an parochus per ſtatutum impediri poſſit in functione? 155.
Peſte infectis adminiſtranda ſacramenta. 76.
Peſtis cauendæ cauſa ſtatutum circa carnes, an ad clericos porrigatur? 155.
De piratis. 111.
Vterque ſuas pœnas infligit. 111.
De plauſtrorum onere. 240.
Pœna Eccleſiaſtica. 32.
Pœnas ſtatuti laici, exequitur Eccleſiaſticus in clericum. 179.180.
Pœna grauantium clerum. 249.
Pœna perperam prorogantis. 49.
Politici vt ab Eccleſia corrigendi. 256.
De Pontificijs literis examinandis. 164.
Populus in re ſpirituali non teſtatur. 56.
Poſſeſſoria iudicia vt paſſim coram iudicibus regijs intententur. 61.
Immiſſus in poſſeſſionem clericus, dum durat miſſionis iudicium, coram laico ſtat, non poſtea. 62.
Poſſeſſiones ne armis vindicentur, cùm nudum factum inſpicitur, ad curam Principis pertinet, non ſi de titulo, & cauſa quæritur in ſpiritualibus. 62.
Poſſeſſorium iudicium coniugij ad quem pertineat? 75.
De poſſeſſorio iudicio beneficiorum. 164.
De poſſeſſorio decimarum. 89.
De poſſeſſorio ſepulchrorum, ex praxi ferè cognoſcit laicus. 83.
Poſſeſſorium patronatus. 88.
Poſſeſſio vt per mores in hæredem tranſeat. 65.
Poſſeſſorem vt ſcriptus hæres conueniat. 65.
An coram Eccleſiaſtico de teſtamento cognoſcente? 66.
Poſſeſſoru mutatio onus mutat. 244.
Poſtulare quid? 253.
A poteſtate patria an clerici, an monachi liberentur? 50.
Poteſtas temporalis, vt verſetur circa ſpiritualia, protegendo, iuuando, exequendo, non diffiniendo. 1.
Poteſtas Eccleſiaſtica & ciuilis quàm diſtincta. 1.
Illa præualet. 1.
Hæc ad Principem pertinet, vt res profana; & ſacra ad ſacerdotes. 2.
Præbenda vt onerari poſſint ex intentione Concilij Trid. & onera communicari alijs. 201.202.
Prælati imponere non poſſunt onera vltra neceſſitatem. 252.
Nec prætextu tractandi legatos, viſitationes, procurationes. 252.
Prælati nihil inſuetum poſſunt exigere. 252.
Onera extraordinaria, procuratio legati, decima Papales, charitatiuum ſubſidium, procuratio Epiſcopi viſitantis, releuatio Eccleſiæ ære alieno grauatæ. 253.
Charitatiuum ſubſidium poſtulari, non imperari debet. 253.
De prælaturarum prouiſionibus canonicis. 203.
Prælatorum nominatio vt Regibus Hiſpaniæ & Franciæ conceſſa. 163.
Prælatorum hominia tolerata. 163.
Prælatis nihil ſpirituale à Principe concedi poteſt. 163.
Sed ab illis poſſeſſio recognoſci vt poſſit. 163.
Prælati vt ad conuentum à Rege vocati, adeſſe debeant. 52.
Prælatorum & ordinum conſenſus vt non ſufficiat ad clerum grauandum. 241.
Non præſcribitur aduerſus libertatem Eccleſiæ & quare? 131.
Præſcriptio in beneficialibus. 86.
De præſcriptione decimarum. 90.
Super præſcriptione ſtatutum non officit Eccleſiæ. 170.
Præſumere quid? 246.
De præuentione. 98.
Præuentio vt hodie alterius ferè actionem excludat. 99.
Non tamen ſi tota punitio à præueniente peragi non poteſt. 99.

Præuen-

Præuentio etiam inferioris vt ſuperiorem impediat, & contrà. 100.
Præuentio ex citatione ritè executa. 100.
Si tamen à Iudice competente ſit emiſſa. 100.
Præuentionem facit quoad actorem, Iudicis aditio. 100.
Præuentio exigit vt vtriuſque Iudicis actio ad eundem finem vergat. 100.101.
Præuentio an habeat locum in punitione iniuriantis clerico. 35.
Præuentio liquida eſſe debet antequam fiat inhibitio. 101.
Et qualiter? 101.
Vt hodie. 101.
Principatus Eccleſiæ, & regum vt diſtinctus. 3.
Principes deponi ab Eccleſia quibus ex cauſis poſſint? 10.
Principes vt ad defenſionem Eccleſiæ teneantur. 257.
Principes vt Eccleſiam protegant, defendere tenent, brachium præſtent, ſeu gladium ſuum exerant ad nutum Eccleſiæ. 21.
Principum protectio, vt non debeat verti in imperium. 12. & 272.
Principes non poſſunt iura ſacroſanctis rebus præfigere. 24.
Principes interdicta ſeruari prohibentes, vt cenſuras incurrant. 25.
An Princeps poſſit legitimare clericum? 153.
Principes politici regna augentes, religionem minuentes vt ab Eccleſia corrigendi. 256.
Priuilegio non gaudens, poteſt tamen coram Eccleſiaſtico conueniri. 64.
De priuilegio Apoſtolico Papa cognoſcit. 91.
Priuilegia aduerſus Eccleſiæ libertatem. 133.
An illis Papa derogare poſſit? 133.
Quid in materia exemptionis & libertatis Eccleſiaſticæ? 133.
Priuilegium olim clero conceſſum, non poteſt per ſtatutum auferri. 169.
Priuilegium non debitum clero noua lege, an poſſit non communicari? 169.
Priuilegiati caſus. 32. & 33. 34. qui? ibid.
De priuilegijs Principum aduerſus gabellas ſeu collectas. 240.
Probatio clericatus quomodo facienda? 48.
Probatio clericatus facienda coram iudice Eccleſiaſtico, vel literis exhibitis coram ſæculari, ſine alia cognitione. 48.
Probatio requiſitorum in clerico à Concilio Trid. quamuis in facto conſiſtant, fieri non debet coram ſæculari. 48.
Probatio in clerico requiſitorum ex facto, conſuetudine an à laico acquiri poſſit? 49.
Prohibitio venationis & piſcationis. 185.
Promulgatio legum iure ciuili facienda in prouincia; an & iure canonico? 126.
Promulgatio Romæ facta plerumque ex ſtylo clauſulam habet vt vbique liget. 126.
Non promulgatam in prouincia conſtitutionem Romanam ſi Iudex ſequatur, an vim faciat? 129.
Promulgatio Concilij Tridentini. 127.
Promulgari vt poſſint ſynodorum decreta. 129.
Promulgatio bullæ cœnæ. 127.
Promulgari ne poſſit aliquid Româ allatum ſine examine an ſtatus poſſit? 127.
Non tantùm in reſcriptis, ſed & legibus. 128.
Prorogatio iuriſdictionis an per procuratorem fieri poſſit? 167.
De prorogatione iuriſdictionis. 49.
Prorogare iuriſdictionem laico clericus nequit. 49.
Nec ſententiam validare. 49.
Niſi vt pactum. 49.
Ne quidem ex conſenſu Epiſcopi. 49.
Quid de contrario can. 25. Concil. 3. Aurel. dicendum? 49.
Protectio Concilij Trid. aut canonum an Principibus tribuat iuriſdictionem? 16.
Pſalmiſtæ vt ad chorum admittantur. 195.
Publicatio bonorum clerici. 72.
Publicatio conſtitutionum prouincialis. Vide promulgatio.
Puluis pyrius cautè habendus. 190.
Efferendus è domo clerici, etiam per iudicem laicum, ſi abſit Eccleſiaſticus. 190.
De quota decimarum quis cognoſcat? 91.

R.

In reali actione an clericus coram laico conueniri poſſit? 63.
An ratione cenſuum patrimonialium? 63.
De rebus Eccleſiarum. 98.
De rebus venalibus. 114.
Reconueniri vt poſſit clericus regulariter. 61.
Etiam in cauſa feudali. 61.
Etiam coram delegato. 61.
Reconuentio vt inſtar exceptionis ſit. 61.
Recurſus ad ſæculares Iudices ab Eccleſiaſtico decreto iure damnati. 15.
Recurſus per violentiam vt non tribuat iuriſdictionem. 21.
Recurſus nullum colorem habet, vbi violentia non eſt euidens. 22.
De illa priùs conſtet, neque Eccleſiaſticus adſit. 22.23.
Recurſus ad ſæculares per viam violentiæ. 17.19.
Recurrens ad ſæculares pro tollenda excommunicatione ſecunda inuoluitur. 15.
De regalia. 87.
Regalia an ex priuilegio? 88.
Regulares an immunes? 247.
Regularium indulgentia, vt à Paulo V. reſtricta. 52.
Regum pacta ex neceſſitate inita etiam quoad religionem quatenus ſeruanda? 210.
Regum & Principum ſingularis conſideratio. 201.
Non authoritas in diuinis. 201.
Remiſſio clerici facienda eſt decenter, & modo nullatenus iniurioſo. 47.
Remittēdi ſuo ſumptu, ſeu petentis Epiſcopi, vt ex officio

petere debet. 47.
Alioquin ſi pauper eſt, ex publico. 47.
Et per iniuriam capiens tenetur ad ſumptus. 47.
Remiſſione petita alius proceſſus conquieſcit. 47.
Remitti clericus debet ad ſuum Iudicem, ſecundùm diſtinctionee Tridentini, ſed ſemper regulares à ſaculari. 46.
Remitti vt debeant militares religioſi. 46.
Renunciatio beneficij ſine authoritate ſuperioris. 148.
Renunciare priuilegio non poſſunt clerici, vt ſubdantur ſtatuto. 151.
De reparandis Eccleſijs ſtatuit Eccleſiaſticus, etiam in laicos. 81.82.
Item de deſtruendis, transferendis, &c. 82.
Ad reparandam clerico factam iniuriam Eccleſiaſticus cogit ſacularem. 36.
Repreſalia etiam iuſta ad clericos non porriguntur. 46.
Repreſalia aduerſus clericum locum non habent. 44.
Res Eccleſia eſſe ſi negetur, actor ſequitur forum rei. 78.
An reſtituat Princeps clericum aduerſùs feloniam? 68.
Retractus actiuè & paſſiuè an in clerico obtineat? 69.
Retractus actio vbi inſtituenda? 69.

S.

SAcerdotes vt ab Epiſcopis diſtincti. 50 51.
De ſacramentalium rerum cognitione. 73.
De ſacramentorum adminiſtratione ſolus ſtatuit Eccleſiaſticus. 76.
Sacrarum rerum cognitio, vt ad ſaculares ſpectare non poſſit. 14.
Neque rerum ad Eccleſias pertinentium. 14.
Sacrarum rerum vindicatio coram Eccleſiaſtico. 77.
De ſacrilegio. 112.
Mixti fori. 112.
Illius varia pœna. 112.
Vterque imponit ſuas. 113.
Sacrilegi. 77.
Sacrilegus eſt non tantùm auferens, ſed & detinens. 77.
Sacroſanctis rebus Principes non poſſunt iura praſigere. 24.
Sacularibus non competit iuriſdictio ex titulo protectionis Concilij Trid. aut canonum. 16.
Saculares vt de rebus ſacris ſtatuere nequeant, quamuis in vtilitatem Eccleſia, niſi hac acceptet. 15.
Saculares vt rerum ſacrarum, & ad Eccleſias pertinentium cognitionem non habeant. 14.
Sacularis poteſtas an ad perſonas, & res ſacras, & leges ſuper ijs ferendas, extendatur? 12.
Sacularis poteſtas, vt non iudicet Papam, Epiſcopos, ſacerdotes. 12.
Vt nulla in illas poteſtas competat. 13.
Vt oneribus non grauent. 13.
Ex iure diuino per canones explicato. 13. & 212.
Sauis & enormibus ſe immiſcens clericus. 70.
Scabini vox quid? 278.279.280.
Scabini quamuis iuriſdictionem haberent, pracellit tamen Officiarius qui executionem. 281.
Magis hic Principem repraſentat penes quem eſt ius armorum non municipales cognitores. 281.
De ſchiſmate. 97.
Iudex vterque vt cognoſcat. 97.
Sed declaratum eſſe oportet, antequam ſacularis puniat. 97.
Scholaris clericus ſubeſt rectori vniuerſitatis, ſi clericus ſit, & vniuerſitas authoritate Papa erecta. 43.
Scholaris ex priuilegio vt alios ad ſuum Iudicem trahat? 44.
Scholaris non clerici doctor eſt pro Iudice. 44.
An vt retinere non poteſt, ità eijcere poſſit clericos prohibitas ſibi ſcientias audire volentes? 44.
Scholaris & eius famulus an gaudeat priuilegio fori? 42.
Schulteti vox quid? 279.
Sententia intelligitur de valida. 261.
Sententia non praua irrita executio. 261.
Sententia in qua error eſt intolerabilis non exequenda. 267.
Sepultura an alicui neganda cognoſcit Eccleſiaſticus? 83.
Sepultura ſingulis congrua, nullis eleuata in Eccleſia. 198.
Sepulchra mortuis, qua loca viuis congrua. 198.
Sequeſtratio puella de matrimonio litigantis. 76.
Situs vt in rebus ſpectetur. 152.
Situs bonorum cur hodiè maximè inſpicitur. 243.
Sodomia. 109.110.
Solemnitates contractuum ſtatuto praſcripta à clericis ſeruanda. 176.
De ſortilegio. 111.
Mixti fori. 111.
Varia punitio. 111.
De ſortilegio hareſim ſapiente, ſolus Eccleſiaſticus cognoſcit. 112.
Spiritualium cognitionum incapaces laici. 75.
Spiritualis poteſtas temporalem, non hac illam errantem corrigere. 15.
Spiritualis finis media facit ſpiritualia. 10.
Spiritualia bona ad nullum munus vocanda, vt decima. 218.
Spolium patronatus. 88.
Sponte contribuens peccat, tamen non incurrit cenſuras. 229.
Sed pralati dumtaxat conſentientes, & laici recipientes. 229.
Sportula clericorum. 126.
Statiſta vt ab Eccleſia corrigendi. 256.
De ſtatutis. 142.
Statuta non egrediuntur territorium ſtatuentium. 142.

Statu-

Statuere non poteſt Iudex ſæcularis in clericos, quos non poteſt in ius vocare. 142.
Statuentes contra libertatem Eccleſiæ excommunicati. 142.
Statuta laicorum Eccleſiæ non noxia, generatim vt à clericis ſeruanda. 190.
Statutum grauans nõ comprehendere Eccleſiam vt declarare debeat ſtatuens. 145.
De ſtatuto interpretando, ne contineat clerum. 150.
Statutum impediens declinatoriam fori. 168.
Clericis non præiudicat. 168.
Statuta de ſpiritualium poſſeſſione. 145.
Statuta aduerſus immunitatem bonorum Eccleſiæ. 145.
Contra ſtatuentes vt agendum. 145.
Statutum ſæcularium circa matrimonij ſubſtantiam non valet. 154.
Statuta laicorum an in curijs Eccleſiaſticis obtineant? 153.
De ſtatuto ſuper ædificandis Eccleſijs. 158.
De ſtatuto ſuper exequijs, mortuarijs &c. 159.
Statuit ſæcularis quoad pompam, ſeu cauſam ſæcularem, non vlteriùs. 159.
De ſtatutis circa forenſia iudicia. 167.
Vt æqualiter clericus & laicus in iudicio tractentur, quatenus vllum huius priuilegium minuatur, ſtatui nequit. 167.
Statutis vt ſubdantur clerici non facit renunciatio priuilegij. 151.
De ſtatuto ne ad Papam appelletur. 165.
De ſtatuto ne priuilegijs gaudeant non ſubditi, non comprehendit clericos. 168.
De ſtatutorum plurium æquitate remiſſiuè. 209.
De ſtatuto ſuper Eccleſiarum fabricis ac rebus. 159.
Statutum clericum ſubijciens laico apud quem peccat. 168.
Statutum generaliter loquens ſi Eccleſiam grauet, cenſetur ad illam non extendi. 144.
Aliàs ſi non grauet. 144.
Si quid dubium non ſtatuatur: quod euidens grauamen non habet vt in exemplis. 144.
Quod per ſtatutum eſt conceſſum, vt generaliter eo mutato auferri poſſit. 146.
Statutorum Eccleſ. libertati contrariorum exempla. 146.
Vt cogi poſſit laicus declarare ſtatutum. 145.
Non præcipitanter. 145.
De conſuetudine. 146.
Statutum ne forenſis audiatur, ſine fideiuſſione. 68.
In clerico non obtinet. 168.
Statutum ne laici agant aut conueniantur coram Eccleſiaſtico. 166.
Inualidum eſt vbi competit Eccleſiæ iuriſdictio. 166.
Quid in ciuilibus? 166.
Statutum ſuper puluere pyrio. 190.
Statutum vt plena fides habeatur libris mercatorum. 170.
Statuta ante clericatum edita, & in rem concepta an ligent clericum? 151.
Statuta in rem concepta, rem comitantur. 151.
Stipendia officialium. 113.
Stylus fori an liget clericum? 146.
Stupratarum virginum cauſæ cuius fori? 115.
Non agendo ſub nomine damnorum, nec aduerſus hæredem, niſi in conſequentiam obligationis ſpiritualis. 115.
De matrimonio actura rectè connectit cauſam dotis, & alimentorum. 116.
Quæ ſic egit contra defunctum, vt proſequatur contra hæredem. 116.117.
Stuprata vbi de ſola dote agat? 116.
Subſtitutio an per clericatum euaneſcat? 173.
Subſtitutum an excludat monaſterij ingreſſus? 172. 173.
A ſucceſſione monachum vel clericum excludens ſtatutum non valet. 174.
A ſucceſſione occiſi ſtatutum excludens occiſorem, clericus à ſuo iudice excluditur. 186.
Vt ſuperſtes lucretur dotem extantibus liberis ſtatutum, non alteratur interuentu clerici. 180.
Supremi Principes vt onera imponant. 213.
Supremitas Regia ſemper reſeruata. 188. 189.
Supremorum Principum ſpecialis conſideratio. 201.
Synodi celebrari & publicari poſſunt ſine Principum venia. 129.
Quid ſi ſecus ſtatuatur? 130.

T.

Templa ad curam Epiſcoporum pertinent. 82.
In templo excitatæ turbæ, irreuerentiæ, mixti fori. 158.
In templo lites agitari non debent. 158.
Temporalia caſualiter vt ad Eccleſiam pertineant. 2.
Territorium vt habeat officiarius Principis præſertim in locis publicis. 282.
Territorium ex conſuetudine competens Eccleſiæ non mutandum. 282.
Teſtator clericus legibus Regijs ſe conformat. 171.
An & alijs? 171.
Vt teſtentur clerici quamuis filijfamilias. 51.
Teſtamentum clerici an poteſtate ſæcularium legum ſit ſolutum? 171.
Teſtamentum clerici cum executioni mandatum eſt, bona laicis relicta deſinunt eſſe Eccleſiaſtica, & grauari poſſunt. 172.
Teſtamentum minus tribuens in caſum ingreſſus religionis, an validum ſit? 172.
Teſtator quod expreſsè ſtatuit validum eſt, ſalua filiorum parentumve legitima. 172.
Teſtatoris bona non capit Eccleſia, contra expreſſam eius voluntatem. 173.
De teſtimonio clerici coram Iudice ſæculari. 49.
Teſtis clericus coram laico. 55.
Teſtis clericus coram laico delinquens, ab eo non punitur. 56.

Cognoſcit tamen de falſitate ad deciſionem cauſa ciuilis. 56.
Teſtis clericus coram laico, iurat ante coram Eccleſiaſtico. 49.
Teſtis laicus coram clerico ab eo punitur. 56.
Teutonici milites, vt Melitenſes, gaudent priuilegio fori. 41.
Theſaurus in Eccleſia inuentus cuius? 191.
Tortura. 20.
Tribunal, ius mulcta, &c. 19.
Tributorum ſolutio an in Eccleſia fieri poſſit? 80.
Tabacum in Eccleſia nullatenus ſumendum. 80.
Turba in re ſpirituali non teſtatur. 56.
Turbans iuriſdictionem laici clericus an à laico compeſcatur? 69.
Quid ſi vis fiat & ſeditio? 70.
Turbantem diuina laicum etiam Eccleſiaſticus coercet. 158.
Turbantes iuriſdictionem vt compeſcendi. 101.
Tutor clericus coram Eccleſiaſtico conuenitur. 53.
Tutorem clerico ſacularis non dat. 54.

V.

Vaſalli clerici an priùs Regi an prælatis obediant? 183.
Dignitate maior adeundus eſt priùs. 184.
Vaſallus clericus an prius Papa, an Regi obſequatur? 68.
Poni debuit in litera. 9.
Vaſallus ſacerdos Domino non reuelat, quæ nouit ex confeſſione ſacramentali. 68.
Vaſallus clericus rectiùs dicitur fidelis. 68.
Vaſallus fines Domino oſtendere per cenſuras compellitur. 258.
Vectigal non imponendum rebus eſui & potui neceſſarijs. 214.
Nec vltra octauam partem pretij. 224.
Venationis prohibitio modiue præſcriptio, clericos tenet. 185.
Venditor quinis non niſi à ſuo Iudice damnari poteſt, vt eat defenſum emptorem. 58.
Denunciare tamen emptor debet. 59.
Hodie litera à Iudice ſcribuntur coram quo lis intentatur. 59.
Veritati contraria conſuetudo. 147.
Veſtis clericalis cenſura. 76.
Non tam verba quàm animus grauantis inſpiciendus eſt. 144. 146.
Vidua legatum non tollit ingreſſus monaſterij. 173.
An vidua virginum recuperent immunitatem? 247.
An viduis omnibus liceat agere coram Eccleſia? 118.
De vigilijs. 230.
Vigiliarum munus perſonale. 233.
De vniuerſitatibus ſtudiorum. 161.
An corpus laicum ſit an Eccleſiaſticum? 161.
Vniuerſitas ſtudiorum videndum quo fundata ſit. 162.
Papa & Principis authoritate fundata, vt mixtam habeat cognitionem. 161.
Per vim aut metum tonſus, aut in monaſterium actus, vt reclamet apud Principem. 60.
Non tamen iudicialiter agendo, ſed proteſtando duntaxat. 60.
Voluntates defunctorum mutari an poſſint? 184.
De voluntaria clericorum condemnatione. 168.
Fieri illa à laico poteſt, ex conſenſu cleri, vbi is iudicialiter ab illo condemnari poteſt. 168.
De vſuris. 101.
Quatenus mixti fori. 101.
Preuentio in vſuris non eſt cùm vtriuſque actio eundem finem non habet. 101.
Vſura an ſit, ſolus cognoſcit Eccleſiaſticus. 101.
Vſura an ſit dum quæritur ſuſpendatur alterius iudicium. 102.
Non tamen prouiſionalis conſignatio ex ſtatuto vel conſuetudine facienda. 103.
Vſurarij Iudæi vt à ſæculari compeſcantur cogit Eccleſiaſticus. 103.
Vſurariorum pœna per canones etiam temporales. 103.
Vxor presbyteri græci, vel clerici latini, an gaudeat priuilegio fori? 42.

F I N I S.

ANT 1317342

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

D 71.